cat Augustin⁹: q̃ omis puersitas humana est vti fruendis z frui vtendis: z ita videatur malus fructus vel mala fruitio que p̃uationē dicit vere fruitionis: sicut abusus p̃uationē veri vsus. Solo: dicendum q̃ accipiendo vti ꝓprie z simpliciter/ vti nō est nisi in bonis: fm q̃ accipitur in certia significatione supius. s. fm q̃ vti est ad aliud quid obtinendū vtile referre. Et huius ratio est: quia vtile rationē habet cuiusdam boni: fm q̃ bonum diuidit̃r in honestū/ vtile/ z delectabile. Sic em̄ dicitur vtile qō vtenti vtile est z nō nociuū: z cum hoc qō expediens est ad consequendū id qō intenditur. Et hijs enim duobꝫ conficitur ratio vtilis. s. q̃ cōfert qō adiuuat vtentē: z quia ꝓmouet z expedit: hoc est pedes in prompto ponit ad consequendum intentū: In malis autē pmā partē amittit sue significationis: quia licet expediat ad intentū: tamen nihil confert vtenti/ sed nocet. Unde ꝓpter vnaz partem significationis sue dicit̃ consilium achitophel vtile: qz tamē simpliciter rationem vtilis perfectā nō habet/ ideo de opibus malozū dicit̃ Sap̃. iiij. b Fructus eozū acerbi/ z inutiles ad manducandū. Et talium vsus abusus est: eo q̃ non pfectam rationē habet vsus. Unde de talibꝫ dicūt impij Sapiē. v. b. Quid nobis pfuit superbia: aut diuitia ꝓ iactantia quid contulit nobis? Ac si dicant: z si superbia z diuicie tunc deseruierūt ad ꝓsequendū id qō male intendim⁹: tamē nil boni conferent: cōtulerunt nobis/ sed plurimū nocuerunt. Et hec cē causa quare dicit̃ abusus p̃ causam sue apte significationis. Cum autē rō ci⁹ qō est frui imponat in termino: Inherere autē alicui ꝓpter se inbeſionez in termino dicit̃ ante terminū autem nihil ē: Ideo ratio eius qō est fruitic diuidi nō potest/ vt p̃ amissionem ptis rationis dicat̃/ abfrui/ vel abfructus sicut dicitur abuti vel abusus: Omis em̄ q̃ fruit̃/ simpliciter z pfecta ratione fruitionis fruitur. Et ideo diuiditur fruitio in bonaz z malam: z nō frui perfecte rationis z imp̃fecte. Si tamē cum dicitur q̃ referr̃ vtile ab obtinēdū id q̃ fruēdū ē accipiat̃ q̃ fruēdū ē simpl̃r vt vltimo z optio bono: tunc vtile qō referrtur ad illud nō erit nisi duplex. Non ei refertur ad illud nisi qō confert ad signandū illud vt cognoscatur/ z sic obtineat̃ per intellectum: vl qō referrtur ad illud vt habeat̃/ hoc est qō causa ē habendi ipm. Et hoc modo referūtur virtutes z gratie z opa/ p̃ que sicut causas meritozias obtineat̃ id quo fruēdū est. Et sic stricrissime accipiendo nō vtimur/ nisi signis z causis fruitionis eius q̃ fruēdum est. Signa autē sunt duplicit̃: scz res buj⁹mōdi: in quibus sicut dicitur in libro de virtute dei/ deus sue significationis sparsit indicia. Et signa que dicunt̃ sacramēta veter? z noue legis: q̃ signa sunt gratie causantis in nobis fruitionē eius quo fruendum est. Et hoc modo vti non est nisi referre ad id qō obtinēdum est signa vel causas salutis. Et hoc modo vtile z fruibile diuidūt̃ z determinant̃ id circa qō est sacra scriptura: circa talia enī est/ z nō circa alia. Et ꝓ hoc patet solutio ad omia quesita de hoc membro.

B Solo mēbri. III

Ad q̃stiūculam

Queritur vtrum solo deo fruendum sit. Questio IX

Einde q̃rit̃ de fruibili

Deli z vtili z primo de fruibili. Queritur ergo: vtrum solo deo fruendū sit. Et videtur q̃ nō: qz dicit aug. q̃ illis fruendū est rebus que nos beatos faciūt: beatitudo autē creata beatos facit: q̃ beatitudine creata fruendū est: nō q̃ solo deo. Adhuc: Illo fruendū est qō nō. ꝓpter aliō sed seipsum diligitur: vt dicit idem aug⁹. felicitas vel beatitudo ꝓpter seipsam querit̃ z diligit̃/ z nō ꝓpter aliud: vt in. j. ethi. dicit phs. Ergo felicitate vel beatitudine fruendū est/ que tamē nō est deus. Adhuc in epla ad philemonē. d. Paulus dicit: Ita frater ego te fruar in dño. homie ergo frui cōtingit/ qui nō est deus. Adhuc Ro. xv. Spero q̃ pretereiens videā vos: z a vobis deducar illuc/ si vobis pimum ex pte fruitus fuero: Ergo cōtingit frui sanctis. Adhuc Tulli⁹ ante finē pme rhetoricē: honestū ē q̃ sua vi nos trahit: z sua dignitate nos allicit. Qō autē ꝓpria vi trahit ad amozem/ illi amozi ꝓpter se inherendum est: z qō ꝓpria dignitate allicit ad delectationē/ illo fruimur. ꝓpter se/ et nō ꝓpter aliud: q̃ honesto fruendū est/ qō tm̄ non est deus. Adhuc Hal. v. d. sup illud: fructus autem spūs sunt gaudiū/ charitas/ pax: dicit Amb. i glo. Hec nō nomināt opa/ sed fructꝫ: quia ꝓpter se petēda sunt. Illis autem fruendum est que ꝓpter se petenda sūt: q̃ virtutib̃ fruendum est/ tam cardinalibus q̃ theologicis: nō ergo solo deo. Ulterius videt̃ q̃ petis quis fruit̃. Aug⁹. in. ij. ꝓfes. narrat qual'r furat⁹ fuit poma que meliora erant in horto patris sui. Et dicit q̃ in isto furtu nō fruebatur nisi iniquitate: q̃ in iniquitate vel petō frui contingit. Ad hec z hmōi dicendū est: q̃ sicut in antehabitis determiatū est: Si frui accipit̃ simpliciter et pfecte (put dicit pascentē delectationē nō impeditam circa summā z nobilissimā opationē intellectus q̃ sūmi boni immediata apprehensio ē: nō contingit frui nisi sūmo bono/ qō est de⁹. Et hoc modo intelligit̃ qō dicit aug. q̃ illo fruimur in quo ponitur dilectionis termin⁹: z in quo figit̃ dilectiōis gressus. Si autē frui accipiat̃ cōiter ꝓut dicitur ē q̃ frui est cū gaudio vti quocūq̃z mō: hoc est in bono rei cum gaudio pasci: sic multis cōtingit frui q̃ nō sunt de⁹. Ad pmū ergo dicendū: q̃ cuz dicit̃ q̃ fruimur his q̃ nos beatos faciūt: intelligitur de bis que nos beatos faciūt effectiue z vt obiectum et finis. Beatitudo aūt creata beatos nos non facit/ nisi formalit̃ z dispositiue: sicut etiā actu beatitudinis vel fruitionis instrumētal'r frui dicimur.

Ad aliud dōm: q̃ felicitas vel beatitudo creata z nō referr̃ ad aliud sui gēis/ ad aliud tm̄ extra genus: qz ad deū refertur. Id aūt quo simplicit̃ fruēdum est ad nihil referri potest. Quod objicit̃ de apostolo ad philemonē/ z ad romanos soluit augusti dicens: Cū hoie in deo frueris: deo potl⁹ q̃ homie frueris. Hō ei in deo dz esse/ z de⁹ in hoie p̃ ꝓformitatē inhabitātis gre: Sicut aūt de⁹ resultat in homie vt sūmū bonū z optimū: z talis dilectio ab homie incipit: z in deo gressum figit z finē ponit. Et ideo in hoie vsus est/ hoc mō quo frui est vti cum gaudio: In deo autem vera fruitio. Et iō dicit: cū homie in deo frueris/ potius deo q̃ hoie frueris. Ad aliud dōm: q̃ tulli⁹ vocat sua vi trahere z sua dignitate allicere/ qō p̃ se trahit z allicit et fm ipsū: hoc est qō in se z essential'r habet/ z fm ipm vt trahat z alliciat. sicut subiectū p̃ se z fm ipsum habet in se passionē: qz ex essentialib̃ subiecti fluit passio: z ipm subiectū fm seipsum tota causa ē passiōis: tale aūt magis est p̃ se q̃z ꝓpter se: nisi ꝓdicat habitudinem cause efficientis/ z nō finalis. Quando aūt dicit̃: q̃ fruimur eo qō ꝓpter se diligimus: ꝓpter/ dicit̃ habitudinē cause finalis. Unde honestū qō ꝓpter se delectat vel querit̃: eo q̃ ꝓpter se queritur z diligit̃/ nihil phibet ad aliud referre ꝓpter qō querat̃ sicut ꝓpter finē. Per illud patet solutio ad sequēs. Cum em̄ dicit amb. q̃ virtutes ꝓpter se querende sūt vel petēde: intelligit ꝓpter se z ꝓ se/ fm q̃ ꝓpter dicit̃ habitudinē cause efficientis z forme/ z nō finalis: z hoc bene referr̃ ad aliud: z nō ponit̃ in eo dilectionis terminus.

Ad illud qō vlteri⁹ querit̃ dicendum: q̃ fm qō frui dicit nō impeditā opationē delectatiōis fruibilis ī fruentē/ nemo peccato frui potest: eo q̃ malū vt dicit diony. in de diui. no. ca. iiij. est ꝓter intentionē/ z ꝓter voluntatē/ z incausale z infecundum et pigrū. Propter qō dicit aug. q̃ est incidēs ex defectu. boni vnde sincerā z sanctā z pfectaz delectationē nō infert. Et qō dicit aug⁹: q̃ fruebatur iniquitate vel peccato: intelligit frui ꝓut dicitur vti cum gaudio quocūq̃z ꝓut vti fm aliquid sue rationis est in abusu nō tamē adhuc q̃s fruitur malicia vel iniquitate/ sed potl⁹ eo qō est malū vel iniquū vel peccatuz rōne delectationis adiuncte. Et per hoc patet solutio ad quesita.

Queritur vtrū vna fruitiō e fruamur pre z filio z spūsancto. Questio X

Vxta hoc queritvlterius

Cum dicat aug⁹/ q̃ res quib̃ fruēdum est sunt pater z filij⁹ z spūsanctus: vtrū vna fruitione fruamur patre z filio z spūsctō. Videt̃ q̃ nō: quia tres psone sūt distincte: distinctas q̃ inferūt delectatiōes in fruente: q̃ trib̃ fruitionib̃ tribus fruimur psonis. Si quis dicat: q̃ deo fruimur vt deo/ z nō sub distinctione persone. Contra ē q̃ fruitio circa opationē intellect⁹ est determinatā: determinat̃ autē in psona fruitō ergo est et apprehensiōe dei in persona. Adhuc hoc videt̃ esse desiderū sancto ꝓ Jo. xiiij. b. Domine ostende nobis pr̃em/ z sufficit nobis: Ergo videtur q̃ ex visione dei in psona determiata fruimur. Adhuc si hoc ꝓcedatur: videt̃ q̃ vna psona sine alia nō fruimur: qz pater ducit in filiū: z filij⁹ in patrē: z pater z filij⁹ in spiritūsanctū: z spūsanctus in patrem z filiū. Joh. xiiij. b. Qui videt me/ videt et patrē meū. Et ibidē: Ego in patre/ z pater in me ē Relatiua em̄ nō habēt in vno stantē z quiescentē intellectū. Sz tūc videt̃ q̃ filio z spūsancto fruimur in patre: qz psona ꝓcedens a psona/ omē qō ē et habet refert in psonā a qua ꝓcedit: Ergo spiritussanctus refert in filiū: z filij⁹ z spūsanct⁹ referūt in patrē omē qō sūt z habēt. In illo autē fruimur/ in qō sicut in vltimū oia bona referūtur: Ergo bono qō est filij⁹ et bono/ qō est spūsanct⁹ fruimur ī patre. Jn ꝓrariū huius est: q̃ licet de⁹ multa habeat attributa: tm̄ in rōne sūmi boni diligit: et in eo termin⁹ dilectionis ponit: Ergo tm̄ in rōe summi boni fruimur eo. Unū autem sūmū bonū et indiuisum numero est pr̃ z filius z spūsanctus: vna q̃ fruitiōe fruimur pr̃e z filio z spūsancto. Et hoc concedendū est. Per hoc pz solutio ad pmū Licet em̄ psonalib̃ ꝓprietatibus tres psone distinguantur nō tamē inquātū sic distincte sūt/ obiectū sunt fruitionis: sed inquātū sūt vnū summū bonū.

Ad aliud dōz: q̃ nec fruimur deo vt deo: nec sb distinctione psone: sed deo z psonis inquātū sunt vnum sūmū bonū. Ad aliud dōm q̃ philip⁹ nō desiderauit sibi ostendi patrē vt obiectū fruitionis: sed vt pncipiū tot⁹ diuinitatis: qd sufficiens reputauit ad cognitionē trinitatis z vnitatis/ z ad pcessum psonarū ab vno qō est pncipiū nō de pncipio. Ad aliud dōm q̃ hoc verum esset/ si fruitionis obiectū esset pater inquātū pr̃/ vel filij⁹ inquātum filij⁹: hoc autē nō est ve ꝓ. Par em̄ z filius z spiritussanct⁹ sunt obiectū fruitiōis inquantū vnum summū bonū: Fallacia aūt accētis est in argumēto. Ad illud qō vlteri⁹ querit̃ dōm: q̃ relatio q̃ psona ꝓcedens in psonā a qua ꝓcedit refert ad qō est/ aut qō habet: nō facit summū bonū fm rationem intelligēdi: sz facit essentie indifferentiā quaz totā accipit psona ꝓcedens a psona a qua ꝓcedit. Et ideo essentia inquātū est summū bonū/ siue sit nō de principio/ sicut in pr̃e/ siue sit accepta de pncipio sicut in filio z spūsancto inquantū summum bonum est/ vnū obiectū fruitiōis est.

Queritur vtrū omibus que sūt in mundo vtendū sit. Questio. XI

Einde querit̃ de vtili

Vtruz oibus que sunt in mūdo vtendum est: sicut dicit aug. in li. de do. chri. q̃ vtendum est hoc mūdo nō fruendū: vt inuisibilia dei p ea q̃ facta sūt intellecta ꝓspiciunt̃. Et ibidē: In oib̃ rebus ille tm̄ sunt q̃bus fruendū ē/ q̃ eterne z incōmutabiles sūt: cetera autē vtendū est vt ad illarū pfruitionē pueniat̃. Omib̃ q̃ opib̃ nature/ gr̃e/ et glorie vtendū est/ z nō fruendū. Cōtra hē/ q̃ vti pficit̃ ab ope nostro. Nō autē oes res nature/ gratie z glorie subiacēt opi nr̃o: nō ei sūt opabiles p nos: nō q̃ omes res mūdi subiacent ei qō est vti.

Adhuc: quedā creature vident̃ ꝓtrariari vsui. Sap̃. xiiij. b. Creature in odiū facte sūt/ z in muscipulā pedib̃ insipientū. Creatura q̃ quedā ipediunt vsū. Adhuc: Omis act⁹ volūtatis creatura est: referēdus est q̃ ad aliud obtinendū quo fruēdum ē. Aut q̃ referibil'ē z referr̃: z tūc meritozi⁹ ē. Aut nec referibilis nec referr̃: z tūc pcm̄ mortale est: Quia quo aliq̃s nō vtit̃/ illo fruit̃ si diligit illō vt dicit aug. Aliter em̄ nō diligeret illud. Et sic sequitur: q̃ null⁹ act⁹ volūtatis sit veniale vel indifferens: qō est inconueniēs. Adhuc. j. Lor. r. g. Siue mādūcatis/ siue bibitis/ siue aliud q̃d facitis: oia ī gloriā dñi facite. hoc ē pceptū: oia q̃ referēda sūt ad gloriā dei: z si nō referatur/ abusus ē Abusus autē puersitas ē humane vite: z abusus peccatuz ē: pcm̄ ē q̃ q̃d de creaturis ad gl̃iā dei nō referr̃ qō in vsu venit. Si ei diligit̃ vt dicit aug. aut diligit̃ dilectiōe fruitiōis: aut vsus: Si diligit̃ dilectione fruitionis: puersitas ē. Si autē re

Argu. 1m.

Argu. 2m.

Argu. 3m.

Argu. 4m.

Argu. 6m

Argu. 7m

Ad argu. 1m

Ad 2m

Ad 3m et 4m

Ad 7m

B Solo qōis

Ad 6m.

Ad argu. 1.

Ad 2m.

Ad 3m

Ad 4m

Ad replicā

Argu. 1m.

Argu. 2m.

Argu. 3m.

Argu. 4m.

Replica

B Solo qōis

B ferturꝛ abusus ē:ꝛ sic semp pctm̃ est. Solo dōz
Solo qōis q̃ omi creatura vtendū ē; dūmodo sit simplr creatura terminꝰ actꝰ creatōis ꝛ nō sit pctō deprauata p qd̄ vsui ꝓrariat: sicut diabolꝰ: ꝛ pctm̃ fm q̃ peccatum in actu vl̄ habitu ꝓsistit/ dicit ens vicio deprauatū: que deprauatio repugnat vsui. In nulla em̃ creatura finis dilectōis ponēdus est: eo q̃ finis nō est/ sz vanitati subiecta. Ro. viij. d. Omis creatura vanitati subiecta est. Vn̄ inquātū tali deprauationi subiacet/ q̃ est pctm̃: ad summū bonuz obtinendū referri nō pōt: ꝛ ideo hoc mō vtendū nō est creatura. Per accās ꝛ ex casu tū vti q̃s pōt peccato vel diabolo: inquātū p penitētiā pctm̃ ad memoriā reuocatū acutiozē facit cōpunctionē: ꝛ diabolus vel tyrānꝰ affligēs auget patiētie meritum: ꝛ eminere facit virtutē ad maiozis meriti cozonā. De ꝑmo Roꝑ. viij. e. Scimꝰ qm̃ diligētib̄ deum oia cooperantur in bonū. glo. etiā pctm̃. De scōo ia. j. b. Beatꝰ vir q̃ suffert tēptationē: qm̃ cū pbatꝰ fuerit/ accipiet cozonā vite. Beatꝰ bern. sup cā. Jocū dū plane iudicū: vt ille iniquꝰ omnū humiliū malleatoz/ fabricet eis cozonas ꝑpetuas etiā nolens:
Ad argu. I dū oēs temptat ꝛ ab oib̄ supat. Ad ꝑmū g̃ dōm: q̃ ꝛz quedā creature mūdi opibus nr̄is nō subiaceant quātū ad essentie ꝓductionē/ z q̃ntū ad effectꝰ et opatōes suas: subiacēt tm̃ inquātū circa eas operamur sicut circa signa ꝛ dispositiōes ad bti tudinē: ꝛ vtimur eis: ꝛ vtiles sunt. Ad aliud dōm: q̃
Ad 2m creature inquātū creature: hoc ē/ inquātū substāt actui creatōis nō ꝓrariant vsui. Gen. j. d. Vidit deꝰ cūcta que fecerat: ꝛ erāt valde bona. Sz aliqn̄ habēt ꝓnitatē ad malū ex pre nr̄a inquātū sz ꝓcupiscibiles sūt/ vel instrumēta deceptōis. Et sic non ex se/ sz ex nobis facte sūt in odiū: b ē vt boies odio si fiāt ex eis: ꝛ in muscipulā siue deceptionē pedib̄ insipientiū/ nō sapiētiū. Hui⁹ exēplū est formosa mulier q̃ nullū illicit ad peccādū: q̃ tm̃ aspecta propter ꝓuitatē alterꝰ efficit occasio libidinis et fo
Ad 3m mitū. Ad aliud dōm: q̃ oīs actꝰ volūtatis vitio nō deprauatꝰ/ referibilis ē ad gloriā dei: ꝛ si referꝛ meritozi ē. Sz si nec referibil' est/ habens in se ꝓrariū relatiōi: nec referꝛ: pctm̃ mortale ē. Si autē nō referꝛ: nec referibil' est: nō habēs in se ꝓriū relatōis sz dispositionē ad ꝓriū/ q̃ impedit actualē relationē nō habitualē: pctm̃ veniale ē. Si vero non referꝛ: nec formā habet virtutis q̃ de necessitate referat: nec tm̃ hz ꝓrariū relationi/ nec dispositionez ad ꝓrariū: actꝰ ociosus vl' indifferēs ē. Luꝰ exēplū dicit boetꝰ esse/ motū digiti sine cā necessitatꝭ vel vtilitatis. Hoc tm̃ i theologia pctm̃ esse ōz hoc mō/ quo vanū ōz eē pctm̃ ꝛ ociosū. Mat. xij. c. De omi vbo ocioso qd̄ locuti fuerint boies/ reddēt rationē in die iudicij. Greg. sup id̄ verbū: Ociosū ē/ qd̄ caret rōe iuste necessitatis ꝛ pie vtilitatis. Apd̄
Ad 4m. erbicū tm̃/ ꝛ maxime ciuilem hoc indifferēs ē. Ad aliud dōm: q̃ verbū apl'i nō sonat p̄ceptū/ sed ozdinē ꝛ habitudinē eozū que referēda sūt in deū: hoc ē q̃ nihil fiat qd̄ ꝓrariū sit relationi. Et ideo si non referꝛ aliqn̄: nō sequit q̃ sit mortale pctm̃: habet enī dispōnē ad ꝓrariū/ ꝛ nō semp formā ꝓrariū.

Querit̃ de rebꝰ fruētibus ꝛ vtentibus.

Et primo vtrū boies ꝛ angeli sint res fruētes et vtentes tāq̃ medij inter res vtibiles ꝛ fruibiles

Questio XII.

Einde querit̃ de fruē

A Membꝝ. I

v tibus ꝛ vtentib̄. Et primo de fruentib̄. Arg. primū

Dicit aūt augꝰ. q̃ res q̃ fruunt̃ ꝛ vtunt̃ nos scimꝰ: quasi inꝛ vtrasq̃/ fruibiles sz res ꝛ vtiles constituti ꝛ angeli sancti. Et videt̃ esse diuitus qz etiā deꝰ seipso fruit̃/ vt dicit greg: sup illud: Si habes brachiuz. Job. xl. a. Sic dū se fruit/ nullo bono indiget/ res g̃ fruētes cōprehēdunt etiam deum. Adhuc aug. in do. chri. Eū deꝰ diligat nos Arg. 2m.
aut fruendo/ aut vtendo diligit nos. Si fruendo: eget bono nr̄o: qd̄ nemo sanꝰ dixerit. Si vtēdo: tūc bonū nostrū refert ad aliud: ꝛ hoc vep̄ ē. Ille ei nostri miserēt vt se ꝓfruat: nos autem nostri miseremur/ vt illo perfruamur. Ergo deꝰ ē de rebꝰ fruētibꝰ ꝛ vtētibꝰ: q̃ tm̃ nō ē medi⁹ inter fruibiles res et
vtiles. Adhuc: Aug. ille vsus quo nobis vtit̃ deꝰ Arg. 3m
nō ad eius/ sz nr̄am vtilitatē referꝛ: ad eiꝰ vero tātūmodo bonitatē: Ergo deꝰ ē de rebꝰ fruentib̄ ꝛ vtentib̄. Ulteriꝰ etiā videt̃ data diuisio nō esse Arg. 4m.
sufficiēs: qz etiā insensibilia ꝛ vegetabilia sz p se ꝛ sup omnia inituꝛ dulci cōmixto: g̃ fruūt̃ illo. Ad Arg. 5m
huc: Bruta diligūt cibos/ ꝛ nō referūt ad aliud: g̃ fruunt̃ eis: Ergo etā vegetabilia q̃ bruta sūt de re
bus fruentib̄: nō g̃ boies ꝛ angeli tm̃. Ulteriꝰ q̃ I. qō icidēs
ritur si bō naturali dilectiōe frui pōt. Et videt̃ q̃ Argumētū
sic: diligere em̃ aliq̃s pōt naturali dilectiōe/ ꝛ dilectionē nō ad aliud referre. Adhuc ulteriꝰ q̃rit: II. qō icidēs
si bō in pctō existēs frui potest. Et videtur q̃ sic: Argumētū
quia in pctō existēs aliq̃d diligit, ꝓter se/ dilectionē ad aliud nō referēs: g̃ fruitur fm assignationez
p̄inductā de frui. In ꝓriū ē: q̃ de pfectiōe patrie in ꝓriū ar. I
frui ē/ ꝛ nō vie: referre g̃ ad aliud/ viantis est ꝛ pcedentis: nō referre autē ad aliud/ stātis ꝛ manētis. Frui aūt est nō ad aliud referre: g̃ frui stātis ꝛ manentis ē: hoc aūt patrie ē: g̃ frui patrie ē: Nō g̃ vegetabilia vel bruta vel boies naturali dilectiōe vl' in
pctō exn̄tes frui pōt. Adhuc videt̃ q̃ nec bti fruā Ar. 2m
tur: fruēs em̃ indiget fruibili: beatꝰ aūt nullo indiget: g̃ frui nō est bti. Solo: Ad hoc dōz: q̃ si frui B Solo mēbri. I.
stricti̇ssime capiatꝰ: tunc frui nō est nisi ciꝰ q̃ diligit aliq̃d ꝓter se: in quo dilectiōis gressū figit ꝛ terminū ponit: Ita q̃ nec diligēs hz vlteriꝰ quo referat dilectionē: nec dilectū ad aliud referri pōt nisi fm se/ nec fm statū in quo diligit. Et sic nō pōt aliq̃s frui nisi deo/ ꝓcepto ab ipo vt est obiectum glorie. Et sic vep̄ ē qd̄ dicit aug. q̃ frui est solꝰ patri ꝛ solus boies ꝛ angeli. In his em̃ distinctū est fruens a fruibili p essentialem distinctionē: ꝛ nō ē quo referat dilectio vel dilectū. Et cū ōz: q̃ deus seipso Ad argu. I et 2m
fruit̃: nō est distinctio inꝛ fruēs ꝛ fruibile ꝛ fruitionē. Et iō greg. dicit: Dū se fruit̃/ nullo indiget: ipse em̃ est ꝛ sibi ipsto est ꝛ fruens ꝛ fruibile ꝛ fruitio: ꝛ ideo nō cadit in rōnē medij qd̄ p priuationē extremi fiat medij: sicut bō ꝛ angelꝰ. Et sic stat diuisio aug. q̃ sez quedā res sūt qb̄ꝰ tm̃ fruendū ē vt deus trinitas: q̃dā qb̄ꝰ tm̃ vtēdū ē/ vt mūdus ꝛ in eo cōtenta: quedā aūt q̃ fruunt̃ ꝛ vtunt̃/ vt bō ꝛ angeli: ꝛ q̃ media dicunt̃/ qz ex vtilib̄ ꝓtingūt ad fruibilia Si aūt frui cōiter accipiatꝰ: tūc frui est vti cū gaudio: ꝛ sic fruimur cognitis/ in qb̄ꝰ volūtas ē vl' delectata ꝓquiescit. ꝛ sic fruimur deo i via quē tm̃ nō

babemꝰ nisi spem: vt dicit aug. Et inquātū fruimur ipso/ pegrinationē nostrā tolerabilꝰ sustinemꝰ: et ardentius finiri cupimus. Quāuis em̃ dilectum in tali fruitione ad aliud referibile non sit: dilectio tamē fruentis ad aliud tendit fm statū: sicut sentiens dulcissimū p odorē/ tendit ad saporē eiusdez ꝛ gustū. Et ideo dicit aug. q̃ sic fruendo pegrinationem nostrā finiri cupimꝰ/ vt sez de odore ad gustū
Ad 3m. pueniamus. Cant. j. a. Curremꝰ in odore vngentorū tuoꝝ. Phil'. j. c. Cupio dissolui ꝛ esse cum xpo multo magis melius. Ad hoc qd̄ obiectū est/ q̃ deus vtit̃ nobis: dicendū q̃ hoc verū est ꝛ in via et in patria: qz omē bonū qd̄ ad nostrā vtilitatē facit i nobis de sui natura ꝛ naturali ozdine/ referꝛ ad bonitatis sue gloriā: Et vult q̃ etiā a nobis ad gloriam suā referatur. Est em̃ sua bonitas causa efficiens/ ꝛ causa formaliter exemplaris: ꝛ causa finalis omis boni. Et fm q̃ est efficiens/ pcipitur bonum eius: fm q̃ est forma exemplaris/ determinatur ad eius/ sz fm q̃ est finalis/ ꝓuertit ad ꝑmā bonitatē vt sit pfectuz in actu ꝛ opatione boni. Et tale bonū vocauit plato ethmagū/ siue sigillū boni: ex quo vt cā fiūt boni forme: ꝛ p idem vt impssa sigillata determinantur ad sigilli formā ꝛ similitudinē: p relationē aūt sigillati ad sigillū perfecta de/
Ad 4m. terminatur imitatio sigillati ad sigillū. Ad aliū dicendum: q̃ si frui, ꝓprie accipiatꝰ: non est nisi in eo bono qd̄ p se pascit: ꝛ qd̄ summū bonum est: et qd̄ nec ad aliud referꝛ/ nec referibile est. vn̄ vegetabilia nō fruunt̃ nisi fm qd̄: qz ad aliud nō referunt: fm qd̄ aūt fruitio fruitionis simplr rationē nō habet. Eo mō dicendū est ad sequēs qd̄ de brutis
Ad 5m. inducitur. Ad id autē qd̄ vlterius querit̃ de na
Ad. I. qōem incidentem tur ali dilectione: dicendū q̃ naturalis dilectio nō est tam fortis vt inhesionē fruitōis simplicit̃ facere possit: Et naturalib̄ enī pcedit: que sui natura ad gratuita ꝛ glorificātia ozdinata sūt vt pficiātur. frui autē, ꝓrie est delectari in bono circa opationē nec impeditā/ nec ex pte delectantis/ nec ex pte delectabilis. Unde talit̃ frui nec est frui, ꝓprijssime dictuz: nec cōiter dictū. Ad aliud dōm: q̃ in
Ad. II. qōnē incidentē. pctō mortali aliq̃d diligēs/ ꝓrariū tali dilectioni habet in seipo: ꝛ ideo delectatio nō pōt esse opationis nullo modo impedite. Propter qd̄ taliter diligere nō est frui nisi fm quid. Ad illud qd̄ in con-
Ad arg. 1m in cōtrariū. trariū objicitur dōz: q̃ frui nō est vie nisi cōiter/ vl' fm quid acceptū. Ad aliud dōm: q̃ cuz dicit̃/ q̃
Ad 2m. beatꝰ nullo modo idiget q̃ sit ex ꝛta ipm/ sine quo beatꝰ esse nō possit: talis indigentia simplr indigentia est: ꝓter quā a creatore motꝰ talit̃ indigētibus adhibitus est/ vt ex motu acquirāt qd̄ in seipso nō habent. vt in. ij. de celo ꝛ mūdo dicit Arist. Et tali indigentia nō indiget beatꝰ. Est aūt indigētia exigentie/ qua etiā intrinsecis sibi q̃s indiget vt fm ipa agat vel patiat̃: sicut dicimꝰ edificatorez indigere ꝓtectico intellectu ꝛ manu: quo ꝓ tm̃ vtrūq̃s habet intra se: Indiget tm̃ eis vt fm ipsa agat: qz exigunt̃ ad opationē ipsius. Et sic fruens indiget fruibili: et beatus beatificāte: ꝛ bō humanitate: ꝛ albꝰ albedine: quia talis indigentia statui perfectiōis in nullo repugnat.

De vtentibus querit̃ vtrū homo vel angelus vtens sit in patria.

Ecundo querit̃ de vtentib̄. Et querit̃ vtꝝ A
s homo vel angelꝰ vtēs sit in patria. Et vi Mēbrū. II
detur q̃ nō. Uti em̃ est ad aliud referre: qd̄ Argu. 1m.
viatoꝛ ꝛ vie ꝓuenit/ ꝛ nō patrie. Utēs ei ex eo qd̄ referꝛ pcedit in id ad qd̄ referꝛ: ꝛ sic viando pficit p dilectionē. In patria aūt existēs dilectiōis gressum iam fixit: qz in termino est: ꝛ nō est quo vlteri⁹ diligendo pcedat: g̃ videt̃ q̃ patrie nō sit vti. Ad- Argu. 2m.
huc dicit aug. in do. chri. q̃ mūdus iste nobis ꝓponitur in vsū: vt p ea q̃ facta sūt intellecta inuisibilia dei consiciant̃: ꝛ sic vt scale grad⁹ p q̃ue ad inuisibilia ascendamꝰ nobis ꝓponitur. Dicit autem Bern. sup can. q̃ opus est scalis tenēti iā solium: g̃ ei qui in solio stat inuisibiliū dei/ ꝛ iam fruit̃ ipis/ nō ꝓponit̃ mundus ad vsū: beati autē sic stant i solio: g̃ nō vtuntur sed fruunt̃. Adhuc: Omis vtēs Arg. 3m.
volubiles habet cogitatiōes: vt dicit aug. ꝛ discursas disciplinas: vt in ca. cele. hie. dicit dionysiꝰ. volutur em̃ ꝛ discurrit ab vno ad aliud: vt ex pl'ibus accipiat vnū/ in quo gressum figat ꝛ p̄ deꝛationis et dilectiōis. In patria aūt talis cogitationū non est volūtas vt dicit aug. nec sunt discursē disciplinē: vt dicit dionysiꝰ: sed est vnū simplex qd̄ vnice ꝛ simpliciter ꝛ immaterialiter ꝛ immobilit̃ ꝛ indimiнute ꝛ cōtinue ꝛ in tempalr simplici ꝛ immaterialiter pfecto innitit̃ ꝛ intellectui: circa qd̄ immobilꝰ stat intellectus ꝛ affectus p cōtemplationē ꝛ dilectionē: Ergo videt̃ q̃ vsus nō sit in patria. In cōtrariuz In ꝓra. ar.
huius est: q̃ angeli in patria existentes cognitōes primū
habent maturinā ꝛ vespertinā: ꝛ vespertinam referunt ad maturinā. vti autem est ad aliud referre: g̃ angeli vtuntur in patria: ꝛ beatitudo boies est vt beatitudo angeli: g̃ ꝛ boies vtuntur. Adhuc: Iā Argu. 2m.
habitū est/ q̃ deꝰ vtit̃ nobis diligendo nos ꝛ tamē se fruit̃ g̃ frui ꝛ vti se cōpatiuntur. Adhuc Apoc. Arg. 3m.
iiij. c. dicit̃ q̃ .24. seniozes cozonas suas mittebāt ante pedes sedētis in throno. Et vult dicere: q̃ bti tudinē suā referebāt in summū regem. Uti autem est bonū acceptū ad aliud referre: g̃ beati etiā in patria sua beatitudine vtunt̃: ꝛ sic vsus est in patria.

Solo: Sic frui/ ita ꝛ vti dupl'r dī. ꝓprijssime ꝛ cōit̃. ꝓprijssime vti/ ē ab vno i aliū pcedēt qd̄ extra B Solo mēbri. II.
ipsum ē: ꝛ tali pcessu/ q̃ et pcedens pficiat ad vltē/ rius p dilectionē/ ꝛ etiā id ex quo pcedit vt via ducat in aliud. Et hoc mō vsus nō est nisi vie. Et hoc mō deꝰ nō vtit̃: nec angelus: nec hō: Nec hoc modo deo ꝛ angelo mūdꝰ vt scala ꝓponitur. Et de tali vsu pcedunt ꝑmo inducte rōes: sic em̃ vtēs ꝛ cōtemplādo ꝛ diligēdo pficit. Dicit̃ etiā vti cōiter. s. vnum acceptū p intellectū ꝛ affectū/ solo actu intellectus vel affectus ad aliud referre. Et sic semp inferius referꝛ ad supꝰ ꝛ in patria ꝛ in via. Et sic vti est in patria: ꝛ nō ꝓrariat̃ ad ad id qd̄ est frui. Et sic deꝰ vtitur nobis: ꝛ angeli visione vespertina ad maturinā: ꝛ beati suas cozonas referūt ad sedē tē sup thronū. In tali autē vsu nō ē cogitationū volubilitas: sed intellectꝰ ꝓremplās stat circa vnum et idem: in se sez ꝛ in creatis acceptū/ ꝛ fm esse quo est in creaturis: ad se fm esse qd̄ habet in seipso relatuz: q̃ ō nō est discursa disciplina/ sed a dionysio vocatur circularis contemplatio ab eodē p idez in
idem redeundo pcedens. Et de hoc vsu sēdo idu E Recapitulatio
cere rōnes pcedunt. Recapitulando autem dicimus q̃ ex dictis iam patet/ q̃ tota theologia cir-

ca signa ⁊ res est. Et q̃ res in tria diuiduntur. s. in res quibus fruendum est: ⁊ res quibus vtendum est: ⁊ res que vtuntur ⁊ fruunt. Et inter res quibus vtendum est/ quedam sunt p̃ quas sicut formas ⁊ dispositiones: vel sicut p̃ instrumẽta fruimur ⁊ vtimur: sicut virtutes q̃ deseruiũt vt instrumẽta. De his ergo oportet doctrinã tradere. Et primo de rebus in tribꝰ pmis libris: Et postea de signis ⁊ signatis in quarto libro: in quo ista doctrina complebit̃. Signũ autẽ huius ꝓter modum signandi oppositum diuidat id circa q̃ est theologia cũ re ex opposito: tamẽ fm substantiã ad rẽ reducitur/ ⁊ sub vtili cõtinet̃. Et huius in accipiendo scientiã dei/ signi vsus sit ante rei significate acceptionẽ: nã in tradẽdo scientiam siue doctrinam/ signi ratio determinabilis nõ est nisi determinata re cui⁹ signum est: signuꝫ eiũ ad rẽ refertur: res autẽ vtibilis ad fruibilem: ⁊ vtens ⁊ fruens ad fruibile referũtur.

Intẽtio auctoris

Tractatus. III. De cognoscibilitate nominabilitate ⁊ demonstrabilitate dei.

Primo ergo de fruibili/ hoc est de mysterio trinitatis ⁊ vnitatis agendum est.

p

Sꝫ quia doctrina non potest tradi nisi cogniti: Ideo primo an cognoscibilis sit deus ⁊ qualiter disputabim⁹. Querimus autẽ tria. s. an cognoscibilis sit deus/ hoc est essentia diuina. Et an noiabilis sit aliquo noie. Et an demonstrabilis sit saltẽ p̃ effectum. Circa p̃mũ querit̃ primo de cognitiõe diuina ex pte cognoscibil'. Secõ ex pte cognoscentis. Tertio de eo q̃ cognoscitur: q̃ est quasi mediũ cognoscendi ipsũ.

Nu⁹ q̃ois sex fr̃meb.

Circa primũ querunt̃ sex scꝫ an cognoscibilis sit deus p̃ essentiam. Secõ an cognoscibilis sit p̃ attributum ipsius q̃ est immensitas/ siue essentie/ siue virtutis. Tertio an cognoscibilis sit fm q̃ est vnus deus in tribus p̃sonis. Quarto quid sit cognoscere facie ad faciem. Quinto q̃d sit cognoscere p̃ speciem. Sexto quid sit cognoscere in p̃sentia fm q̃ p̃sens dicitur esse creature.

Queritur de cognoscibilitate dei ex parte cognoscibilis. Et primo vtrũ de⁹ sit cognoscibilis per essentiã. Questio. XIII

A Memb. p. 1 Arg. 1m.

Circa primũ videtur

c

q̃ deus nõ sit cognoscibil'. Diony. de diuno. ca. j. Sup substãtialis substãtia de⁹ ẽ et intellect⁹ nõ intelligibilis: verbũ nõ dicibile: et irrõnabilitas/ ⁊ nõ intelligibilitas/ fm nihil existẽtium existens. Unde ibidẽ dicit q̃ ipsius dei neq̃ sensus est: neq̃ phantasia/ neq̃ opinio/ neq̃ ratio neq̃ sciẽtia. Et ibidẽ: Quẽ neq̃ cogitare possibile neq̃ dicere/ neq̃ totaliter aliquo mõ cõtemplari: ꝓter q̃ ab omnibus est segregatus ⁊ supignot⁹. Et ibidem paulo post: Si melior est omni sermõe et omni cogitatione: ⁊ si sup mentem vl' ⁊ sup substantiã collocatur: oim quidẽ existens circũ apprehensiu⁹ ⁊ cõprehensiu⁹ ⁊ p̃apprehensiu⁹ ⁊ oiꝫ autẽ vniuersaliter est incõprehensibilis: neq̃ sensus est neq̃ phantasia/ neq̃ opinio/ neq̃ nomẽ/ neq̃ sermo/ neq̃ tactus/ neq̃ sciẽtia. Adhuc Chrys. sup illud Jo. j. c. Deũ nemo vidit vnq̃/ sic dicit: Jpm q̃d est deus: nõ solũ ꝓphete/ sed nec angeli nec archeangeli viderũt. Q̃d enim creabilis est nature/ q̃liter videri poterit q̃d est increabile: Adhuc. j. ad timoth. vl. d. Quẽnull⁹ hoim vidit: sed nec videre poterit. Adhuc diony. ad gaiũ monachũ: qui dicit se vidisse deum: Si cognouit q̃d vidit: nõ ipꝫ vidit/ sed aliq̃d eorũ que sunt sb ipso. Adhuc: dama. Infinitus est de⁹ ⁊ incõprehensibilis. Cũ ergo oẽne q̃d cognoscit̃ intellectu cognoscẽtis cõprehendatur: videt̃ q̃ nõ cognoscibilis sit deus. Adhuc Aug. in li. de videndo deuꝫ: Inuisibilis est natura deus: nõ tantũ patrẽ/ sed ⁊ ipsa trinitas vn⁹ deus Lum ergo hoc sit ei inuisibile esse q̃d incognoscibilet: videt̃ q̃ incognoscibilis sit deus. Adhuc: Aug. in eodẽ: Nemo deum vnq̃: nec videre poterit: qm̃ lucẽ inaccessibilem habitat: ⁊ est natura incõprehensibilis ⁊ inuisibilis: ⁊ sicut nũc incorruptibilis ⁊ nõ postea corruptibilis: ita nũc inuisibilis et semp inuisibilis. Adhuc: Cognoscẽtis ⁊ cogniti ꝓportio est/ sicut recipientis ⁊ recepti. Q̃d probatur p̃ Aristotelem. iij. de anima: q̃ intellectus species acceptionis est. Infiniti autẽ accipiendi ad finitum accipiens nõ est ꝓportio. Est autem intellectus creatus finitus in potestate accipiendi: deus autem infinit⁹ p̃ essentiã ⁊ virtutem ⁊ omnia que in ipso sunt. Ergo videtur q̃ ab intellectu creato nullo modo accipit̃: ⁊ p̃ consequens nõ cognoscitur.

Arg. 3m. Arg. 4m. Arg. 6m Arg. 6m Arg. 7m Arg. 8m

Adhuc: In nobis potẽtie ordinate sunt/ vt dicit Auicẽ. in. vj. naturaliũ. Est eiũ ania substãtia vt dicit/ a qua fluunt potẽtie quedã cõiuncte corpori et quedã nõ cõiuncte. Et inter cõiunctas corpi/ q̃dam imerse materie vt opationẽ nõ habeãt nisi p̃ qualitates naturales ⁊ materiales: vt potentieve getabiles. Quedã aũt sic sũt organice: q̃ fm complexionẽ organi obiecta recipiũt/ sꝫ anialiter ⁊ spiritualiter: ⁊ nõ natural' siue material' circa eadẽ operant̃. Rationalis autẽ anime potentie nullo vtuntur organo. Innobis aũt sic est: q̃ inferior potentia nũq̃ superiorẽ accipit nec opat̃ circa illam: sicut vegetabilis ñ accipit sensibiles potẽtias: nec sensibil' intellectuales. Cũ q̃ in infinitũ plus distat diuina substãtia ab intellectu creato q̃ intellect⁹ creatus a sensibili/ vel vegetabili: videt̃ q̃ multo min⁹ intellect⁹ creat⁹ acceptabilis sit dei/ siue diuine sb stãtie: p̃ locũ a maiori. Si aũt de⁹ ab intellectu creato acceptabilis nõ ẽ: cognoscibil' nõ ẽ. Cognoscere eiũ est accipe p̃ intellectũ vel sensũ: In ꝓrariũ ẽ q̃d dr̃ Rom. j. b. Q̃d notũ ẽ dei/ manifestũ ẽ in ill'. glo. i. q̃d d̃ deo ductu rõis cognoscibile ẽ. ac si dicat in se bñt pbi vñ pñt cognoscere q̃d de deo cognoscibile ẽ

B In ꝓtũ arg. primũ.

Adhuc: Sap. xiij. a. De bis q̃ videnẽ bona nõ potuerunt intelligere eum qui est: neq̃ operibus attendentes cognouerunt quis esset artifex. Quasi dicant: hoc est incõueniens. Et paulo post: A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horuꝫ videri. Adhuc. Rom. j. c. Inuisibilia dei per ea que facta sũt a creatura mũdi conspiciuntur: sempiterna q̃q̃ vt⁹ eius et diuinitas. Adhuc: Hugo de sancto victore in prologo super hierarchiam Dionysij: Natura ad seruitutem condita/ creatorẽ suum demonstrauit. Si autem demonstrauit natura: cõsideras naturã intelligere potuit. Adhuc: Aug. in li. soliloq̃o. Intelligibil' est de⁹ intelligibilia sũt scientia ⁊ spectamina principia scꝫ ⁊ cõclusiões: sed differũt plurimũ. Nã terra visibilis est ⁊ lux: sed terra nisi luce illustrata videri nõ põt. Sil' disciplinarũ spectamina videri nõ põt/ nisi aliquo vicꝫ suo sole illustrent̃. de⁹ ergo visibilis est p̃ intellectũ ⁊ cognoscibilis. Per rõnẽ etiã obiicit̃: dicũt eni Aristo. ⁊ auerrois: q̃ intelligibile q̃d ois hõ natura scire desiderat/ intellect⁹ diuin⁹ est: eo q̃ sicut causa est oiꝫ rei: ita lumen est faciẽs intelligibile quicq̃d ꝛtelligit̃. Cũ ḡnõ sit inane desiderũ/ vt dicit Aristo. in primo ethicorũ: oportet q̃ naturali cognitiõe p̃ natural' ẽ intellectũ hois deus ⁊ intellect⁹ diuin⁹ cognosci possit. Adhuc quidã obiicũt: q̃ sicut se habet affectiua ad bonũ/ ita se habet ꝛtellectiua ad verũ: sed affectiua p̃ amorẽ coniungit̃ sũmo bono ⁊ attingit ipm: ergo intellectiua cognoscẽdo attingit sũmũ verũ/ q̃d est de⁹.

Arg. 9m Arg. >m Arg. >m

C Solutio scoti ⁊ ioh. sarrbacen.

Ad hoc dixerũt Joh. scotus ⁊ Joh. sarrbacen⁹ in cõmentis sup hierarchiã dionysij: q̃ creatus intellectus nõ põt in deũ cognoscẽdo/ nisi in theorijs ⁊ theophanijs. Theorias lumina respsa in creaturis appellãtes p̃ modũ vestigij/ vel imaginis/ vel signi. Theophanias aũt lumia ꝛtellectualia p̃ influẽtias a deo in angelos descendentia: ⁊ in circũscriptũ lumen q̃d deus est/ quantũ possibile est manifestantia. Contra q̃d dicit Hugo de scto victore in suo cõmẽto sup celestẽ hierarchiã: Quid est in theorijs ⁊ theophanijs deũ nõ videre: nisi deũ vt est nunq̃ videre. Cũ nec theoria/ nec theophania de⁹ sit. Tollãt ḡ theorias ⁊ theophanias: q̃ sicut non facti sumus nisi imediate ab ipo: ita nõ fiter nos aliquid vsq̃ ad ipm. dicẽte pma ca. Job. z. a. Videbimus eũ sicuti est. Job. 14. e. Ego diligã eũ: ⁊ manifestabo ei meipm. Adhuc: Videt̃ aug⁹ rñdere i libro de videndo deũ ad paulinã sic: Si queris vtrũ de⁹ videri possit: ⁊ Rñdeo/ potest: Si q̃ris vnde b̃ scit: Rñdeo q̃ in verissima scriptura Matth. j. a. legitur: Beati mundo corde: qm̃ deum videbũt. Si queris quõ dictus inuisibilis sit de⁹/ si videri possit: Rñdeo: inuisibilis est natura: videri aũt potest cum vult/ ⁊ sicut vult. Nec autẽ solutio mirabilis esse videt̃. Innuit̃ eni q̃ nõ videat̃ p̃ naturã: sed vel in specie assumpta qua vult/ ⁊ qñ vult: vel in effectu nature vel gratie vel glorie in qua resplendet ⁊ hoc est vel symbolice vel in theorijs vel theophanijs videre. Et hocnõ queritꝫ: sed an natura p̃ intellectũ creatũ cognoscibilis sit: ita q̃ imediate ꝛtellectus figat̃ in ipo sicut oculꝰ in suo visibili. Responsio: Aliud est cõtingere p̃ intellectũ/ ⁊ diffundi in ꝛtelligibili: ⁊ aliud est cape siue cõprehẽdere ꝛtelligibile. Et huius sil' ꝛtudinẽ dat' Chrys. sup illud: In pncipio erat verbũ dicẽs: Qꝫ visus corporeus qui est in oculo qñ est in littore maris/ littus terminãs mare cõprehẽdit: remotus aũt a littore/ in ipa maris supficie figitur: ⁊ in infinitate sua diffũdit̃ nihil videẽs q̃d pelagi terminat imensitatẽ. Et sic fecit euãgelista: nos vndiq̃ remouẽs a creatis/ ⁊ indiuidua: ⁊ imensitatẽ inducẽs: ipam ꝛmateriali oculo contẽplans ⁊ in ea se diffundẽs: cũ dicit: In pncipio erat vbũ: Nõ eni determinat̃ q̃d vl' q̃le pnci piũ: q̃d vl' q̃le vbũ: q̃d vel q̃lis de⁹: ⁊ sic relinq̃t nos in infinitate. Hoc aũt p̃bat̃ sic per dionysiũ: Non cognoscim⁹ deũ nisi symbolice/ vel mystice. Symbolice noscimus ꝓpriatem dei, ꝓportione diuinitatis corporee. Et cũ in infinitũ emineat ꝓprietas diuina: ꝓpriatib̃ creatorꝫ ꝓcedendo symbolice istamus in infinito: ⁊ diffundimur in illo/ nullum terminũ comprehendentes. Mystice autem procedimus in deum per eminẽtiam. Mystica enim sunt que per se ⁊ primo deo conueniunt: per aliud autem ⁊ secũdario creaturis: vt essentia/ vita/ ⁊ intellectus: q̃ nobis nõ inoresciũt nisi fm q̃ sunt in creatis genere vel specie vel numero: Et fm hoc esse nõ cõueniunt deo/ sed eminẽter ⁊ excellenter in infinitum. Sicut si dicã: de⁹ est essentia: ⁊ statim illud potentius nego/ dicens: nõ est essentia: eo q̃ nõ est essentia: put nobis essentia innotuit genere vel specie vel numero: ⁊ postea infero: est essentia sup omnem essentiam: nec dicere possum quantũ est super omnẽ essentiam: eo q̃ intellectus resolutorius non põt peruenire in aliq̃d primũ q̃d non sit de essentia resolutorum ⁊ ĩmixtum eis: deus autem nihil creatorũ est: sed eminet omnib̃ excellẽter in infinitũ: ⁊ ideo iterũ intellectus sic procedens/ stat in infinito ⁊ diffundit̃ in illo. Et b̃ est q̃d in primo celi ⁊ mũdi diẽ phs: Adhibuim⁹ nosipos magnificare deũ gloriosum/ eminẽtem ꝓpriatib̃ coꝫ que sunt creata. Et q̃d dicit̃ in libro de causis: Causa prima est sup omne nomẽ q̃d noiatur qm̃ nõ priuet ei diminutio Et hec est positio vicesima prima. Et in hac ꝓpositione dicit: Causa prima supior est narratione: et ideo deficiũt lingue a narratiõe eius: Nisi esse dicamus narrationẽ eius/ qm̃ ipa est super omnẽ causam: ⁊ nõ narratur nisi per causas secũdas/ que illuminant̃ lumine prime cause. Dicimus ergo: q̃ noticia intellect⁹ creati ⁊ humani/ deus ⁊ substantia diuina attingitur per simplicem intuitũ: ⁊ diffunditur intellectus in ipo per intuitionis considerationem: sed nõ capitur per comprehensionem. Et hoc vult dicere augustinus in libro de videndo deum ad probam: Videre deum possum: comprehendere vo minime. Visio eni simplici intuitu mẽtis perficitur. Comprehẽditur autem cuius fines circũspiciuntur. Comprehẽsio enim est contactus intellectus super terminos rei. Hoc est q̃d etiam dicit Apuleius in libro de deo socratis: inducens platonẽ sic dicentẽ: Plato celesti facundia p̃ditus: hunc solum deũ scꝫ deorum/ maiestatis incredibilis/ quadã ineffabili nimietate nõ posse fmõis humani quauis oratione vel modice cõprehendi: sed vir a sapiẽtib̃ viris/ cũ se vigore animi quãtũ licuit a corpore mouerũt/ accipe intellectum huius dei.

Limitatio

D Solo mẽbri primi

Et per hoc fere ad omnia patet solutio. Auctoritates eni que dicũt eũ incognoscibilẽ esse/ loquũt̃ de cognitiõe certa ⁊ finita: q̃ est cognitio cõprehensiõis. Et b̃mõ dicit Isidor. q̃ trinitas sibi soli nota est: ⁊ hoi assumpto/ q̃ ille verus de⁹ est. Auctoritates in oppositũ adducte/ de visiõe simplicis intuitiõis loquũt̃: ⁊ de diffusiõe ꝛtellect⁹ in infinito/ q̃d p̃ intellectũ finiri non põt: Cũ dicat Anselmus in ꝓslogion: q̃ de⁹ fm q̃ in deo sunt maius aliud est q̃ intelligi possit. Q̃d aũt obiicitur q̃d boeci⁹ dicit q̃ omne q̃d intelligitur ab intelligẽte cõprehẽdit̃. Dicendũ q̃ duplex est cõprehẽsio. Una est mot⁹ q̃ cõprehẽdit terminũ/ in q̃ ẽ imotũ esse/ qm̃ cõtingit ipm. Alia ẽ cõprehẽsio vasis: qm̃ rotũ claudit q̃d est in vase/ ita q̃ nihil sui est extra ipm. Et primo modo intellectus intelligit ⁊ comprehendit intel-

E Ad argu. Ad argumẽta ĩ ꝓtrariũ

Obiectio. I. Rñsio

ligibile in qõ finaliter tendit: quãdo cõtingit ipm p
simplicẽ visionẽ z b mõ loquit Boecij. Scõo autẽ
modo nõ comp̃hendit qñ eũ capit: non enĩ totũ ca-
pit z claudit: qz finitũ nõ potest cape illud qõ est in-
Obo.II. finitũ. Ad illud qõ objcit de pbo: q intellect⁹ dei
Rñsio desiderat⁹ est ab omnib⁹ hoib⁹ sciri. Dicendũ q
hoc est verũ. Ille enĩ maxime itelligibilis est/z ois
intellect⁹ z itelligibilitatis causa: z in omni itelligi-
bili attingit: sicut lumen qõ est actus visibiliũ/at-
tingit in omni visibili p visum. Sicut tñ lumen fm
ĩmensitatẽ quã habet in rota solis: z fm ĩmensita-
tẽ potestatis qua oĩa visibilia cõprehendere potest
nõ põt capi vel cõprehẽdi a visu. Ita nec intellect⁹
diuin⁹ fm excellentiã qua excellit in seipo: z fm po-
testatẽ q̃ illustrare põt sup omnia/etiã sup infinita
intelligibilia/capi vel cõprehẽdi nõ põt ab intelle-
Obo.III. cru creato. Ad id qõ objcit: q inferior potentia
Rñsio. nõ capit supiorẽ in nobis. Dicendũ q locus a ma-
iori suponit similitudinẽ: z hoc deficit in argumẽ-
to. Inferiores enĩ potẽtie materiales sunt: z ideo
ĩmateriale nõ accipiũt: nec circa ipm opanť. Intel-
lectus aũt ĩmaterialis est/sicut z deus. Et ideo in-
ferior sicut z supior ad idẽ intelligibile habẽt ꝓpor-
tionẽ: q̃ uis nõ eãdẽ fm capacitatẽ cõprehẽsionis.

Utrum deus fm ĩmensitatem suam sit cognoscibilis.

A Ecũdo queritur: An de⁹ fm ĩmensitatẽ suam
Mẽbꝝ.II. s sit cognoscibilis. Et videt q sic: sup illud
Arg.primũ Rom.I.c. Inuisibilia dei. glo. Tã pulchra
astra condidit: vt ex hijs quãtus z q̃ mirabilis sit
creator eo ꝓ possit cognosci. Si aũt cognoscit q̃nt⁹
Arg.2m cũ sit infinit⁹/in ĩmensitate sua cognoscit. Adhuc
ad Eph.3.d. Ut possitis cõprehẽdere cũ omnibus
scris/que sit latitudo z longitudo z sublimitas z p
fundũ. Scire etiã supeminentẽ sciẽtie charitatem
xpi: vt ipleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Cũ autẽ
plenitudo dei sit ifinita: videtur q in sua infinitate
Ar.3m de⁹ cognoscat. Adhuc: Infinitũ si rõne infinita-
tis videat/hoc est inq̃ntũ est infinitũ: infinitas eius
rota videt. Deus aũt infinitus esse cognoscit: q̃ in
Arg.4m infinitate sua cognoscit. Adhuc in deo nõ est ps
z pars/sed vnũ totũ simplex: ergo qui aliq̃d dei vi-
Arg.5m det/totũ videt: totum autẽ infinitũ est: ergo videt
q in infinitate sua videatur. Adhuc: Job.15.b.
Omnia quecũq audiui a patre meo/nota feci vo-
bis: omnia aũt infinita sunt: z audire a patre vt di-
Argu.6m cit Aug⁹/est esse a patre. Adhuc: Omnia in deo
vnũ sunt: z idem est infinitas qõ essentia vel vitas:
In cõtrariũ qui ergo vnũ in deo videt/imensitatẽ videt. In
arg.primũ. cõtrariũ est qõ dicit Ambrosius sup Lucã ca.5.in
originali: Eam qui habitat in deo plenitudinẽ di-
uinitatis nemo conspexit: nemo mente aut oculis
Arg.2m comprehẽdit. Adhuc: Boecius: Omne qõ scit/
cõprehẽsõe intellect⁹ determinat. Si q̃ infinitas dei
scitur: comprehensione intellectus determinat: z
ita comprehendit. Hoc autẽ in antedictis improbatũ
B est: quia infinitũ finito capi non potest/neq;
Solo mẽ- mensurari. Ad hoc soluere nõ est difficile: suppo-
bri secũdi. nendo dictum Aristo. 6. ethicoꝝ z Boecij: q que-
cunq; sunt in aliquo sicut in suscipiente z subiecto:
sunt in eo fm possibilitatẽ suscipientis/z non suscepti. vnde susceptibile infinitũ in suscipiẽte nõ est fm potentiã infiniti/sed fm possibilitatis capacitatẽ suscipiẽtis finiti. Ad primũ ergo dicendũ q cũ Ad arg.1m
dicitur q ram pulchra astra fecit vñ possit cognosci quãtus sit: intelligit q cognoscit infinitus: sed nõ est hoc per capacitatẽ infiniti/sed per rationẽ eminentie: quia in infinitũ excedit id quod fecit: z hoc est cognoscere quia infinitũ est. Et hoc ẽ sicut dictũ est/attingere infinitũ: z diffundi in ipo/z nõ comprehẽdere. Ad aliud dõm: q ipleri sctõs fm ple- Ad 2m
nitudinẽ dei dicit: notat plenitudinẽ eo ꝓ fm capacitatẽ vniuscuiusq; z nõ notat cognitionẽ dei iplen-
tis/ita q sc̃z nihil in sctis vacuũ deo remaneat: tñ
nullus eo ꝓ infinitatẽ dei cape põt. Ad aliud di- Ad 3m
cendũ: q infinitũ sub rõne infinitatis p intuitũ mẽ-
tis videt: z q̃z infinitũ est: sed nõ ita rõne ifinitatis
videt q infinita sit ratio videndi ipm: quia infinitas
nõ potest esse ratio videndi aliq̃d in eo qõ finitũ est:
sed potius id qõ infinitũ est videt: z per comparationẽ eius ad hoc cognoscitur esse infinitũ/eo q in finitũ excedit. Et talis visio incipit ab eo qõ infinitum est in se: finitũ autẽ huic/z fm hoc etiam termi-
natur in infinitũ. Ad aliud dõm: q q̃uis in pmo Ad 4m.
infinito simplici nõ sit pars z pars: tñ est attributũ z attributũ/notatũ z cõnotatũ: z ideo quo ad aliquid vel quidã ꝓcipit/z aliud relatũ: z nõ put est ad omnia z infinitũ. Simplex enim licet substantialiter simplex sit: tñ virtute z relatiõe multiplex est: eo q multorũ productiũ est/z ad multa relatum: que relatiões in relatis ad ipm sunt realiter: z nõ in ipo/nisi fm rationẽ: z ideo ea ratione qua refertur ad vnũ/non referr̃ ad alterũ: z põt cognosci
p at refertur ad vnum vel ad quedã/abl̃q eo q no Ad 5m
scatur put referr̃ ad omnia z infinita. Ad aliud dõm: cũ dicitur: oĩa quecũq audiui a patre meo/accõmodata est distributio: vt sic intelligat: oĩa q̃cũq audiui vobis: hoc est/ad utilitatẽ vestrã nota feci vobis. Ut hoc pnomen vobis datiui casus sit/z ex vi acq̃sitiõis ꝓstruat cũ hoc verbo audiui: z sic
nihil sequit incõueniẽs. Ad aliud dõm: q talis Ad 6m
modus arguẽdi nõ valet in diuinis: qz licet oĩa in deo idem sint: tñ cũ multa sunt attributa/cõnotatũ vnius nõ est cõnotatũ alterius: z ratio relatiorũ significata p vnũ/nõ est rõ relatiorũ ꝓ significata p alterũ: z iõ q̃ ad vnũ põt cognosci/z nõ q̃ad alterũ.

Utrum deus cognoscibilis sit fm q est vnus deus in tribus personis.

A Ertio queritur: An cognoscibilis sit fm q Mẽbꝝ.III
t est vnus deus in tribus personis. Et vi- Arg.primũ
detur q sic. Rom.primo c. Inuisibilia dei per ea que facta intellectu conspiciunt. ibi glosa: invisibilia dicit/ꝓter patrem: sempiterna virtus/ꝓpter filiũ/diuinitas ꝓter spiritũsanctũ: ergo ductu rationis phi cognouerũt deũ vnum in tribus
personis. Adhuc: Anselm⁹ dicit: q processio per Arg.2m
sonarum sicut causa est ante processionem rerum. Sed qui definite noscit causatũ/definite cognoscit causam definite: ergo phi cognouerũt processionẽ
personarũ z vnũ deum in trib⁹ personis. Adhuc Ar.3m
plato in vltima parte tymei de tbugatõ/hoc est paterno intellectu loquit/z filiolo gon/z matricula: patrem ergo z filiũ cognouit. Et qz pater z filius non necruntur sine amore in patre z filio: nexum cognouit vtriusq; qui est spiritussanctus: ergo et
alij cognouerũt. Adhuc: Omnis cognoscens in Arg.4m

tellectũ vniuersaliter agentẽ/scit q nõ nisi p lumen suũ z sibi consubstantiale/qõ est ratio z causa z forma operis agit: ergo patrẽ z filiũ cognoscit. Scit autem quia verbum ab eo in res agendas nõ procedit nisi per spiritũ: ergo definite cognouit spiritũ. Hoc etiam modo dicit Ps.32. Verbo dñi celi firmati sunt: z spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Job.26.d. Spiritus dñi ornauit celos. Non autem ornauit nisi formas intellectus creatoris celis inuehendo: z hac ratione phi definite cognosce-
re potuerũt trinitatẽ. Adhuc Aug⁹ in primo de Ar.5m
trinitate dicit: q phi tripartite diuiserunt phiam: in phyſicam/logicam/z ethicam. Phyſica ꝓter patrem: logicam ꝓter filiũ: ethicam ꝓter spiri-
tũsanctũ: ergo cognouerũt trinitatẽ. Adhuc qui Ar.6m.
dam obijciunt per hoc qõ dicit Aristo. in primo celi z mundi dicens: q per hunc numerũ ternarium adhibuimus nos ipos magnificare deũ gloriosum
ergo cognouerũt deum esse trinum z vnũ. Ad- Ar.7m
huc dicũt diuisse trimegistum mercuriũ: qõ tamen in libris suis non inuenitur: Monas/monadem genuit: z in se reflexit ardorem. Et dicunt eũ diuisse ꝓter hoc q pater indiuisibilis indiuisibilẽ genuit filiũ: z amorem qui est spũsanctus a patre proce
dẽtem in filium/a filio reflexit in seipm. Adhuc Arg.8m
Sciuerũt q nõ nisi per potentiã/sapientiam/z bonitatẽ volũtatis creata producerẽt: cum ergo potentia patris sit/sapientia filij/bonitas spũsancti:
videnť pnarũ trinitatẽ cognouisse. Si quis di- Ar.9m
cat q per appropriata cognouerũt/z nõ per ꝓpria. Videtur nõ posse stare: quia appropriatũ nõ fit ap propriatũ nisi per rationẽ conueniẽtie ad ꝓprium: ergo propriũ prius oportet cognoscere q̃ appropriatum. Si ergo per appropriata cognouerunt:
In cõtrariũ sequitur q prius per propria. In contrariũ hu- arg.primũ.
ius est qõ super illud Rom.1.c. Inuisibilia dei/dicit Aug⁹: q philosophi ad cognitionẽ trinitatis p-
sonarũ non peruenerũt. Adhuc Ero.8.e. super il Arg.2m
lud: Digit⁹ dei est hic: dicit glosa: Philosophi defecerũt in tertio signo/hoc est in cognitiõe spũsancti. Nec potest dici q defecerũt in appropriato spũsancti. Ita enim cognouerũt appropriata bonita-
rem/sicut sapientiã z potentiã. Adhuc: Richar Ar.3m
dus i libro de trinitate: Credo sine dubio ad quã cũq; explanationẽ quã necesse est esse: nõ modo probabilia/sed etiam necessaria argumẽta nõ deesse. Necessariũ autem est tres esse personas: ergo necessaria sunt ad hoc argumẽta per que philosophi
B cognoscere poterant trinitatẽ. Ad hoc dicendũ:
Solo mẽ- q phi per propria ductu naturalis rationis nõ po-
bri tertij. tuerũt cognoscere trinitatẽ personarũ. Anima enĩ humana nullius rei accipit scientiã/nisi illius cuius principia prima habet apud seipam. Nec enim sũt quasi instrumẽta quibus erudiat z erudit seipam: z exit a potentia sciendi ad actũ sciendi. Habet aũt apud se/q vna natura simplex z indiuisa fm vnã essentiã z vnũ esse nõ est in trib⁹ p̃sonis a seinuicem distinctis p̃sonaliter: z iõ supra b/vel ꝓter hoc/vel ꝓtra hoc nihil accipit nisi aliq̃ grã vel illuminatiõe
Ad arg.1m altioris luminis subleuata sit a ia. Ad pmũ q̃ di- Ad 2m
cendũ: q glosa ad Rom. pmo loquit de appropriatis/z nõ de ꝓprijs. Appropriata enĩ essentialit cõia sũt z vni sube in trib⁹ p̃sonis ꝓueniũt: licet ad vnã p̃sonã referri possint potẽtialit/z nõ ad aliã fm aliquã ꝓueniẽtie rõnẽ. Ad aliud dõm: q dicit Aug⁹. pcessio p̃sonarũ exigit p appropriata/z nõ p ꝓpria: qz posito q nõ sit pater in rõne pris/nec filij⁹ in rõne filij/nec spũsctũs in rõne spũsncti: sed sit vn⁹ de⁹ potes sapiẽs volẽs: sufficiẽs causa est ad creandũ/q̃tus
sit vnus in p̃sona: sicut est vn⁹ in essentia. Ad aliũ Ad 3m
dõm: q plato patrẽ intellectũ creantẽ notat: filium aũt mundũ. Quẽ mundũ vocauit: eo q a mũdissimo exẽplari eruit: arte. s. creatoris. Quẽ archetypũ mundũ dixit. Matriculã aũt vocauit materiã.
vñ ꝓstat q de appropriatis/z nõ de ꝓprijs loquit: z ad pductionẽ rerũ hoc refert/z nõ ad pcessionẽ p̃sonarũ. Ad aliud dõm: q licet itellect⁹ oĩs sic agat: Ad 4m
tñ illa nõ sunt ꝓria quib⁹ p̃sona a p̃sona distinguit in diuinis/sed attributa vni p̃sone causanti p itellectũ: a qua res causate pcedũt/sicut artificiata pcedũt ab itellectu practico. Ad aliud dõm: q auctoritas aug. nõ ꝓbat q cognouerũt nisi p appropriata Ad 5m
q̃ fm se sunt cõia sicut z essentia. Ad aliud dõm: Ad 6m.
distinctione potentie cogitatiue siue rationis que superius posita est/ex comparatione potentie ad cogitantem vel cogitabile; dicimus q̃ fm facultatem cogitabilis ⁊ non cogitantis soli deo propriū est sic esse q̃ nō possit nō esse: ⁊ nō possit cogitari nō esse. Et huius ratio est: quia in omni eo qd̃ creatuz est/intelligitur aliquando non fuisse: Et intelligit fm id qd̃ est/ex nihilo et nihil esse. Ex quibus relinquitur: q̃ potest cogitari de ipsis aliquando nō esse: ⁊ q̃ nō sunt/nisi p ipsius esse veram causam/et p esse causati influentiam. Omne eiꝰ qd̃ est p causam efficiētez: nō est nisi cā efficiēs cōtinue influat esse fm actum. Et q̃ quidam instant: q̃ domus ē quando edificatoz nō edificat fm actuz? Nulla est instantia: vt dicit Auicē. in. ij. libro sufficientie. Edificans enim ⁊ generans non sunt cause proxime ⁊ essentiales edificati ⁊ generati sed sunt extrinsece cooperantes ⁊ disponentes ad hoc/q̃ aliquid edificetur vel generet. Sz alia cā esse in figura domus proxima ⁊ efficiens figure illius que dicitur domꝰ: est p clauatio vel contignatio/siue alia collectio/continens figurā in esse domus. Constat ei q̃ non continet/nisi cōtinentie renentiā influendo fm actum: ⁊ si ad modicū tenentiā non influeret, concideret domus. Similiter in generante causa proxima generati est formatiua vis/que est in gutta generātis: que in matre format formabile ad esse vt humidum maternum: qd̃ materiale humidum vocat philosophus. In nato autem substantiam membrozum format humidum nutrimentale: ⁊ si ad modicum nō influerent huiusmodi formationem fm actum quē influit ⁊ formabili et formato/⁊ ei ad qd̃ format/statim periret id qd̃ generatum est. Et similiter se habet in cā esse/que simpliciter causa est esse: ⁊ si ad modicū nō influeret esse/periret omne qd̃ est. Per qd̃ pbat Auicen. q̃ omnium esse fieri est: preter esse pmi: qd̃ ab alio esse nō habet/sed ipm fm id qd̃ est suum esse est: Propter qd̃ de ipso nō potest cogitari q̃ nō sit: quia nullam ad nō esse habet potentiaz vel relationem. De omni autez creato hoc cogitari potest: quia omne creatum ⁊ potentiam ⁊ relationem habet ad non esse.

Obiectio
Responsio

Ad 1m

Ad 2m

Ad 3m

Ad primū ergo dicendum: q̃ licet quantum est de facultate cogitabilis/nō possit cogitari simul esse ⁊ simul nō esse: tamē vtrūq̃ contradictoriozū p se acceptum/⁊ a relatione oppositionis que fm contradictionem est separatum/potest cogitari nō esse. De deo aūt/hoc est de cogitabili nullo modo b̄ potest cogitari: pter causam q̃ dicta est. s. quia nō habet potentiā vel relationē ad nō esse. Ad aliud dicendū: q̃ necessariū est tripliciter: duobus modis fm quid: ⁊ vno modo simpliciter. Scōz q̃d necessarium est/qd̃ positione necessariū est aliquo posito: vt si video te ambulare: nece est te ambulare cū tū te ābulare simplr p̃rigēs ē. Scōm q̃d nēcariū est/qd̃ ex coherentia terminozū necessariuz est: vt hominem esse animal necessariū est: eo q̃ vnū claudit in intellectu alterius: cum tamē esse hominē simpliciter/⁊ animal esse simpliciter vtrūq̃ contingens sit. Simpliciter autem necessarium est qd̃ est ens necesse: ⁊ hoc est q̃ nullam habet potentiaz vel relationez ad nō esse: qd̃ soli essentie diuine conuenit: ⁊ ideo hoc solum nō pōt cogitari nō esse. Necessariū eiꝰ positionis si fm se separatū a positiōe accipiatur/contingens est: ⁊ cogitatur nō esse. Similiter necessarium qd̃ est ex coherentia terminozū si separatim a coherentia terminozū accipiat: cogitatur nō esse. Et qd̃ dicit Aristo. q̃ necessariuz est eternum: non est dictū de substātia necessariū/vel de esse suo: sed de eo qd̃ est necessariū fm q̃ stat sb forma siue necessitatis: Potest tamē fm substantiā cogitari nō esse: de hoc autē qd̃ ē ens necesse ē esse/nullo modo potest cogitari. Ad aliud dicendū: q̃ potentia ad semp esse: ⁊ potentia ad aliquando nō esse/simul esse nō possunt in vno subiecto: sicut dicit pbs: subiectum tū vtriusq̃ potētie fm substātiam acceptum/⁊ a consequētia oppositiōis separatum: oppositionis dico que est inter necessitatē ad semper esse/⁊ potentiā aliquādo nō esse: potest cogitari nō esse: vt iam habitum est. Et sic reliquitur q̃ soli deo pprius est esse: ⁊ nō posse nō esse: ⁊ nō posse cogitari nō esse.

Ad 3m

Queritur de simplicitate essentie diuine.

Questio XX.

Einde querit de simplicitate essentie diuie.

Nulꝰ qōis. s. sūt mēb.

D Et querūtur dnq̃: An sez sit simpler. Qualis sit simplicitas eius. Quanta sit simplicitas eius. Utrū deo pprium sit esse in fine simplicitatis. Et verum comparatione diuine simplicitatis/alia simplicia sint composita.

Utrum deus sit simpler

A Membr. I Argu. 1m.

Primo q̃ querit: An sit simpler. Et videt q̃ non: In omni eni natura in qua sūt suppositra distincta/⁊ natura vna cōis cōpositio est ex priculari ⁊ vl: ⁊ ex principijs cōstituentibus priculare in esse pricularis: ⁊ cōstituentib vl in esse vlis. In natura diuia sic ē: Pr ei ē deꝰ filiꝰ ē deꝰ: spūsanctus est deus: ⁊ hij tres vnus in natura deus: sicut dicit porphiriꝰ: q̃ participatōe speciei plures hoies sunt vnus homo. Ergo videt q̃ in essentia diuina sit compositio. Adhuc: Cum dicitur pater sequit si pat est/deꝰ est: ⁊ nō ecōuerso: si deꝰ est/pater est: Ergo in deo est quoddā vt ñcedens et quoddā vt ñsequens/vt videt. In omni autē tali natura cōpositio est ex natura ñcedēte ⁊ natura ñsequēte: videt ḡ q̃ in diuis est talis compositio.

Argu. 2m.

Argu. 3m.

Adhuc in deo cōstat q̃ est distinctū ⁊ indistinctū distinctū autē ⁊ indistinctū ad vnū ⁊ idē nō possūt reduci: sequeret eiꝰ q̃ idē esset cōicabile ⁊ incōicabile/⁊ idē incōicabile ⁊ cōicabile: ⁊ sic contradictoria essent vera de eodem: qd̃ est inconueniens. Videtur ergo q̃ illud in quo est distinctū ⁊ indistinctū sit cōpositū. Adhuc: Cōstat q̃ in deo est aliquid qd̃ de alio qd̃ etiā in deo est nō pdicat: sicut innascibilitas est in patre/⁊ paternitas: ⁊ innascibilitas nō est paternitas. In quocūq̃ eiꝰ multa sūt quorū vnū non est a lte ñ/cōposita sūt: In deo videt sic esse: ḡ in deo cōpositio ē/vt videt. Adhuc: Quicquid fm aliqd comphendit/⁊ fm totū comprehēdi nō pōt: habet hoc ⁊ hoc ⁊ est compositū. Deꝰ vt dicit aug. fm aliquid cōprehendit/siue videt: ⁊ nō fm totū: ḡ videt q̃ in deo sit cōpositio. Adhuc: Negari nō potest q̃n ī deo relatiua sint. Dicit autē aug. in li. de trini. q̃ omne relatiuū aliud est q̃ rela

Argu. 4m.

Argu. 5m.

Argu. 6m.

Arg.7m tū: Aliud eīm habet quo relatiuū ēt ⁊ aliud quo est. ergo videt q̃ in deo cōpositio sit. Adhuc: In quo cūq̃ sūt diuersa discreta necesse ē eē diuersa discernētia: In deo diuersa discrete sūt: g̃ videt q̃ diuersa discernētia sunt. Sed in quo cūq̃ sūt diuersa discernētia/cōpositū est: g̃ in deo compositio esse videt. Adhuc: In quocūq̃ sunt diuerse res diuersorū p̃dicamentorū/cōpositum est: In deo res diuersorū p̃dicamētorū sūt: vt dicit Boeti⁹ in lib. de trinitate: vt bistātie/⁊ relatiōis; ⁊ vtrinq̃ ꝓprie: g̃ videtur q̃ in deo sit cōpositio. Cōtra: Boe. i li. de trini. Q̃d nō est ex hatq̃ hoc: ⁊ tm̄ est hoc: id vere est id q̃d est: ⁊ ē pulcherrimū fortissimūq̃: q̃ nulli innititur. Quo circa hoc vere est vnū: in quo nullⁿ numer⁹. Et loq̃tur de deo: g̃ i deo nullⁿ est numerus. In omī aūt cōposito cōponētiū numer⁹ est: ergo deus cōpositus nō est. Adhuc: De⁹ p̃mū p̃ncipium est in efficientibus: ⁊ p̃mū p̃ncipiū in efficiētibus simplex est: g̃ deus simplex est essentie simplicitate: essentia ergo diuina simplex ē. Adhuc p̃mū in ratiōe sui habet q̃ simplex sit: quia si detur q̃ compositus sit: tūc sequit q̃ aliquid habeat añ se sicut cōponētia: ⁊ ex hoc sequeret q̃ p̃mū; nō esset p̃ncipiū: q̃d esse nō poteſt: q̃ ꝓtradictoria verificarentur de eodem. Q̃ēs aūt q̃ueniūt/q̃ de⁹ p̃mum est: g̃ necesse est q̃ de⁹ simplex sit. Adhuc: Ens necesse nō est nisi q̃d nullā causā hz: de⁹ solus nullā cām hz: g̃ de⁹ solⁿ est ens necesse. Ens necesse nullo mō in potētia ē. Q̃ē cōpositū in potētia est ad sua cōponētia g̃ ens necesse cōpositū nō ē: solus deus ens necesse est: g̃ in deo cōpositio nō est. Adhuc sic arguit boeti⁹ in li. de tri. Id q̃d solū ⁊ essentialiter est forma: nec p se/nec p accīs subiectuz esse pōt. Deus solū ⁊ essentialiter forma ē: g̃ nec p se/nec p accīs subiectū fieri pōt. Inde vlteriⁿ arguit boeti⁹: Q̃d nec essentialⁿ/nec p accīs subiectum fieri pōt: nullⁿ cōpositōis est susceptibile. De⁹ nec p se/nec p accīs sbiectū fieri pōt: g̃ nullⁿ cōpositōis susceptibile ē. Si obijciat ꝑ maiorez p̃mi arguit: q̃ forme p hoc q̃ sūt in materia/subijciunt accidentibus: sicut cū dicit: homo est albus: ⁊ substāt supioribus: vt cū dicit hō est anial. Rñdet boe. q̃ forme in materia fm seipsas ⁊ fm id q̃d sūt: forme nō sūt/sz forma ꝓ imagines: hoc est ad ea q̃ sūt forme fm se formate imagines: ⁊ rōne eiⁿ in quo formantur/subijci possunt: ⁊ substare tā accīnibus q̃ etiā suis supioribus: q̃ q̃uis forme sunt/tamē materiales sīt. Sz separate q̃ cū fm seipsas forme sūt/subijci nullo mō p̃nt. De⁹ aūt ⁊ eēntia diuia oino ē forma separata: ⁊ oia ad formā fmians effectiue. Ergo eēntia diuia nullo mō subiectū esse pōt. Dicē ei aug. i li. 8z. q̃nūt: q̃ de⁹ est spēs/oi rei spēm p̃bens. Relinquit g̃ q̃ sit simplex ⁊ nō cōpositⁿ. Solo firmit credēdū ⁊ tenēdū ē: deū eē simplicē ⁊ incōpositū/⁊ sz fidē/⁊ fm phiam; sic ꝑdūdūt vltime rōes. Ad p̃mum g̃ dōm: q̃ supposita in natura diuia nō distinguuntur suis distinguētib⁹ ad esse substātiale distinctū. Ita q̃ in esse substātiali ⁊ absoluto aliud sz esse diuinū sit pr̃/⁊ aliud filⁿ/⁊ aliud spūsctūs: sicut socrates; ⁊ plato distinguunt sub hoie. Sed relationib⁹ ad originē ꝓrinenti⁹ ad quendā essentie modū: quo aliⁿ fm originē sit ex alio/⁊ nō aliud ab ipso. De relatiōib⁹ vo fm originē dicit boe. q̃ nihil diuerse essentie adijcit relatuz/nec mutat: Q̃d autem nihil adijcit vel mutat/cōpositionē non facit. Relatio ergo talis compositionē nō facit: q̃n potius/vt dicit auicē. quo aliud simplicius est: eo multiplicius est in relationibus. Et ideo modus existentie p relationē compositionē non inducit: quia nec naturā cōem ꝓticulatin diuersa: sed eandez in numero in trib⁹ relinquit ⁊ in vno esse diuio. Ad aliud dicendū: q̃ in deo nō ē natura añcedēs ⁊ natura cōsequēs: q̃ in omī eo in quo natura ē antecedēs ⁊ natura ꝓsequēs/p aliquid essentiale distincta est natura antecedens a natura ꝓsequente: ꝓpt q̃d diuersa est natura añcedēs a natura cōsequente. Unde talis natura simplex esse nō pōt. Et hoc i deo nō est: quāuis sit ibi aliq̃d p modū añcedētis ⁊ aliquid p modū ꝓsequentis: in quo tm̄ oino ⁊ oino de idez ē res que añcedit ⁊ res que cōsequit: q̃uis modus existendi fm relationē solā/que nihil adijcit vel mutat de absoluto/aliⁿ sit añcedētis ⁊ aliⁿ ꝓsequentis. Et sup illū modū ꝓsequētia fundat cū dicit pater est/g̃ de⁹ est/⁊ nō sequit econuerso: idē eīm est in añcedente ⁊ ꝓsequente/tm̄ fm modum significandi diuersū: ꝓter q̃d illud q̃d attribuitur vni/nō attribuit alteri. Et hec etiā est causa/quare nō cōuertibiliter se habent ad invicē. Ad aliō dicendū: q̃ distinctū esse in diuinis/est p relatōez originis: q̃ nihil affert vel variat vel mutat de esse substantiali vel absoluto. Et ideo in diuinis eē distinctū idē est cum esse indistinctū: diuersū m̄ fm existēdi modū; sup quē existēdi modū diuersū fundat b̄ q̃d dz: q̃ vnū est cōicabile vl incōicabile: ⁊ alteruz incōicabile ⁊ cōicabile: vn̄ cōicabile ē idem ei q̃d ē icōicabile/sz modⁿ existēdi siue significādi diuersus. Ad aliud dōm: fm anſ. q̃ innascibile ⁊ pr̃/⁊ innascibilitas ⁊ pr̃nitas nō dicūt q̃d existēs/sz quendā existētie modū: sicut ab alio nō esse/⁊ aliū ab ipo esse: q̃ sūt relationes p̃ncipij ab ante ⁊ post. Jaz autem habitū est: q̃ tales relatiōes nihil addūt: nihil variant: nihil mutant in esse simplici. Propter q̃d etiā Bilbert⁹ poretan⁹ tales relatiōes potⁿ dicit assistētes q̃ inherētes: ⁊ ideo nullā ꝓferūt cōpositionē. Innascibilis eīm fm omē esse absolutū ē idē cū eo q̃ est pr̃: ⁊ ecōuerso: q̃uis innascibilitas quēdā modū dicat quē nō dicit pr̃nitas: Sicut in puncto q̃d est finis ⁊ p̃ncipiū: aliū modū dicit esse finē et aliū modū dicit existēdi p̃ncipiuz esse: qui tm̄ modi nullā in pūcto quantitatis faciūt compositionem. Ad aliud dōm: q̃ cū dicit aug. q̃ de⁹ fm aliquid videt/⁊ nō rot⁹ videt: ꝓtitiua ꝓstructio ē q̃ imporatur in hac orōne fm aliq̃d: ꝓtit eīm in attribut/⁊ ꝓnoratis/⁊ nō in ꝓtib⁹ essentialib⁹ vel integralib⁹ diuie essentie: Et iō hoc nō impedit simplicitatem q̃ inquātū aliq̃d simplicius ē/eo plura habet attributa sicut relatum ad plura. Ad aliud dicendum: q̃ in creaturis sic est vt dicit augu. q̃ omne relatiuum est aliud q̃ est relatum: quia in creaturis relationes ex motu ⁊ mutatione innascuntur: et oportet q̃ aliud sit id q̃d mouet/et id q̃d ex motu suo in ipso efficitur. In diuinis autem: vbi relatio non dicit diuersam existentiam/sed tantum diuersum existendi modum: idem penitus est relatiuum habitu vel actu relatum/et suppositum q̃d refertur per relationem: nec differt ab eo nisi fm existendi modum qui dictus est. Ad aliud dicendum: q̃ vbi discernentia forme sunt absolute vel res facientes discretionem: ibi necesse est q̃ discreta fm esse absolutū diuersa sint. Ubi autem discernētia nō faciūt nisi existēdi modū fm relationē originis: ibi discernētia nō faciūt nisi modū discernēdi diuersum in quib⁹ esse discretoꝝ absolutū idē est. sicut ꝑ us in exemplo pūcti ostendimus. Ad vltimū dicendū: q̃ in relatione duo sunt: vnū ex genere: ⁊ alterū ex specie. In genere accidentis est et suū esse est in esse: ⁊ quo ad hoc nō manet in diuina p̃dicatiōe res relatiōis. Quia omne q̃d est in essentia diuina/est idip̃m q̃d diuina essentia substantialiter: ⁊ omne q̃d est in diuina p̃sona/est idip̃m q̃d diuina p̃sona substātialiter. Unde relatio que est in persona/est ipa persona. Ex specie autem habet sive ex speciali genere/q̃ ad alterum est: Relatiuū enim hoc q̃d est/ad alterum esse est: ⁊ hoc modo nō dicit nisi existendi modum. Et hoc modo vt dicit Boecius/recipitur in diuina p̃dicatione: quia res eius hoc modo non dicit diuersam rem a re/que est substantia: q̃uis diuersum modum significandi/qui nihil affert cōpositiōis: vt dictū est.

Queritur qualis sit simplicitas dei.

Medrū.II. Ecūdo queritur qualis sit simplicitas eius. Est eni simplicitas multiplex: sez vnitatis puncti in genere quātitatis. Simplicitas etiā corpis homogenij: simplicitas p̃ncipiorū subtilis sicut materia ⁊ forma simplicia dicunt. Et simplicitas cōponentiū q̃dcunq̃ cōpositū: nisi eni illa essent simplicia/abiret in ifinitū. Et ē simplicitas in relligibiliū: q̃ nō intelligit nisi simplex. Queritur g̃ qualis simplicitas diuina. Et videtur q̃ sit ad modū vnitatis simplex. Simplex eni vt dicit Boeti⁹ in libro de trinitate/vnitas formaliter vna ē in pluribus vnis materialiter nūeratis. Et similiter videtur in vnitate essentie que vna ⁊ simplex est in tribus p̃sonis. Q̃d si concedat: cōtra est q̃ vnitas simplicitatis in vnitate est simplicitas determinata: ad genus entis: g̃ est in ea ⁊ q̃d determinat/⁊ q̃ determinat/⁊ vnū illo ꝓ nō est alterū. Simplicitas autē diuina nō admittit diuersitatē determinati ⁊ determinantis: ergo simplicitas diuina non est ad modū simplicitatis vnitatis. Similiter videt q̃ nō sit ad modū simplicitatis pūcti: q̃ dicit Aristo. Punctus est suba posita in cōtinuo: hoc est/quid positum. Q̃d aūt quid positū est/ab alio habet q̃ quid est: ⁊ ab alio q̃ positū est. Dicit enim Boeti⁹ in libro de hebdomadib⁹: q̃ omne q̃d est/⁊ hoc est: ab alio habet q̃d est: ⁊ ab alio q̃d hoc est. In deo autem idē est q̃d est/⁊ q̃d hoc est: g̃ simplicitas diuina non est ad modum simplicitatis puncti. Adhuc: Nullo modo potest esse ad modū corpis homogenij/q̃d simplex dicitur. Corpus enim homogeniū duplex est: sez elementū/⁊ elementatū. Elementū aūt non est simplex nisi fm formā: q̃ sic dicit Jsaac in libro de elementis: Elementū est/q̃d fm formā nō resoluitur ad formā aliā. In ꝓtib⁹ aūt materiali bus ⁊ integralib⁹ multimodā ⁊ quātitatiuā habet cōpositionē. Homogeniū autē elementatū q̃uis ꝓres cū toto in forma dissimiles nō sint: nec pars eriam cū parte: sicut q̃libet pars carnis est caro: tm̄ cōponit ex hīs que diuerse sunt essentie ⁊ in ipo cōposito essentialē retinent diuersitatē. Simplicitas autē diuina talis est que nihil diuersitatis essentialis admittit. Q̃bijciunt tamen qui dā contra boe quia scriptura dicit eum esse petram/⁊ locū/⁊ aliquando aquam: ⁊ huiusmodi que corpora homogenia sunt. Sed hoc nihil est: quia talia symbolice de deo dicuntur: vt dicit Dionysius: ⁊ ideo p dissimiles similitudines proportionū ad aliq̃d/et nō p naturā simplicis vel composite essentie in deū referunt. Similiter non videtur esse talis simplicitas qualis est principiorum substantie: Quia principia substantie q̃uis ex essentijs diuersis nō sint compositra: tamen componibilia sunt ad inuicem in toto ⁊ ad formam totius/quia terminatur sub esse totius compositi. Simplicitas autem diuina in esse diuino talem componibilitatē non admittit. Si enim cum alio posset componi: tunc cuz alio possibilis esset ad tertium: quod est inconueniens: ⁊ haberet aliud equiporens sibi ad componendum: q̃d maius est inconueniens q̃ primum. Et hoc tam in partibus essentialib⁹ verum est/q̃ in partibus formalibus essentialib⁹. In essentialibus enim vna pars vt actus est: ⁊ alia vt potētia. In formalib⁹ aūt essentialibus vltima differentia vt actus est: ⁊ ad omēs anteillam ordinatur in potentia generis. Horum autem nihil admittit simplicitas diuina: quia tota agens actus purus est/nihil habens in potentia. Si vo dicat q̃ est simplex vt componentia simplicia funtin on videtur esse verum. Componentia enim fm diuersitatē sue essentie numeratur in compōsito: ⁊ sic in composito est aliquis numerus. Dicit autem Boecius vt prebabitū est: q̃ in vero vno ⁊ simplici nullus est numerus. Adhuc in talibus componentib⁹ vnū innititur alteri. Potentia eni innititur actui: ⁊ partes componentes inniruntur forme totius. Dicit autem Boecius: q̃ illud q̃d verum vnum est ⁊ simplex/nulli innititur. Simplicitas ergo diuina non est ad modū simplicitatis cōponētiū. Adhuc: fm hoc de⁹ itrarer cōpositionē oim existētiū ⁊ cōmisceretur oib⁹ existentib⁹: q̃d est contra p̃bm in libro de causis. xix. ꝓpositione vbi sic dicit: Causa prima regit res creatas omnes/preter q̃ cōmisceatur cum eis. Simplicitas ergo dei non est ad modum simplicitatis componentiū. Similiter non videtur esse ad modum simplicitatis intelligibilis. Intelligibile enim simplex dicitur: quia a materia ⁊ appendiciis materie depuratū est: eo modo quo vniuersale abstrahitur a particulari ⁊ particularib⁹: nihilominus tamen vniuersale admittit compositionē diuersarū essentiarū. Sicut species siue speciali ssima siue subalterna cū sit vniuersale: cōposita tm̄ est ex genere ⁊ differētia. In deo aūt vt dicit boecius/nulla pōt esse esse ⁊ cōpositio: g̃ simplicitas diuia nō ē ad modū simplicitatis ꝑtelligibilis. Adhuc ꝑtelligibile fm id q̃ est/ꝓstituiuū ē intellecti: aliter eni nō essent eadē p̃ncipia ꝑtelligēdi ⁊ essendi q̃ eadē vult esse aristo. in. j. physi. Et si sic esset simplex de⁹ ꝑtūc nō esset separⁿ ab entib⁹ fm esse/sz potius imitⁿ eis q̃d est ꝓtra p̃bm li. de causis in iam dicta ꝓpositiōe. xix. Ex hīs videt relinq̃ q̃ simplicitas diuia exēplū nō habeat vel sil'ein aliq̃ simplicitate. In ꝓtrariū huⁿ ē: q̃ ea q̃ sūt in creaturis/⁊ priment ad nobilitatē earū: exemplificara sunt a creatore. Et sic videt: q̃ sicut exēplū sil'itudo ē exēplaris: ideo debeat esse similitudo inter exemplatā similitudinē ⁊ exemplarem: ⁊ simplicitas que in

Arg.8m

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

Arg.6m

Arg.7m

Arg.8m

Arg.9m

Solo mē.I

Ad arg.1m

Ad 2m.

Ad 3m

Ad 4m.

Ad 5m

Ad 6m.

Ad 7m.

Ad 8m

Arg.primū

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

Arg.6m

Arg.7m

Arg.8m

Arg.9m

Rñsio

In ꝓtrariū argumentū

exēplis nō inuenitur. videt etiā nō esse in exēplari.

E Solo mēbri secundi. Solutio: dicendū q̃ simpliciras diuina nō habet exemplū eo modo q̃ diuina est/ Et huius causa est: quia nihil secundo ꝓ pōt pticipare aliquā bonitatū que influit ei a primo fm puritatē z veritatē qua est in pmo. Unde in libro de causis sup. xix. ꝑ positionē sic dicit cōmentūt Causa pma z pma bonitas influit bonitates sup res influxione vna: verūtamē vnaquecq̃ rerū recipit ex illa influxione fm modū, ꝓtie virtutis et sui esse. Unde cū causat esse z virtus inferior sit q̃ esse z virtus pmi oēs bonitates recepte a secundo inferioris valde nobilitatis sunt in secūdo q̃ fuerūt in primo. Unde sequit q̃ nihil secundo ꝓ vere simplex sit. Et hoc etiā dicit Boecius in libro de trinitate: q̃ vere vnū est in q̃ nullus est numerus: nullū in eo aliud ꝑter id qd est. In oi autē qd est citra primū/ aliud est id qd est: z aliud quo est/ z ꝑter hoc nō vere simplex est. Sicut patz in simplicib⁹ quātitatis. Unitas enī id qd est idiuisibile/ est potētia ad formam distincti existens/ quo aūt vnitas ē/ forma distinctiōis est. Et ex his duobus ꝯstituit vnitas in specie vnitatis. Similit puncrum id qd est indiuisibile/ est possibile ad formam positionis vel situs in cōtinuo: formā aūt positionis dico/ vt ante/ retro/ supra/ infra/ in dextro/ vel sinistro: ab hac enī forma punctū habet q̃ punctū est: z ideo aliud ē in eo qd est: z aliud quo est: ꝑter qd ad modū diuine simplicitatis non pōt esse simpler. In corpe aūt homogenio licet vna in partib⁹ z in toto forma sit tamen illa distensa per quātitatem z situ partium/ diuiditur diuisione continui: z ideo perfectionē diuine simplicitatis nō imitatur. In pncipijs etiam substātie nō pōt esse simplicitas qz licet ex alijs pncipijs substātie non cōponant: trū aliud habent hoc qd sunt: z aliud quo pncipia substantie sunt: hoc enim q̃ sunt/ res quedā z substantie sunt: quia ex nō substātijs nō fit substātia: vt dicit phus. Eo aūt quo pncipia sube sunt: vtrūq̃z pncipio ꝓ dependentiā habet ad alterū. Materia enī dependet ad formā vt ad actum: z forma ad materiā vt ad idin q̃ habet esse distinctū z esse in effectu. Unū z in hijs z q̃ est/ z quo est pncipiū nō idem est: z ideo talia pncipia modū simplicitatis diuie non habent/ nec attingunt. Similit dicendū est de componētib⁹. Componentiū enī vnū qd q̃z id qd ē aliud habet: z aliud quo est componēs: Quo enī est componēs dependēs est ad id qd secū cōponit: z oia sil cōposita depēdentia sunt ad formā cōpositi qd cōponunt: z nō est in eis idem q̃ sunt/ z quo sunt: z ro ad simplicitatē dei nō pueniūt. Similiter intelligibile qd simpler est quodāmodo/ a particularib⁹ scz segregatū p intellectū trū: hoc qd est in ipo/ natura quedā est possibilis ad esse in reb⁹/ z ad esse in intellectu: licet fm aliud sit esse in itellectu: z fm aliud in reb⁹. vnū aliud est in ipo q̃ est: z aliud quo intelligibile vel vniuersale est. In prima autem causa/ q̃ deus est: vt dicunt Auicēna z Algazel: omnino et omnimodum idem est esse z q̃ est/ z quo est. Et ex hijs relinquitur: q̃ diuina simplicitas in creaturis nullum habet exemplū. Ad id quod obijcit dicendum q̃ est exemplū imitationis: z exemplum perfecte equalitatis. Et simplicia in creatis exempla sunt simplicitatis diuine fm qualēcunq̃z imitationem: sed exempla esse non possunt fm equalitatem perfectam.

Ad argumentū i ꝓtrariū

Utrū deꝰ sit forma vel materia omniū. D

Ulta hoc querit: vtrū deus sit forma oim vel sit materia omniū. Et videtur q̃ forma. Dicit enim Dionysius in celesti hierarchia ca. iiij. q̃ esse omniū est sup esse deitas. Ad huc Aug. Uerbū dei forma est nō formata: verbū aūt dei deꝰ ē: q̃ deꝰ forma oim ē. Quidā etiā fuerūt q̃ deum animā mūdi posuerunt: q̃ ad se ideale formā existentē omnia format: fm q̃ etiā Aristo. videtur dicere de pncipio vniuersi esse qd in creatione sua actus est ex actu: sicut in operante parte medicine/ plaga est ex plaga: sanitas ex sanitate: domus ex domo. Adhuc intellectus practicus per hoc q̃ est practicus/ est forma omnium suorū operatorū: res autem create in deo sunt eodē modo quo artificiata sunt in intellectu artificis: sicut dicunt omnes phi tam pipatheticī q̃ stoici: ergo videtur q̃ deus sit forma omniū suorum factorum.

Alexander etiam in quodam libello quem fecit de pncipio incorporee z corporee substantie: quē secutus est quidam dauid de dinato in libro quem scripsit de romis: hoc est de diuisionib⁹: dicit deū esse principium materiale omniū. Qd probat sic: quia noys/ hoc ē substantia mēralis primū formabile est in omnem substātiam incorporeā. Primū aūt formabile i res alicuⁿ generis/ pmū materiale est ad illa: noys q̃ pmū pncipiū ē ad oēs incorpeas substantias: materia aūt possibilis ē ad tres dimēsiones. pmū formabile est in omnes corpales substantias: ergo est primū materiale ad illas. Quero ergo si noys z materia prima differunt/ an nō. Si differūt: sub aliquo cōmuni a quo illa differentia egreditur differunt: z illud cōmune q̃ differentias formabile est in vtrūq̃z. Qd autem vnum formabile est in plura/ materia est/ vel adminus principiū materiale: propter quod in nono prime phie: dicit phus: q̃ quecūq̃z sunt in genere vno/ eorum est materia vna: Si ergo dicatur vna materia esse materie prime z noys: erit prime materie materia: z hoc ibit in ifinitū. Relinquit ergo q̃ noys z materia prima sunt idem. Similiter deus z materia prima z noys aut differūt aut non. Si differūt oportet q̃ sub aliquo cōmuni a quo differētie ille exeūt differāt: z sequit ex hoc/ q̃ illud cōe genus sit ad illa: z q̃ hoc genⁿ materialis pncipij sit noticia ad illa: z q̃ pmo ꝓ materialiū sit materia: qd incōueniēs ē/ sicut pus habitū est. Et ex hō videt relinq̃ q̃ deꝰ z noys z materia pma idē sūt fm id q̃ sūt: qz q̃cūq̃z sūt z nulla differētia differūt/ eadē sūt: deus aūt z noys z materia pma sūt/ z nulla dña differūt: vt iā pbatū ē: q̃ eadē sunt: dicēte Aristo. in. viij. topicoꝓ: q̃ ide ē/ a q̃ nō drūt differētia: z sic videt q̃ deꝰ sit materia oim. In ꝓtrariū dōm q̃ hō absurdissimū est: pmū enī nō cōmisceet cū aliq̃: vt dicit in. xx. ꝓpositione causarū: materiale aūt pncipiū cōmisceet cum oib⁹ principiatis suis siue materiatis.

Adhuc in. ij. phyſicoꝓ dicit Aristo. q̃ tres cause coincidūt in vnā rem: quarta vo nunq̃z in eandē rē coincidit cū trib⁹: efficiēs enī formalis z finalis sepius coincidunt in vnum/ quod est efficiēs vniuocum cum effectu: z ad faciendum formatur: z mouetur a fine: qui finis forma est effectu z terminus actionis efficientis. Materialis autem cum trib⁹ hijs nunq̃z coincidit in idem: quia nō potest esse idē re faciens z factū: z mouēs z motū: z in potētia existēs z in actu. Habitū enim ē: q̃ deus est primum efficiens: nō ergo potest esse idem in re cū materia.

Qō icidēs. Arg. primū

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

II. particla

In cōtrariū arg. primū.

Arg. 2m

E Solo qōnis incidentis Ad argum pmū z 2m Solutio: dōm q̃ deꝰ nec forma essentialis/ nec materia alicuius nec est nec esse potest. Ad dicta Diony. z Aug. dicendū: q̃ sicut dicit Berū. in canticis: deus est esse omniū: nō materiale vel essentiale/ sed causale. Et est causale fm efficientē z formalē z finalē causam: qz est efficiēs z formās z finiens esse ei: sicut padigma a quo fiunt/ z ad qd formant/ z ad qd finiunt: cū trū intrinsecū sit/ extra facta formata z finita existēs z: nihil sit de esse eorū/ sicut lignū ad figuram pedis formatū/ padigma est ad omnes calceos/ qui fiunt ad ipm. Et qz hoc qd padigmaliter forma est/ ab eo qd essentialiter forma est quidā nesciērūt distinguere: sicut anaximāder z democritus: sicut narrat Aristo. in. j. metaphy. ideo dixerūt oia esse vnū in forma. Et qz deꝰ pma forma est: dixerūt oia esse deū: q̃ est erroneū sicut pbatū est. Paradigma enī de suo esse essentiali nihil dat formato: sicut si gillū de metallo nihil dat ceri: sed figurā q̃ extrinsecus terminus eiⁿ est dat ei: ita trū q̃ torā retineat q̃ fm esse est in metallo. Sic dicit dare: eo q̃ similē impmit in cera: q̃ trū nō est similis nisi p imitationē/ z nō per equalitatē deficit enī a figura sigilli in hoc/ q̃ virtutē sigillādi nō habet vltrius sicut figura sigilli q̃ multa valet sigillare. Id aūt qd sic facit qd quo ad oia sua manet extrinsecū facto/ z nihil de essentialibus suis largit facto: non pōt esse forma essentialis factorū. Ad aliud dicendū: q̃ cū deus causa pma sit/ anime alicuius rōnem habere nō pōt/ nec celi/ nec mūdi: sicut in phyſicis determinatū est. Ania enī quantūcūq̃z pfecta sit: nō nisi vite z motus localis pōt esse pncipiū in eo cuius est anima: vt in libro de causis pbarū est: deꝰ aūt vniuersi esse pncipiū est. Adhuc anima essentialis est ei cuiⁿ ē aia: hoc est/ in quo facit vitā z motū: z est ꝓiūcta ei cuiⁿ est aia. Deꝰ aūt pncipiū est separatū/ nulli essentiale z nulli ꝓiunctū. Unde hermes trimegestus in libro q̃ dicit delphora ad esculapiū: Solus deus: z merito solus ipe: ipe enī in se est: z a se est: z certum se totus est plenus atq̃z pfectⁿ: huiusq̃z sua sūma stabilitas est: nec alicuius impulsu/ nec loco moueri pōt: cū in eo sint oia: z in omnib⁹ ipe sit solus. Non negatur trū/ q̃n deus idealiter se habeat ad facta: omnia enī facta sunt ad ipm sicut ad ideam. Ad id qd obijcit de intellectu practico/ z operatorū ab ipo: concedendū est: sed ex hoc nō sequit nisi q̃ deꝰ idealiter sit causa formalis omniū. Ad id qd q̃rit de materia dicendū q̃ sicut probatū est: deꝰ nō pōt esse materia rē. Unde error ille z ꝓtra fidē z ꝓbiam est. Et qd obijcit de noi z materia: dicendum q̃ si noys primū formale est ad incorporeas substātias. Et materia pmū formabile ad materiales: q̃dā ꝓcedūt q̃ noys z materia pma id qd sunt idē sunt: ꝑ enī necesse est cōcedere oēs illos q̃ corpaliū z incorporaliū dicūt esse materiā vnā. Super quā positionē videtur esse fundatus liber qui dicitur/ fons vite: quem dicunt quidā factum fuisse ab Auicebron phō. Qd tamen ego non credo esse verum. Puto enim corporaliū materiam esse vnā primā: Incorporalium aūt nullam: vt exprresse in libro de trinitate dicit Boecius. Esse tamen in ipis incorporalibus/ inquantū facta sunt ad primum subiectum: quod quasi fundamentum est eorum quibus ad esse perfectum determinatur: quod cū materia necidem specie/ nec idem genere est: sed similitudinem habet ad ipsam fm proportionē. Sicut enim materia ad formas quibus determinatur se habet: sic ista se habet vt primum subiectum ad determinantia. Sed de hijs in sequētibus propria erit intentio querendi. Processus autem z alexandri z dauid/ nō valet: procedunt enim ac si omnia distincta z differentia sub aliqua cōmunitate generis distinguātur z differant: qd parce esse falsum. Ens enim per se/ z ens per accidēs distinguūtur: similiter ens actu/ z ens potentia: z tamen sub nulla cōmunitate generis distinguuntur. Genus enim substantialiter predicatur de sibi subiectis: Ens autem substantialiter nō predicatur de entre per accidens/ z de ente in potentia: quia ens in potentia fm id quod est non est: nec habet esse nisi fm quod dependet ad actum. Similiter ens per accidens fm id qd est nō est: esse autem habet fm q̃ aliqualiter se habet ad substantiam: scz vt mensura eius/ vel dispositio/ vel respectus. Et sic distincta sub cōmuni fm analogiam: non necesse est differētijs distingui cōstituiuis/ sed modis quibus plura habent analogiā ad vnū z sic distincta nō necesse est vnum pncipiū potētiale per modum generis vel materie habere ante se. Et hoc vlterius patet: q̃ non procedit ratio qua probari videtur: q̃ deꝰ z noys z materia prima vnum sint.

Ad 3m

Ad 4m

F Ad. II. qtiē.

Queritur quanta sit simplicitas dei. A

Ertio queritur: quanta sit simplicitas diuine essentie. In libro enī de causis dicitur: q̃ sit in fine simplicitatis. Et hoc non videtur esse verum. Non enī in fine simplicitatis est/ in quo est aliud qd est/ z esse. In deo autē videtur q̃ aliud sit qd est/ z esse. Dicimus enim/ q̃ in deo est essentia siue natura diuina. Dicit autē philosophⁿ in quarto phyſicorū: q̃ nihil est in seipso: ergo videtur q̃ in deo essentia sit sicut aliud in alio: z sic videtur i eo differre quod est/ z esse. Adhuc: Esse cui nihil additur vt determinans ipsum/ esse cōmune est vt de omnibus predicatum. Si ergo esse in deo nihil addit: tunc esse diuinum cōmune esse est qd de omnibus predicatur: z sic redit anaximandri qui in precedentib⁹ reprobatus est. Si quis dicat: q̃ in hijs que sunt sine materia/ indiuiduario z determinatio sit per seipsa: Hoc esse non potest: si enim determinaretur seipso aliquid: tūc idem esset determinans z determinatum/ z cōmunicabile z incōmunicabile/ z ens in potentia z ens in actu: que omnia abhorret intellectus. Ens enī indeterminatum in potentia ad ens determinatū est: sicut genus se habet ad speciem/ vt potentia ad actum. Et eodem ergo non videtur esse in deo esse z determinatum esse ad esse diuinum: z sic aliud videtur esse in deo quod est/ z quo est: z ita non est in fine simplicitatis. Adhuc: Maior est simplicitas z indifferentia in natura/ que non admittit distinctionem personalem q̃z in ea q̃ admittit: diuina essentia admittit distinctionem personarum et pluralitatem: q̃ videt q̃ nō sit in termio simplicitatis.

Mēbr. III Arg. primū

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

Arg.1m Adhuc: Cū dicit: pater est deus: pater est pater ḡro vtrū eo sit de⁹ quo pr̄ est: z ecōuerso. Et videt q̄ nō: qz paternitate est pr̄/deitate de⁹: z si paternitate esset de⁹: seq̄ret q̄ nō esset de⁹ in quo nō esset pr̄nitas: z sic filij⁹ nō esset de⁹: z spūsscūs nō esset deus: ḡ aliud est in eo paternitas: z aliud deitas. Et sic in pr̄e videt esse numerus: sequit ḡ q̄ non sit vere vnū/z vere simpler ꝟm dictū Boecij ante introductū.

Ar.6m. Adhuc: In deo videt esse multitudo accidentū. Dicit enī Aristo. in ꝑmo ꝓime phiet q̄ substātia nulli est accidēs: z qd accidēs est in vno/in nullo pōt esse substantia: sed sapiētia/virtus et hmōi in creatis sunt accidētia: ḡ nō pōt in deo esse substātie: z sic videt cū sapiētia/iusticia z hmōi multa sint in deo/q̄ nō sit in fine simplicitatis.

Ar.7m Adhuc: Si egari nō potest quin in deo ꝓtie duo sint p̄dicamēta saluata ꝟm modū sue predicationis: substantia scz z relatio. Hoc enī supponit catholica fides: z dicit Boeci⁹ in libro de trinitate. Et sic sūt ibi duo/quo ꝓ vnum nō est alterū: ḡ numerus: z p ꝓsequēs seq̄ videt q̄ nō sit in fine simplicitatis/vt dicit boeci⁹.

B In cōtrariū arg. primū. Jn ꝛrariū but⁹ ē qd dicit aug. in. vj de trinitate: q̄ deus vere z sūme simpler est: non autē est vere z summe simpler: nisi p abnegationē omnis cōpositionis z ois cōponibilitatis/z q̄ nullo modo ꝓtingat cōponi: ergo nec cōpositio in deo est/nec cōponibilitas/nec est cōtingēs cōpositioni. Dico aūt cōpositionē/que est vniens multa in vnū sine vnione nature: vt essentia vniūtur in vnū compositū/vt ex potētia z actu/siue p modū congregationis in vnū: sicut accidētia vniunt in ꝑticto vno. Cōponibilitatē aūt dico: sicut cōponētia aliqd non sunt rm̄ id qd sunt/sed coniunctā habent habitudinem qua se habēt ad inuicem vt potentia z actus: z omnia ad compositū cōponentia vt stantia z determinata sub forma compositi. Et dico contingens cōpositioni/qd nō est nisi cōpositi: sicut vniuersale p̄dicabile de sibi subiectis: hoc enī nō predicat per verbū substantiuū: qd nota cōpositionis est: nisi in quantū totū esse est: oportet q̄ dicat formā que nō cōtingit nisi cōpositionū: aliter enī nō diceret totum esse compositi: z esset predicatio falsa: z sequeret q̄ non esset idem esse formale vniuersalis z particularis que omnia absurda sunt. Deus ergo sūme simpler est per negationē cōpositiōis essentialis/z accidētalis: z per negationē cōponibilitatis: z p hoc q̄ nō contingit cōpositioni.

Arg.2m Adhuc: In omni genere qd prius est/simplicius est/dūmodo sit pus per naturā: ergo qd omniū primū est/simplicissimū est. Deus aūt omniū primū: ḡ simplicissimus est:

Ar.3m sed suplatiuus rem suā dicit in termino: ḡ oīn simplicissimū est in fine simplicitatis. Adhuc: Oīne qd quocūq; modo cōpositū/vel cōponibile/vel cōpositioni ꝓtingens est: alij initiē vel quo ad esse in actu/vel quo ad ꝓstitutionē. Primū ipossibile est alij initi: sequereret enī q̄ pmū nō esset pmū si alij initiret. Deus aūt oīm pmū est: ḡ ipossibile est alij initi deū: ḡ nec cōpositus/nec cōponibilis/nec cōpositioni ꝓtingēs est.

Solo mēbri tertij. Solutio: Concedendū et firmiter credendū: q̄ deus in fine siue in termino simplicitatis simpler est: vt probant vltime rationes. Et dicitur simpler per abnegationē cōpositionis/z cōponibilitatis/z quia nō contingit cōpositio. Et huius causa est: qz deus primū est: z ideo nō compositus. Compositum enim posterius est cōponentibus: z quia compositū causatum est: primū autem causatum esse non potest: z quia in omni cōposito est potētia z actus/z sic aliquid imperfectū: in deo autem nihil imperfectū esse potest: z qz omne compositū est agens non p seipm/sed per aliqd qd in ipso est: quod est vel forma substantialis/vel accidentalis: deus autem causa est per seipam agēs.

L Ad arg. 1m Ad primū ergo dicendū: q̄ in deo idem est esse et quod est: siue qd est z quo est. Et hoc nō solum dicit fides/sed etiā in phia probatū est: Quia qd est/inq̄tū est hoc qd est/nihil est z ī potētia est: z esse nō habet nisi ex depēdentia ad alterū: sicut in phylic. pbatū est. Et iō in deo sicut in primo vniuersi esse ꝓncipio/totū est esse qd in ipso est. Et si signat vt id qd est: oportet q̄ illud qd est idē sit cū esse. Et q̄ aristo. dicit: q̄ nihil est in seipo: dicit ꝓter hoc: q̄ ꝓpositio in/diuersitatis nota est: siue trāsitionis notat diuersitatē ꝓtinētis z ꝓtēt ꝟm oēm modū. Et hec diuersitas vera est in oīb⁹ in quibꝫ est diuersuz esse z qd est. In quo aūt idem est esse z qd est/diuersitatem notare nō pōt: nisi illo modo significandi q̄ locutionē quā theologi diuersum modū attribuendi appellare ꝓsueuerūt. Et huius causa est/inopia sermonis nostri z intellectus: qz de simplicissimo esse cui multa ꝓter pfectionē suam/attribuunt loqui nō possumus nisi modo nostro/hoc est de cōposito.

Ad 2m Ad aliō dōm: q̄ eē diuinū cū dicē diuinū/nō determinat vt aliud ab alio: siue vt cōfusum a determināte ꝓfusionē suā: sed vt idem per idem aliter z aliter significatū. Ad aliud dōm: q̄ esse in diuinis

Ad 3m nō est alterius receptibile eo q̄ nō est cōponibile/sed excessu suo determinat ad vnū: oia enī q̄ in ipso sunt bonū/sapiēs/simpler/z hmōi: p suphabūdantiā ꝓueniūt ei: z iō est vnū solū qd seipo vt pmū ab alijs oīb⁹ habz distictionē. Et si determinari videt p aliqd: hoc nō est nisi ꝟm modū significādi. Propter qd Sap. 14. Incōicabile nomē dicit de⁹: qz ꝟm seipm incōicabile qd est. Et iō id qd obijcit determinato z indeterminato/z ente potentia/z ente actu: locū nō habet nisi in bijs in quibꝫ diuersum

Ad 4m est determinās z determinatū. Ad aliud dōm: q̄ hec ꝓpositio falsa est: q̄ maioz est simplicitas in natura q̄ pluralitatē ꝑsonarū nō admittit/q̄ in ea q̄ admittit. Habitū est enī in p̄dicts: q̄ quo ad aliqd simplicius est: eo plures habet habitudines: qz q̄ simplicius est/eo pluribus modis multa referunt ad ipm. Et ideo cū habitudinibꝫ relationū originaliū distinguant ꝑsone simplicissimū est esse/qd hoc mō in plīb⁹ distictis ē vnū: z maioris virtutis in simplicitate q̄ id qd in se vnū ē: z in vno rm̄ vnū/z ī pluribꝫ nō vnū. Et iō dicit Rich. de scto victo. in li. de trinita. q̄ simplicitas essentie nō obuiat distinctioī ꝑsonarū: sicut nec simplicitas ꝑsone obuiat distinctioni notionū: z ecōuerso. Habitū ē enī in ꝓrib⁹: q̄ tales existēdi modi nihil addūt vel demūt: nihil variāt in eo in q̄ sunt.

D Ad 5m Ad aliud dōm: q̄ eodē mō realiter pr̄ est pr̄/z pr̄ est de⁹: qz pr̄ ē de⁹/z pr̄nitas est de⁹: z pr̄ est deitas/z paternitas ē deitas: z ecōuerso. Differūt rm̄ in mō p̄dicādi. Et but⁹cā est q̄ suprius assignata est: qz scz relatiuū ꝟm inesse quo cōparat ad subiectū in diuinis. modū p̄dicādi ꝓprium nō retinet/sz modū p̄dicatiōis substantie accipit: z iō in eo ī q̄ est nihil addit: nihil demit: nihil variat.

Sed ꝟm relatiuū est: hoc est/ꝟm q̄ alter ꝓ est in diuinis: retinet ꝓprium modū p̄dicationis: z sic nō inest/sed ad alterū est: hoc est: nō p̄dicat aliqd inesse absolute/sed p̄dicat modū quo alter ex altero est: z sic iterū nihil addit: nihil demit: nihil variat. Et ignorantia huj⁹ distinctionis introduxit arrianā heresim. Et ex hoc sequit: q̄ primū/siue deus tāte simplicitatis sit: q̄ sublatiter oīa ē q̄ in ipso sūt. Et hoc

Ad 6m est qd dicit aug⁹: q̄ deus est oīa sua. Ad aliud dicendū: q̄ hec ꝓpositio falsa est: Qd in vno est accīs in alio nō pōt esse suba: nisi addat: qd in vno sit per eundē modū quo est in alio. Et in hoc sensu ponit eā Aristo. pbat enī in libro de causis: q̄ causatū est in causa p modū cause/z nō p modū causati. Cū sapiētia/iusticia/bonitas in deo sunt p modū prime cause z p modū simplicitatis prime: z ideo sunt in eo p indifferentiā substātie. In causatis autē/eo q̄ causare bonitates sunt a primo: in ea nobilitate et simplicitate nō ꝑcipiūt qua sunt in primo: sed vnū qd q̄ recipit mō suo/z mō sue simplicitatis: ꝓter

Ad 7m qd accidētia efficiunt in causatis. Ad vltimū dicendū: q̄ relatio in diuinis nō retinet modū p̄dicationis ꝓprium: vtā dictū est: sed ꝟm hoc rm̄/qz ad alterū est. Jam aūt habitū est: q̄ talis habitudo in eo cuius habitudo est/nihil addit: nihil demit: nihil

E Correlariū q̄ de⁹ nec genus nec i genere sit. variat: z sic nullā affert cōpositionē. Et hijs relinquit quasi ex correlario: q̄ de⁹ nec genus/nec in genere sit. Genus enim cū determinatū ens dicat/cōpositū est: deus aūt cōpositus nō est. Ad

Arg. primū buc: Genus omne confusum est: z in potētia ad alterum est: deus aūt pfectissime determinatū est: et

Arg. 2m nō est in potētia ad aliud. Adhuc: Si in genere

Ar. 3m esset: tunc aut esset ꝓtentū in genere: aut reductum ad genus. Si contentū in genere: esset species vel indiuiduū. Et si diceret q̄ esset species specialissima/siue sub alterna sequeret q̄ esset quid compositū ex potentia z actu. Si autē indiuiduū: sequeret q̄ esset qd

Ar. 4m compositū ex subiecto z accidētib⁹: q̄ oīa in cōuenientia sunt. Preterea si esset in genere/ens esset genus eius: Ens aūt genus esse nō pōt: vt probatur in tertio ꝓme phie. Omne enī qd constituit in rōne generis/ab aliquo cōmuni exit per oppositas differentias: quarū altera non participat naturā illius generis. Sed nō potest esse differētia que nō participet ens: quia non entis nulle sunt differentie z nulle species: ergo ens in naturā generis z rationē determinari nō potest per aliquā differentiā/ que sit opposita differētie alie nō participāti ens: nō ḡ ens de deo p̄dicat vt genus: sed de eo p̄dicat vt de simpliciter ente/a cuius entitate oīa entitatē accipiūt.

Arg. 3m Adhuc: Que in genere sunt/participant naturā generis: z sunt aliud ꝟm id qd sunt: z aliud ꝟm esse generis: sicut homo z equus/aliud sunt id qd sunt: qz sic distincta sunt in diuersas species: z aliud ꝟm esse generis: quia sic cōmunicātia z nō distincta sunt. In deo aūt idem est esse/z qd est: vt iam habitū est. Nec in genere per reductionem: reducta

Ar. 6m enim sunt vel vt priuatio/vel vt principia. Non vt priuatio: in deo enim nihil est priuatiuū: sed totuz quod in ipso est/actus est. Nec vt principia: principia enim generis non extendunt se vltra principiata. Punctus enim qui principium quantitatis continue est: extra continuū nō inuenitur: sicut nec vnitas extra discretum. Deus autem excedit omnia: z in nullo ita indu ditur/vt dicit Gregorius q̄ extra ipsum non inueniatur. Si forte aliquis dicat: q̄ non est in vno genere/sed circūit omne genus vt ens vnum/verum/bonum. Contra est: q̄ id qd circūit omne genus/in substantia est substantia: in quantitate quantitas: in qualitate qualitas: z sic de alijs. Sic autem deum circūire omne genus absurduz est: deus ergo nullo modo est vel genus vel in genere. Et si obijcitur: q̄ dicitur esse substantia z homo substātia: z predicatur substātia de deo sine cōuersione: z ideo videtur esse genus. Dicendū: q̄ nō p̄dicatur vt genus: sed predicatur vt cōmune ꝟm analogiam quod ꝟm perfectionem sui esse z rationis est in vno: z in alijs ꝟm comparationē ad aliud. Patet ergo q̄ deus ꝓter excessum sue simplicitatis neq; genus est: nec in genere p aliquē modū simplicitatis.

Ar. 7m

Ar. 8m

Utrum deo sit proprium esse in fine simplicitatis.

A Mēbr. IIII Arg. primū Quarto querit: vtrū deo ꝓprium sit esse in fine simplicitatis. Et videtur q̄ non. Jn ꝓmo enim sententiarū distinctiōe octaua ca. ea dē q̄: ex verbis augustini in libro contra marimini dicit: q̄ vere z ꝓtie simpler est: vbi nec partium nec accidentium seu quarūcunq; formarū vlla est diuersitas siue variatio siue multitudo. Hoc aūt in multis est: Jn materia enim prima/si non continū cta quātitati intelligatur: nec partium: nec formarum/nec accidētiū diuersitas est: ergo nō soli deo cōuenit esse simplicem in fine simplicitatis. Ad

Arg. 2m buc: Jn ser ꝓncipijs dicitur: q̄ forma est simplici z inuariabili essentia consistens: z sic non soli deo cōuenit esse simplicē in fine simplicitatis: quia si forma non esset in fine simplicitatis/aliquid variaret

Ar. 3m esse eius. Adhuc: Boccius in libro de hebdomadib⁹ dicit: q̄ est habere aliqd aliud ꝓter qd ipm est: esse vō nihil habet admixtū: ergo esse i fine simplicitatis est: non ergo soli deo conuenit. Si dicat aliqs: q̄ licz qd est/z q̄ est simplicia sint: tm̄ cōponibilia sūt z sic nō sunt in fine simplicitatis. Nō videt instare: quia etiam diuina natura z compositia z cōponibilis est cum humana in vna persona: cum in fine simplicitatis est. Solutio: dicendum q̄ soli

B Solo mēbri quarti deo conuenit esse in fine simplicitatis simplicem. Et quod obijcit de materia/q̄ non habeat partium vel formarū vel accidentū compositione. Di

Ad arg. 1m cendum q̄ tamen omniū illorum habet susceptibilitatem: z sic esse suum concretum est habitudinibꝫ inherentibus sibi: que vt inherentes non transeūt in modum substantie sicut in deo/sed remanent accidentaliter inherentes: propter qd in fine simplicitatis esse non potest. Ad aliud dicendum: q̄ forma vniuersalis compositioni est contingens: z ideo

Ar. 2m aliud habet quo forma est siue essentia vel natura: z aliud quo compositioni contingens est: sicut vniuersale per aliud quoddā natura simpler est: z per aliud quo in multis est: z per aliud quo de multis est: z ideo in fine simplicitatis nō est/sed quodāmodo simplici z inuariabili essentia consistit: z non simpliciter. Ad aliud dicendum: q̄ esse licet nihil ha

Ar. 3m bear admixtum ex quo sit: tamen miscetur ei cui componitur: rei in quo est. Quod est enim/z quo est non possunt dici componi ex quod et ex quo

est: q̃ sic ireť in infinitũ. Nihilominꝰ tñ vtrũq; illorum componibile est: ⁊ habitudinib̃ cõponibiliũ realiter concretũ: ⁊ ideo in fine simplicitatis nõ est Quia licet parer ⁊ filius ⁊ spũssanctus realib̃ differant relationib̃/⁊ nõ ꝟm intellectũ tm̃: vt dicit sabellius: tñ vt ꝑhabitũ est/relatiões ille nõ retinẽt ꝓprium modũ relationis/nisi in ꝯtum ad alterum sunt: ⁊ ideo nihil diminuũt de simplicitate. In creatis aũt habitudines diuerse sunt ab eo cuiꝰ sũt habitudies: ⁊ ideo ibi diminuũt simplicitatẽ. Et hoc est q̃d dicit Hilarius in. vij. de trinitate: Nõ ex cõpositis est deus qui vita est: nec qui virtus est/ex infirmis continet: nec qui lux est ex obscuris coaptatur/neq; qui spũs est ex disparib̃ formalis est. Et in rendit: q̃ vita que est actus simplex/de deo non predicat substãtialiter: q̃d nõ posset esse si compositus esset. Tunc enĩ viuus ⁊ nõ vita diceret: Vita enĩ viui est actus viuificans in viuũ. Et q̃ virtus de deo substãtialiter ꝑdicat: q̃d nõ posset esse si esset cõpositus: cõponẽtia enĩ infirma sunt. Similiꝛ q̃ lux in abstracto substãtialiter de deo ꝑdicat: cõpositũ enim nõ est lux/sed lucem participans: cuia in se obscurum sit.

Utrum cõparatione diuine simplicitatis omnia alia sint composita.

A Mod. tũ. v. Arg. primũ Arg. 2m

Uinto queritꝰ: vtrũ cõparatiõe diuine simplicitatis alia simplicia sũt cõposita. Et videtur q̃ sic: q̃ hoc expsse dicit Augꝰ. Adhuc in libro de causis, ꝑbatũ est in ꝑma, ꝓpositione: q̃ omne secundũ p aliq̃d additũ secundũ est: omne aũt creatũ secundũ est: g̃ omne creatũ respectu creantis cõpositũ est/etiã si in se simplex sit. Adhuc Q̃d nõ est in termino simplicitatis/aliq̃d intercipit de cõpositiõe: ꝓter q̃d in termino simplicitatis esse nõ pot: sicut q̃d non est in termino albedinis/aliq̃d intercipit de nigredine ꝓter q̃d in termino albedinis esse nõ pot. Habitũ autẽ est: q̃ nullũ creatũ in termino simplicitatis est: g̃ omne creatũ cõparatũ ad ĩcreatũ aliq̃d habet cõpositiõis. Et hoc meo iudicio est verũ. ita q̃ aliquid cõpositiõis/large sumaťſic q̃ cõponibiliras/⁊ ꝓtingere cõpositioni aliquid cõpositiõis dicat. Omne enim creatũ habitudinib̃ ad causas sui esse concretũ est/⁊ ideo in ꝯtum creatũ est/sine cõpositiõe nõ est. Increatum aũt nec ad intrinseca ꝓstituentia/que nulla habet: nec extrinseca/ex quib̃ fit/essentiales habet dependentias vel habitudines. Et ideo concretũ habitudinib̃ essentialib̃ nõ est/ied in termino simplicitatis simpler. Et ꝯtuis hoc verũ sit/⁊ fides catholica teneat: tñ tertulliani heretici deũ ex corpalib̃ dicunt esse cõpositũ: ⁊ animã habere/⁊ materiã: eo q̃ scriptura attribuit ei manus ⁊ caput ⁊ pedes/⁊ irã ⁊ hmõi: nesciẽtes q̃ hoc symbolice ꝟm effectus eorũ per figurã dicit antropospathos deo attribuit.

B Solo mẽbri quinti.

Queritur de incõmutabilitate dei.

Questio. XXI.

Einde queritur de incõmutabilitate dei.

D Hutꝰ q̃ñis ꝛia sũt mẽbra.

Et q̃ incõmutabilitas causa eternitatis est: queritur de eternitate. Circa incõmutabilitatẽ queritur tria. An scz essentia diuina siue deus/sit incõmutabilis. Secũdo vtrũ aliquis motus vel mutatio deo cõueniat. Tertio vtrũ incõmutabile esse sit ꝓprium essentie diuine.

Utrum diuina essentia siue deus sit immutabilis.

A Hẽb. p. I. Arg. primũ

q Uerit̃ ergo ꝓmo: vtrũ diuina essentia incõmutabilis sit. Q̃ aũt incõmutabilis sit ꝑbat Richardꝰ in libro de trinitate: supponẽs hoc: q̃ omne q̃d mutať/vel mutať in melius/vel in peius/vel in equale. In melius mutari non põt q̃d oino pfectũ est: q̃ si habet melius ad quod mutať/sequiť ipm pfectũ nõ esse. In peius mutari nõ põt q̃d verissime est: q̃ si in peius mutať/admirtam habet priuationẽ qua melior priueť: ⁊ admirtã habens priuationẽ nõ verissime est. Ad equale mutari nõ põt q̃d a seipo est: q̃ enim mutãs semp eq̃le est: ⁊ omne mutãs mutat ad suã speciẽ: id q̃d a seipo est/si mutat/mutat ad idem: sed non mutat: quia in omni eo q̃d est mutans/aliud est mutans/⁊ aliud mutatũ. Q̃d aũt a seipo est: nõ habẽ aliud quo sit/⁊ q̃d sit: si ergo mutaret se de statu in statũ: sequereť q̃ a seipo no esset. Cum ergo deus pfectissime ⁊ verissime ⁊ a seipo sit: sequiť q̃ nec in melius nec in peius/nec in equale mutari possit: ⁊ sic penitus in cõmutabilis est. Adhuc: Augꝰ/⁊ ponitur a magro in octaua distinctiõe ꝑmi sententiarũ: Omne q̃d mutať/nõ seruat ipm esse: ⁊ q̃d mutari põt: etiã si nõ mutet/nõ põt ꝟm aliquẽ modũ nõ esse q̃d fuerat: Ideoq; illud solũ q̃d nõ tm̃ nõ mutať/verũ etiã oino mutari nõ põt/verissime diciť esse id est suba patris ⁊ filij ⁊ spũssancti. Hec Augꝰ scribit in libro de trinitate: g̃ videť q̃ deꝰ oino sit incõmutabilis. Arg. 2m

Adhuc: Omne q̃d nullo mõ in potẽtia est/nullo modo mutabile est: q̃d verissime est/nullo modo in potẽtia est: deus verissime est: g̃ nullo modo mutabilis est. Q̃is enĩ mutatio de potẽtia est ad actũ potẽtia aũt ꝑmixta ꝑuatiõi ẽ: ⁊ q̃d ꝑmixtũ ꝑuatiõi est/non verissime est: g̃ q̃d verissime est cõmutabile esse nõ põt: g̃ deꝰ cõmutabilis esse nõ põt. Fortꝰ obijciť per hoc q̃d dicit Aristo. ⁊ confirmat augꝰ in sexto sup̃ geñ. ad lťam: ⁊ Boecꝰ de ꝓsolatiõe phie: q̃ omnis motus ab imobili est. Si ergo hic motꝰ ab hoc imobili: ⁊ motus simplr̃/a simplr̃ imobili. sed deus est a quo omis motus: g̃ deꝰ simplr̃ imobilis ⁊ incõmutabilis est. Et hoc sequiť ex conclusione aristo. i fine octaui physicoꝝ: vbi dicit: q̃ motꝰ ꝑmus est indiuisibilis ⁊ impatibilis: nõ habens magnitudinẽ penitus. Omne enĩ q̃d mouet/diuisibile est: sicut dicit in libro de causis, ꝓpositione septima: que dicit: q̃ intelligẽtia est suba que non diuiditur. Q̃d exponẽs dicit: Omne diuisibile nõ diuidit/nisi in multitudinẽ: aut magnitudinem: aut motũ suũ. Cum ergo res est ꝟm hãc dispositionẽ/q̃ scz aliquo modo sic diuidit: est sub tpe: sed intelligẽtia nõ est sub tpe/sed cũ eternitate: g̃ intelligentia est suba que nõ diuidit. Si aũt hoc cõuenit intelligẽtie: multo magis cause prime: que sicut ibidem dicit/ante eternitatẽ est. Hoc est q̃d dicit Boecius in de ꝓsolatione phie: Stabilisq; manẽs das cũcta moueri. Amplius in hymno Amb. Rerũ deus tenax vigor immotus in te ꝑmanẽs/lucis diurne tẽpora successib̃ determinãs. Hoc etiã innuitur in ꝑncipi. vj. physicoꝝ. Si enĩ ꝑmus motor esset mobilis: seq̃reť q̃ motus esset ante ꝑmũ motum. Et sequereť q̃ motus alterratiõis esset ꝑmus

Arg. 3m

Arg. 3m

Arg. 4m

in genere motus: que absurda sunt. Probatum est enim: q̃ ꝑmus in genere motus/est localis motus ⁊ primus inter locales motus/est motꝰ celi: ⁊ ante illũ nihil est q̃d mouetur vel mobile sit. Adhuc Jacobi. 1. c. Apud quẽ nõ est trãsmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. Adhuc: Malach. 3. b. Ego deus ⁊ non mutor. Adhuc: Nũcri. 23. c. Non est deꝰ vt hõ vt mutet: nec vt filius hominis vt mentiať. Ex hijs omnib̃ cõcludiť: q̃ deus icõmutabilis est penitꝰ ⁊ oino. In contrariũ est q̃d dicit augꝰ in libro de ciui. dei: q̃ deus est motu ⁊ rõne mũdũ gubernãs: constat aũt q̃ nõ est gubernãs nisi motu sui: videť g̃ q̃ aliquo mõ mutabilis sit. Adhuc: Appropinq̃rĩ ⁊ elongari motꝰ sunt: ⁊ hij de deo dicunť Jacobi. 4. b. Appropinq̃te deo ⁊ appropinquabit vobis. Adhuc Sap. 7. d. Est enĩ omnib̃ mobilib̃ mobilior sapiẽtia: sapiẽtia aũt diuina/deus est: g̃ oib̃ mobilib̃ mobilior deus est. Adhuc: mouere ẽ aliter se habere q̃ ꝑꝰ: vt dicit Aristo. in. iij. physicoꝝ: sed deus aliter se habet modo q̃ ab eterno: modo enĩ se habet ad creaturã vt creator/gubernator/⁊ cõseruator: ⁊ hoc modo ab eterno se nõ habuit ad creaturã: g̃ videť q̃ deꝰ est mutabilis. Adhuc: Aristo. in. iij. physicoꝝ/⁊ in secũdo de aĩa vult: q̃ duplex sit motꝰ alterationis: vnus qui est de potẽtia ad actũ: siue q̃ est de cõtrario in ꝓtrariũ: vt cũ de albo fit nigrũ/vl̃ de ignorante sciens. Alius motus quo q̃s de ocio siue de habitu mutať ad actũ: vt cũ q̃s de nõ ꝓsiderãte fit considerãs: vel de habitu actualiter agens. Dicit enĩ Auerrois sup. ij. de aĩa: q̃ habitus est quo q̃s aliq̃d agit cũ voluerit. Tali aũt modo videť deus alterari: q̃ de nõ creãte fit creãs: hoc ꝓstat: ⁊ de nõ gubernãte fit gubernãs: ⁊ sic est i mltis alijs. Unũ Augꝰ sup̃ geñ. ꝑmo dicit: ⁊ ponit in glosa sup̃ illud Geñ. 2. b. Dixit quoq; dñs deus: Non est bonum hominẽ esse solũ. Ibi querit Augꝰ quare ibi vocat/dñm deũ: cũ ante nõ dixerit nisi simplr̃/deus. Et ñdet: q̃ dñs dici nõ poterat/cũ seruũ nõ haberet cui imparet: hõ aũt seruus est: vñ in factura hois deũ dñm vocat. Ex q̃ relinquiť: q̃ ex nõ dño factꝰ est dñs: g̃ mutatus est. Adhuc: Constat q̃ ex nõ volẽte aliq̃d/factus est volens illud. Tult enĩ aliquẽ nõ esse qñ mozť quẽ ꝑius voluit esse cum non mozereť: g̃ voluit aliq̃d q̃d ante nõ voluit: de nõ volente g̃ factꝰ est volẽs: ⁊ sic ꝟm volũtatẽ mutatꝰ est. Adhuc in ꝑmo sententiarũ distinctiõe. vij. ponũtur verba Aug. ꝓtra maximinũ libro ꝑmo: Si spiritusctũs nasci potuit/potuit esse filius: ⁊ ira mutabilis esse potuit: ergo a simili si creator esse potuit: ⁊ factus est creator: potuit esse mutabilis. Et hijs oib̃ videť: q̃ deꝰ oino nõ sit imutabilis. Solutio: ad hoc dicendũ: q̃ ⁊ ꝟm phiam/⁊ ꝟm fidem deus est penitꝰ incõmutabilis ⁊ imobilis. Est enĩ mutatio ꝟm substantiã, ꝓtie: motus aũtẽ ꝟm accidens. Dicit enim Arist. v. physicoꝝ: q̃ mutatio vel est de nõ subiecto ad subiectum: vel de subiecto ad non subiectũ. Motus autem de subiecto ad subiectũ: vnde cum deus nec in substantia/nec in formis accidentalib̃ in potentia sit omnino sequitur q̃ incõmutabilis sit. Si enĩ mutabilis esset in hijs que sibi insunt: que Johãnes dam̃: vocat assequẽtia substantiã: sequereť q̃ cõmutabilis esset in substantia: quia quicq̃d in deo est/deus est substãtialiter. Unde ea que primo ad hoc inducta sunt/cõcedenda sunt. Ad id aũt q̃d primo in contrarium obijcitur dicẽdũ: q̃ deus se mouere dicitur per effectũ nature/vel gratie/vel glorie: quãdo scz p effectum aliquẽ incipit in aliquo esse/per quẽ ꝑius in illo nõ fuit: q̃ ꝟm se vbiq; est et in omnib̃. Unde talis motus ad deũ non refertur/sed ad eius effectũ Et hoc innuit Augustinꝰ cum dicit: q̃ nec mouet se per tempus: nec per locum: Si enim motus in ipso esset: oporteret q̃ vel per tempus/vel per locum mouereť. Similiter dicit Sap. 7. d. de spiritu sapientie: q̃ per nationes in animas sanctas se trãsferrt: amicos dei ⁊ ꝓphetas ꝓstituit. Ad aliũ dicendũ: q̃ deus motu mũdum gubernat: qui ab ipo est/non qui in ipo est. Dicit enim Aristo. in. iij. physicoꝝ: q̃ motus est actus mouẽtis/⁊ actꝰ mobilis: sed est actus mouentis/ꝟm q̃ est actus perfectus qui a perfecto est/q̃d est mouẽs: Omne enĩ mouens perfectũ est/⁊ in actu: ⁊ primus motor ꝑfectissimus est: ⁊ ipse actor est. Scõm autem q̃ est actus impfectus: sic est in mobili sicut in subiecto/⁊ sicut in impfecto q̃d motu perficiť. Et ideo ibidem dicit Aristo. q̃ motus dicitur actus impfectus/q̃ est impfecti actus: ⁊ sic non cadit in deum. Et quãdo dicitur incõmutabilis deus: ꝑ oppositio in/nõ priuat potentiã mouendi actiue/sed priuat potẽtiam mobilitatis passiue. Ad aliud dicendũ: q̃ motꝰ appropinq̃tiõis ⁊ elõgatiõis nõ referũť ad deũ/nisi ꝟm effectũ: vt pauloante dictũ est. Et hoc probat Dionysius libro de diuinis nominib̃ ca. iij. de virtute orationis: ponens duas similitudines. Una de multi luminis carena de celo dependẽte in qua manus mutãs per ansas ⁊ ansas ascendẽdo: a terra quidẽ exaltatur/⁊ celum sibi appropinquat: non celi depositione/sed sui ad celũ exaltatiõe. Secundam ponit in rupe vel petra imobiliter stante intra aquã: ad quã cum quis trahit nauim vel impellit: ad ipam appropinquat vel elongatur nõ motu petre/sed motu nauis. Ad aliud dicendũ: q̃ mobilior dicit esse sapientia per effectum: quia sicut ibidem dicit: vbiq; attingit/⁊ omnia disponit: q̃d nulli aliarum causarũ conuenire poterit. Ad aliud dicendum: q̃ non aliter se habet nunc deus q̃ ab eterno. Et q̃ dicitur: creator ⁊ conseruator per relationem dicitur: que nõ p mutationẽ sui fit in ipso sed per mutationẽ creature/que nunc fit vt creata cõseruata gubernata: ex cuius relatione ad creatorem oportet q̃ cointelligat correlatio creatoris ad ipam: que nihil nouĩ dicit in ipo: sed aliquid nouĩ dicit ab ipo: ⁊ hoc importať in hoc nomine creator. Jam enim in tractatu de simplicitate dei determinatũ est: q̃ relatio ꝟm hoc q̃ est accidens/⁊ suũ esse est in esse: non manet in diuina ꝑdicatiõe/sed suum modũ predicandi mutat in modũ predicãdi substãtialem. Scõm autẽ q̃ relatio est/esse suũ ad aliud est: ⁊ nihil ꝑdicat per modũ inherendi/sed hoc q̃d predicat/predicat per modum ad se habendi. Tales aũt habitudines ex vno mutato ꝟm veritatem in multis innascũtur ꝟm intellectũ. Et huꝰ exemplũ dãt Boecius ⁊ Auicẽna in statua alicubi stan-

Arg. 7m

Arg. 6m

Arg. 7m

Arg. 1m

Arg. 2m

Arg. 4m

Arg. 5m

Arg. 8m

E Solo mẽbri primi

Astruũť sepẽ argumẽta ꝑma

Ad arg. 1m in ꝓtrariũ

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

D Ad 5m

f

re a dextris: quo recedente ad oppositū / statim eadem statua sine sui mutatione efficitur a sinistris. Augustini autē exemplum in libro de trinitate est de nūmo: qui sine sui cōmutatione ex cōmutationibus eius cuius est: aliquādo est pretium: ꝛ aliquando est pignus / p relationē nūmi ad id pro quo cōmutatur. Melius omnibus exemplū est qd Euclides in libro de fallacia visus a plurone acceptū ponit / de reflexione que fit ad speculum planū: vbi dextera eodem modo manentia efficiuntur sinistra / ꝛ sinistra dextera. Sic eodem modo manēs deus per respectum creature ad ipm: creator dicitur / ꝛ non
Ad 6m. creator sine sui mutatione. Ad aliud dicendum ꝙ sicut obiectū est / alteratio duplex est: sed de octo ad actum / siue de habitu ad actum non mutātur nisi ea que agunt passibilia existentia. In hijs autē que non sunt passibilia / sed vno modo se habent et per essentiam agunt: de nō agentibus fiunt agentia sine mutatione: In talibus enim agens vno modo se habet: ꝛ non dicitur agens nunc: ꝛ non pius: nisi per hoc ꝙ actum nunc est ꝛ nō prius. Et exemplum i sole: qui semper eodē mō se habet in illuminando: nec dicitur ceram liquefaciens ꝛ lutum cōdensans nunc ꝛ nō prius: nisi per hoc ꝙ cera liquefacta ꝛ lutum condensatū est nunc / ꝛ non prius: talia enim vno modo se habentia nō mutatione sui /
Ad 7m. sed mutatione acti faciunt ea que faciūt. Ad aliud dicendū: ꝙ cum dicitur / voluit nunc quod non prius: in hijs que impossibiliter agunt ꝛ per volūtatem tales determinationes determinātur volentē / siue eum qui voluit respectu voliti / ꝛ non respectu volentis: ꝛ ideo mutationē dicunt in volito / ꝛ non in volente. Ab eterno enim voluit vt nūc fieret: sed
Ad 8m volitum nunc est / ꝛ non ab eterno. Ad vltimum dicendum: ꝙ non est similē de relatione personali qua persona procedit de persona: ꝛ de alijs relatiuis que ad creaturam sunt. Relationes enim personales sup actū sunt fundate: subales qbꝫ persona a persona accipit subsistantiā ꝛ omnia que substātie sunt. Et ideo si mutatio esset in talibus relationibus: sequeretur ꝙ mutatio esset in substātia. In relationibus autem que ad creaturam sunt / fundatur relatio super actum volūtatis / ꝛ super actum eterius: qui fieri possunt sine mutatione agentis: vt dictum est / in hijs in quibus actum pendet ad agens per suam substantiam: sed agens nō dependet ad actum.

Utrum motus vel mutatio aliqua conueniat deo.

A Secundo queritur: vtrum motus vel mu-
Mēbr. II. s tatio aliqua deo cōueniat. Et videtur ꝙ
Arg. primū sic. Multipliciter enim aliquid refertur ad motum vel mutationem. Quedam enim vt subiectum mutatiōis: Quedam vt terminus mutationis. Et hoc dupliciter: scz a quo / ꝛ ad quem. Et videtur ꝙ omnia ista deo cōueniāt: Sicut enī q̄uis deus sit simpler / multiplex tñ dicitur in effectu: Ita q̄uis fm suam sit immutabilis: tñ dici pōt in
Ar. 2m causalitate: qꝛ aliqñ causatū ē a deo: aliqñ nō Iterum: constat ꝙ mutatio est ad ipm: vt dicit augustinus in .ij. confessionū: Fecisti enim nos domine ad te: ꝛ inquietū est cor nostrū donec ad te perueniat. Et mutatio est ab ipso: quia Luce. .ij. c. filius prodigus a patre abijt in regionem longinquam / quidem designat. Item mutatio est in ipso. Act. .17. c. In ipso viuimus / mouemur ꝛ sumus. De omnibus autem hijs dicit Aristo. ꝙ aliquo modo mouētur vel sicut ea que mouent / vel sicut ea ad que est motus aliqs: q̄ modus aliqs motus pōt deo attribui.

Solutio: Nullus modus motus pōt deo attribui Solo mē-
nec fm fidem / nec fm phiam. Et hoc ideo est: quia bri secundi
sicut phatur in libro de causis: Creatura siue creatum nō potest considerari nisi duobus modis: scz fm id qd est: ꝛ fm esse. Sēm id qd est / nihil ꝛ ex nihilo est: vt dicit Auicēna: fm esse autem a pma causa est. Mutabilitas aūt creature accidit fm id qd est: ꝛ iō mutabilitas ad id q̄ē id qd ē referri nō pōt: non enim accidit tanto fm ꝙ ab ipso est / sed fm id qd est: ꝛ sic ex nihilo ꝛ nihil est: ꝓter qd creator nullo modo mutabilis esse potest. Ad id autem qd B
obijcitur in contrariū dicendū: ꝙ vnitas ꝛ multi- Ad arg. 1m
plicitas in effectu consequūtur esse creature / inq̄ntum ab aliquo est ꝛ inquantū est: ꝛ ideo ille cū perfectū esse creature ꝓsequātur / in deū aliq̄ mō referri pñt. Ad id qd obijcit: ꝙ multiplicit aliqd referr̄ Ad 2m
ad motū dōm ꝙ de⁹ nō referr̄ ad motū sic terminus ad quē qui includit mot⁹: nec referr̄ ad motū sicut terminus a quo qui abijcitur in pōt: nec in ipso est mutatio sicut in eo qd est mensura motus vel mobilis: sic enim iteraretur in mobili / vel motu fm esse. Locus enim in quo est motus / fm esse aliquod iteratur i mobili: quia ex ipso / ꝛ ad ipm est motus. Tempus autem fm nunc / qd est substantia motus / iterat in motu: qꝛ sicut dicit Aristo. .iiij. physicorū: tempus est numerus motus fm prius ꝛ posterius. Deus autem nullo istorum modorū refertur ad motum / sicut mouens i mobile ꝛ continens omne qd mouetur. Adhuc autem: Nullus modus motus potest referri vt aliquo modo mobile sit. Si enim motus dicatur ad ipsum: ille motus est in appropinquāte ad ipsum. Si dicatur ab ipso motus est in deferente / sicut pauloante monstratum est. Mobilitas autem in ipso nō per iteratio-
nem ipsius est: sed per cōtinentiā: vt dictum est: sed in deo nullo modo poni potest mutabilitas: ꝛ ideo penitus imutabilis est.

Utrum incōmutabile esse proprium sit diuine essentie.

A Tertio queritur: vtrum incōmutabile esse p
t prium sit diuine essentie. Et videtur ꝙ nō Mēbr. III
Dicuntur enī incōmutabiles angeli: ꝛ imu- Arg. primū
tabiles intelligentie: ꝛ imutabiles anie beate: ergo non soli deo cōuenit imutabilitas: quia proprium est qd conuenit omni ꝛ nō soli. Si dicatur: ꝙ in-
cōmutabilitas deo cōuenit per naturam: angelis Ar. 2m
autem ꝛ animabus beatis per gratiaꝫ / vel per aliquam bonitatem fluentem a primo imutabili: sicut videtur Plato dicere in tymeo. Dij deorū quorum opifex paterqꝫ ego: natura quidem mutabiles / volūtate autē mea permanētes. In contrarium est: ꝙ angelus ꝛ intelligentia fm sui naturā signacula sunt diuine incōmutabilitatis: ꝛ anima fm sui naturam imago incōmutabilitatis eiusdē. Dicit enim Lassiod. ꝙ tēporale per hoc ꝙ incipit ꝛ desinit / non est eternū / nisi vestigium: quia nō conuenit cū eo nisi in confusa ꝛ indeterminata quadā

duratione. Euiternū aūt qd incipit ꝛ nō desinit / ꝛ stat in esse substantiali vno mō / ima go est eternitatis: qꝛ cū ea cōuenit / ꝛ in modo duratiōis in suba / ꝛ in carentia finis: licet deficiat ab ipso / quia eternū nō habet principiū / euiternū aūt habet. Unde dicit idem Lassiodo. ꝙ si ania fine clauderet / imago dei nō esset ergo ꝛ angelus ꝛ intelligentia ꝛ aia per naturā imutabilia sunt / ꝛ non solum per gratiam: non ergo soli deo cōuenit imutabile esse per
naturā. In cōtrariū huius est adhuc dicit apo- In cōtrariū
stolus pma ad Timotheū vltio. .c. Qui solus habet imortalitatē. Sup qd dicit Aug⁹ in primo de trinitate: Cum anima quodāmodo imortalis esse dicatur. Et sic nō diceret aplus / solus habet imortalitatem: nisi quia vere imortalitas incōmutabilitas est / quā nulla creatura pōt habere: que solius
Arg. 2m creatoris est. Adhuc: David dicit ps. 101. Mutabis eos ꝛ mutabunt: tu autem idem ipe es. Qd tractans Aug⁹ sup gen. Deus solus recte imutabilis est: qui nec loco / nec per affectiones / nec per
tēpora mutari potest. vñ solus dicit̄ habere imor-
Ar. 3m talitatē. Adhuc: Aug⁹ cōtra maximinū: In omni mutabili natura nōnulla mors est ipa mutatio quia facit in ea nō esse qd erat: ꝛ esse qd nō erat. hoc aūt in angelis ꝛ in intelligētijs ꝛ in animabus est. Angelus enī ꝛ anima mutant̄ fm gratiā ꝛ peccatum. Intelligentie aūt fm influētias bonitatū a primo: ꝛ fm influentias illuminationū / purgationū / ꝛ perfectionū / ꝛ a primo / ꝛ a seinuicē: vt dicit Dionysiꝰ: fm ꝙ purgant̄ a dissimilitudinis habitu: ꝛ assimilant̄ per illuminationē acceptā / quā prius non habuerūt: ꝛ pficiunt̄ fm reductionē inferioris in superiorē fm aliqd intelligibile fm qd prius reducti
nō fuerint. Solutio: ad hoc soluendū est p dictū B
Aug. in libro cōtra maximinū dicentē: ꝙ cuicunq̄ Solo mē-
creature rōnali pstatur vt peccare nō possit nō est bri tertij.
hoc nature ꝓprie / sed dei gratie. Et ideo solus deꝰ vt ait apls habet imortalitatē: q nō cuiusq̄ gratia / sed natura sua ꝓpria nec potuit / nec pōt aliqua cōuersione mutari: ꝛ ideo soli deo cōuenit omnino ꝛ penitus incōmutabile esse. Cuius probatio efficacissima sumit̄a dicto Boecij in libro de hebdomadibus vbi dicit: ꝙ qd est / habere potest aliquid ꝓter ipm qd est: esse vero nihil habet admixtum. Ex quo relinquitur: ꝙ omne id qd mutatur / diuersum habet qd est / ꝛ esse. Unde id in quo est idem qd est / et esse / imutabile est penitus ꝛ omnino. Et causa huius est: qꝛ esse nullius rei potest esse subiectum / nec per se / nec per accidens: nec aliquo modo referri potest ad motum: quāuis hoc esse referri possit ad motū vt terminus. Ex hoc vlteriꝰ relinquitur: ꝙ omne causatū eo ꝙ aliud habet esse / ꝛ qd est / mubile est: quia sicut dicit Dam. qd auersione incipit / versioni subiacet ꝛ mutationi. Est aūt mutatio duplex vt dicit Dam. ad esse scz ꝛ in esse: ꝛ hoc est dictum: ad esse hoc / ꝛ in esse hoc. Ad esse: sicut generatio / ꝛ opposita ei corruptio. In esse saluato duplex est mutatio: scz in esse substantiali: ꝛ in esse accidentali. In esse substātiali mutari cōuenit tēporalibus: que nō imediate / sed per motū corporis quasi per instrumentū exeunt ab eterno. Et in his dicimus: ꝙ fm esse substātiale fuit / est ꝛ erit. In esse accidentali mutantur etiam ea que imediate sunt ab eterno: sicut angeli ꝛ intelligentie ꝛ anime: que per affectiones ꝛ receptiones bonitatū / ꝛ maliciarum mutantur. Per loca autem mutant̄ corpora. Dicit enim Aristo. in de celo ꝛ mundo: ꝙ omne corpus fm locum mutabile est: omnino aūt imutabile esse / ꝓprium est essentie diuine. Ad primū ergo Ad arg. 1m
dicendū: ꝙ angelis / intelligentijs ꝛ animabus non conuenit imutabilitas nisi illa sola que est ab esse substantiali: ꝛ nō cōuenit eis imutabilitas illa que est ad esse / nec illa que est in esse accidētali per naturā: sed per bonitatē cōtinentis: quia pro certo per affectiones mutabiles sunt: ꝛ de cōtrario in contrariū mutarētur / nisi bonitate creatoris in bono confirmarētur: Et in esse substantiali mutarentur / ꝛ in nihilū renderent nisi manu ꝛ bonitate creatoris cōtinerētur: vt dicit Gregorius. Ad dictum autē Ad 2m
Lassiodori dicendum: ꝙ verum est / ꝙ tempozale in pauciorib⁹ imitatur eternum q̄ euiternū: ꝛ ideo tempozale vestigiū / euiternū aūt imago. Et ꝓter idem angelus signaculū: anima imago: corpus vestigium dei dicitur. Et hoc habent in natura / non nisi quātū ad illā imutabilitatē q̄ est in esse subali: ꝛ qꝛ creatū opꝰ volūtatis est / vt dicit dam. ꝛ nō nature vt dicit Plato / volūtate mea sic ꝓmanētes. Immutabilitatē aūt q̄ est ad esse: nullo mō habet: nec per gratiā / nec per naturā: hoc enim sic soli deo cōuenit / qd nullo creato penitus cōmunicabilis est. Similiter incōmutabilitatē in esse substātiali ꝛ accidētali quedā creata habent: sed per gratiam / nō per naturam. Et hoc verum est / ꝛ fm fidem / ꝛ fm phiam. Esse enī vt in libro de causis ꝓbatū est: cōtinuus fluxus est ab ente primo in omne qd causatū est vel creatum est.

Tractatus. V. De eternitate: euiternitate: ꝛ tempore.

Einde queritur de

d eternitate. Queruntur aūt de eternitate tria: scz de nūc qd est substantia faciēs eternitatē. Secōdo quid sit eternitas constituta ab ipso nūc. Tertio de comparatione eternitatis ad euiternum / ꝛ tempozale. Circa primū querunt̄ duo. Quid scz sit nūc eternitatis. Secūdo vtrū idem nūc sit ꝓstitutiuū eternitatis ꝛ tēporis: ꝛ de cōparatiōe nūc eternitatis ad nunc euiternitatis / ꝛ nūc temporis. Hui⁹ qōni duo sūt mēbra.

Querit̄ de nunc qd est substantia faciēs eternitatē: quid sit. Questio XXII.

D primū sic procedit

A Boeciꝰ in libro de eternitate. Tantū iter Mēbr. I.
nostrarū rerū pscns / qd est nunc / interest Arg. primū
ac diuinarū rerū: ꝙ nostrū nūc quasi tpe currens facit sempiternitatē: diuinū nūc ꝓmanēs / neq̄ꝫ mouens sese atq̄ consistēs / eternitatē facit. Uider̄ q̄ ꝙ suba eternitatis eternitatē seipam faciens / sit nūc stans ꝛ sese nō mouēs. Adhuc: Gilbertꝰ: Sicut Ar. 2m.
est vna singularis ꝛ indiuidua ꝛ simpler ꝛ solitaria mera qua deꝰ ipe fuit / est / erit eternus: Ipe nāq̄ꝫ ꝛ est / ꝛ est deus / ꝛ eternus: sed est / ꝛ est deꝰ essentia ꝛ est eternus mora. Ex hoc accipit̄: ꝙ simpler mora que nō pōt esse nisi nunc / est substātia eternitatis ꝛ inde accipit̄ vt prius: scz ꝙ vnū indiuisibile nunc non se mouēs / tota suba est eternitatis. Adhuc Ar. 3m

Sicut se habet nūc tēporis / ad temporis constitutionē: sic nūc eternitatis ad ꝓstitutionē eternitatis. Cū ergo tēpus sit duratio successiua: eternitatis ꝓo duratio stans ⁊ indiuisibilis: oportet q̄ nūc qd ꝓstituit tēpus / ⁊ est substātia tēporis / successionem cōstituat: ⁊ cū eternitas sit duratio stans ⁊ manēs ⁊ indiuisibilis oportet q̄ nūc substātialiter ꝓstituēs sit manēs ⁊ stans indiuisibiliter: ⁊ ex hoc sequit id
Ar.4m qd patuit. Adhuc in.iiij. physicorū Aristo. vult: q̄ sicut id qd fertur vel mouet se habet in toto motu: ita nūc tēporis se habet in toto tēpore. Nūc enī est qd adiacet ei qd fert in motū fm acceptionē animē. Sed id qd fertur in motū / nunq̄ accipit stans hic vel ibi in tota magnitudine per quā mouet: sed semp accipit partim hic / ⁊ partim ibi: vt prensum de vbi in vbi / ⁊ iterato p̄ totā magnitudinē per quā mouetur. Anima ergo accipiēs ipm fm id qd adiacet ei: fm id qd mouet / accipit vt nunc vt fluēs de priori in posterius ꝓtinuet: ⁊ hoc est nunc nō stans / sed sese cōtinue mouens. Per oppositū ergo: si anima accipit id qd est indiuisibile stans in substantia esse virtute ⁊ opatione: ⁊ accipiat nunc adiacēs illi: nō accipiet nisi nunc stans / ⁊ nullo modo fluens de priori in posteriꝰ: ⁊ nihil accipiet in ipo qd sit pus ⁊ posterius / sed idem ipm stans indeficiēter: nunc q̄ qd adiacet ei / stans est in seipo: non fluxu / sed inde-
Ar.5m ficiētia ꝓstituens eternitatē. Adhuc Aristo. vult in.x. pme phic: q̄ fm q̄ mensurata differūt: ita mēsure formales ⁊ essentiales differunt mensuratis. Mensuratū aūt eternitate nihil habet extra se qd acquirat p̄ motū / neq̄ fm esse / neq̄ fm virtutem neq̄ fm opationē / neq̄ fm vbi: ergo mensura adiacens ei qd est eternū / nō accipit vt extensa ad aliqd. Mensura aūt accepta adiacēs ei est / acceptio ipiꝰ fm esse eterni p̄sens siue presentialiter accepti. Cū ergo omne esse eterni totuz simul accipiatur / ꝓter hoc q̄ indiuisibile est: relinquit q̄ p̄sens acceptio q̄ est acceptio ipsius nūc sit acceptio fm nūc indiuisibile: ⁊ nūc indiuisibile constituiū est eternitatis.
Ar.6m Adhuc Anselmꝰ in Monologion dicit: q̄ sicut se habet nūc temporis ad omnē locum: ita se habet nunc eternitatis ad omne tempus / sed nunc temporis nō diuiditur fm loci diuisionem: sed est vna p̄sens acceptio animē omnis loci in nūc: ergo similiter nūc eternitatis nō diuiditur ad quodlibet tēpus / sed vna presens acceptio totius temporis et cuiusliber partis: in nū eterno aūt nūc nihil preterijt / ⁊ nihil futurū est: ⁊ sic presens nunc stans eter-
B niratem facit. In contrariū est: q̄ eternitas du-
In cōtrariū arg. primū. ratio est: omnis aūt cōtinua duratio constituitur rōne cōtinui / hoc est multis cōtinuatis ad vnum cōtinuans: ergo ⁊ sua substātia cōtinuum faciens: oportet q̄ nō accipiatur vt vnum / sed vt principiū vnius ⁊ finis alterius: ⁊ semper fluens ab esse ratione principij / ⁊ in esse ratiōe finis: quia aliter non esset cōtinuū. Exemplū est huius in continuo ⁊ discreto: Quia enim punctū fluens ab esse ⁊ ratiōe finis / in esse ⁊ ratiōe principij / cōtinue facit lineā / ⁊ cōtinuū: ideo linea est cōtinuū: ⁊ cōtinuū est cōtinuū: ⁊ pūctum in tota linea substātia linee est / ⁊ id qd est: esse aūt linee vel cōtinui a cōtinuo fluxu puncti est: ⁊ hoc est quo cōtinuū est: ⁊ quia omne fluēs diuisibile est: ⁊ diuisum est semper in finem ⁊ principiū / siue in ante ⁊ post: ideo omne cōtinuū fm esse conti-

nui semp diuisibile est. Cū ergo eternitas manēs duratio sit ⁊ cōtinua: videtur q̄ ab vno indiuisibili stante cōstitui nō possit. In discreto autē sic nō est. Discretū enī licet indiuisibili cōstituatur fm id qd est: tamē a discreto īmobili nō cōtinuāte finem vniꝰ in principiū alterius cōstituit / vt accepto scz in hoc ⁊ in illo: ideo fm esse discretum est / vt patet: q̄ vt dicit Pythagoras: Unitas est / qua queliber res est vna. Et vnitas discrete accepta ⁊ sub forma discretionis stantes faciūt binariū: ⁊ vnitas ⁊ vnitas ⁊ vnitas faciūt ternariū / ⁊ sic de alijs nūeris. Cū vnitas substātia numeri est fm id qd est: discretio autem vnitatis facit discretionē ⁊ esse ⁊ numeri fm q̄ in esse discretorum est. Et fm hoc est in elemētis oratiōis: ⁊ ideo oratio discretorū est. Elemēta enī oīonis sub forma discreti stantia / constituūt orationem. Si ergo sic est: in eternitate q̄ nunc in vnū discrete ⁊ indiuisibile acceptū / constituit eternitatem: videt q̄ eternitas discretorū sit / ⁊ non cōtinuorum ergo a destructōe cōsequētis: cum sit cōtinuorū / nō erit nūc vnum stans indiuisibiliter ⁊ nō mouēs
Arg.2m sese cōstituens eternitatē. Adhuc: Non videtur esse intelligibile: q̄ vnum nū cnō extensum de priori in posterius / indeficiēter sit in omni p̄rerito / ⁊ in omni futuro cōtinua duratione: quia si idem est / tūc nō erit nunc ⁊ nūc ⁊ postea nisi sub forma discretionis acceptū: quia forma discretiōis exprimitur quādo dicitur semel ⁊ iterū ⁊ tertio: ⁊ tūc nō pōt intelligi q̄ cōstituat cōtinuū. Si autē est vnū de preterito in presens / ⁊ de presenti in futuruz extensium: tūc quidem ꝓstituet ꝓtinuū / sed nō potest intelligi q̄ nō sit motū: tunc enī fuisse ⁊ non esse / ⁊ in futuro fore motum dicunt eius qd transit a preterito in p̄sens / ⁊ a presenti in futurū: ⁊ ita relinquitur / q̄ nūc stans ⁊ nō mouēs sese nō facit eternitatē. Dicit enī Hilbertus in auctoritate pallegata: q̄ eternitas
Ar.3m est mora. Si aliquis dicat: q̄ indeficiētia stātis nūc facit ꝓtinuā moram. Hoc nō pōt esse: quia si indeficiētia in diuisibilis faceret cōtinuū in vno indiuisibili / faceret cōtinuū etiā in alio: ⁊ sic cū vnitas indeficiēs sit in omni nūero: omnis numerus esset cōtinuus / qd falsum est: ergo est q̄ indeficiētia indiuisibilis facit cōtinuū: quia falsum non sequit nisi ex falso. Solutio: dōm q̄ primā questionem
C oportuit esse de nūc eternitatis: quia eternitas id
Solo mēbri primi qd est / ⁊ id quo est nō pōt cognosci nisi ex cognitiōe ipius nūc ꝓstituētis eā: sicut ⁊ tēpus cognosci non pōt / nisi ex nūc ꝓstituēte ipm: nec nūerus cognosci pōt / nisi ex vnitate ꝓstituēte ipm: nec motꝰ cognosci pōt nisi ex eo qd fert / qd latiōe sua ꝓstituet ipz. Cū cū Boecio dōm: q̄ eternitatē nihil ꝓstituet fm id qd est ⁊ fm esse / nisi nunc stans sub forma oīmode īmobilitatis: Et fm q̄ est nūc / est suba eternitatis fm id qd est: fm aūt qd est stans ⁊ in forma stātis / ꝓstituit eā fm esse indeficiētie ⁊ mēsure: fm autē q̄ est indiuisibile stās sub forma indiuisibilitatis / cōstituit eaz sub esse mēsure idiuisibilis: q̄ tota simul est: nō ptē ⁊ ptē / nec post ptē partē habēs. Cū sex prime rōnes pcedūt ⁊ necessarie sunt. Ad id qd
Ad arg.1m obijcit in cōtrariū dōm: q̄ quedā attribuūtur eter in ꝓtrariū niti fm se: ⁊ quedā attribuūtur ei fm relationez ad aliud: ⁊ q̄dā fm relationē ad eternū. Si accipiatur fm se tūc ipossibile est q̄ sit in genere ꝓtinuo. Sil̄r si referat̄ ad eternū qd idiuisibile ē fm subam

⁊ esse: sic iterū impossibile est q̄ sit in genere ꝓtinuorū. Sed quia sine aīe acceptiōe / vt dicit Aristo. nec est vt nūc tēpis: nec nūc cui / nec nūc eternitatis: si cōsideret in aīa accipiēte ipm / ⁊ ipm p̄ indeficientiam referēte ad omne tēpus ⁊ ad omne qd in tpe est: sic mora cōtinua est ⁊ indeficiētis: ⁊ sic in genere cōtinuo. Et causa huius cōtinuatiōis est: p̄ēsio accipiētis aīe / ⁊ prendētis ipm nūc p̄ omne p̄teritū ⁊ omne p̄sens / ⁊ omne futurū: ⁊ hec causa cōtinuitatis nō in ipo nūc est / sed in accipiēte. Cū p̄ se indiuisibile est: p̄ aliud aūt ⁊ per accidēs diuisibile: ⁊ forma diuisibilitatis in ipo nō est / sed in accipiēte
Ad 2m ipm ⁊ ad diuisibile referēte. Ad aliud dicēdum q̄ nunc eternitatis idem nūc est prensum a p̄terito in p̄sens / ⁊ a p̄senti in futuro: nō p̄ēsione ipius nūc vel eius cui adiacet nūc: sed p̄oēsione aīe referentis ipm ad tempus ⁊ ad ea que sunt in tēpore / preteritū scz p̄sens / ⁊ futurū. Et ideo dicitur Apocal. ꝓmo. b. Qui erat / ⁊ qui est / ⁊ qui vēturus est. Talia enī que morā dicūt fm totū suū esse / vel fm maximā partem esse: vt videtur velle Aristo. ⁊ cōmentator suus Auerroys in.iiij. physicorū: nō sunt nisi in aīa. Et hoc etiam expresse dicit Augꝰ in.xij. sup genē. ad lītam. Ad aliud dicendū: q̄ indeficiētia sola nō est causa ad hoc sufficiēs q̄ eternitas sit mora cōtinua: sed indeficiētia cum p̄ensione aīe accipientis ipm nunc / ⁊ referētis ad tēpus ⁊ ad ea que sunt tēporis fm prius ⁊ posterius p̄ indeficientiā.

Utrum idem nunc sit constitutiuū eternitatis ⁊ temporis.

Mēbrū.II. Ecūdo queritur vtrū idem nunc sit cōstitutiuum eternitatis ⁊ tēporis. Et ad hoc intelligendū oportet querere / qualiter nunc
Huius mēbri duo sūt articuli. euiternitatis constituit euiternitatē: Et q̄liter nūc tempoꝭ cōstituit tempus.

Queritur qualiter nūc euiternitatis cōstituit euiternitatem.

A Um autē vnūqōq̄z illorū eternitas est eui-
Articulꝰ. I. Arg. primū c ternitas / ⁊ tēpus sit mora: vt dicit Hilbertus: ⁊ nunc cōstituiū sit illius more fm q̄ est vnū manēs in tota mora: nō pōt esse nūc euiternitatis / nisi qd intelligit adiacere euiterno eodem manēte in tota mora illa. Euiternū aūt est indiuisibile p̄ essentiā: expansum autē ⁊ diuisibile per actū siue per operationē: ⁊ sic vnū ⁊ idem manens in tota mora. Qd ergo sibi sit intelligit adiacere vt mēsurans esse eius: hoc ipm est nūc euiternitatis: ⁊ sic nūc euiternitatis aliquo mō diuisibile est fm esse: licet p̄ substantiā sit indiuisibile. videt ergo q̄ non
Ar.2m differat a nūc tēporis. Adhuc: Differentie nunc eternitatis sunt: q̄ est indiuisibile p̄ subam / ⁊ esse: ⁊ nō fluens / sed simul existēs suba / potētia / ⁊ opatione. Si ergo euiternū deficiat ab eterno / ⁊ supabūdet sup tēpus: Et supponat̄ / q̄ vniuscuiusq̄z esse sit p̄ria mensura rūdens sibi fm suam naturā: cū inter rem stantē fm subam / potentiā / ⁊ opationē: ⁊ rem fluentē fm subam / potentiā / ⁊ opationē nō sit nisi res stans fm substantiā: expansa aūt fm potētiam ⁊ vicissitudinata a priori in posterius fm opationē. Et supponat̄ q̄ mēsure differāt fm mensurata: Videt̄ q̄ nūc ipius euiternitatis ꝓstituiū / sit nunc indiuisibile p̄ subam: prensum aūt fm q̄ adiacet potētie / siue poteti fm q̄ potens est ⁊ vicissitudinatū / fm q̄ intelligitur adiacēs operanti fm q̄ operās est. Tale enī nunc in vltima sua conditione attingit nūc temporis: ⁊ ipm aūt nūc eternitatis: in media aūt inter vtrūq̄z est extēsum ab vno in al-
Ar.3m terum. Adhuc: Hoc modo in tota mora que dicitur euiternitatis / vnum ⁊ idem manet euiternū: scz indiuisibile per substantiam: extensum per potentiam / ordinatum ad operationem ⁊ vicissitudinatum per operationes: ergo sibi adiacet fm q̄ est
B ens operās ⁊ potens / vnum ⁊ idem est nunc illius
Arg.4m more que dicit̄ euiternitatis ꝓstituiū. Adhuc Aliter intelligi nō potest id qd dicit̄ in libro de causis. xxx. positione: q̄ inter rem cuius substantia et actio sunt in momēto eternitatis: ⁊ inter rem cuiꝰ substātia ⁊ actio sunt in momēto tēporis / est mediū ⁊ est illud cuius suba est in momēto eternitatis / ⁊ opatio in momēto tēporis. Sicut enī ibidem dicit cōmentū: Res cadēs sub tempore: in omnibꝫ suis dispositionibꝫ seiūcta est a re cadēte sub eternitate in omnibꝫ suis dispositionibꝫ. Cōtinuatio aūt non est nisi in rebꝫ similibꝫ. Cum ergo eternitas ⁊ tempus sint quedā extrema inter que ē mediū: oportet q̄ mediū ꝓtinuās sit res / q̄ aūt suba est sub momēto tēporis / ⁊ actione / sub momēto eternitatis: aut ecōverso res q̄ substātia cadit sub momēto eternitatis / ⁊ actione sub momēto tēporis. Sed primo modo esse nō potest: quia non potest esse res cuius actio sit sub vno momēto eternitatis / ⁊ substantia sub momēto tēporis: quia quādo substātia in esse suo sequit̄ fluxū tēporis: nō pōt ab alia suba egredi virtus ⁊ opatio / q̄ fluxū tpis nō sequanē. Relinquit̄ ḡ: q̄ sit ibi mediū scz res / cuius suba sit in momēto eternitatis / ⁊ opatio in momēto tpis. Et cū potētia sit inter subam ⁊ opationē / vnitas scz subē indiuisibilis / ⁊ multa p̄ sibi succedentiū opationū: oportet q̄ potētia extēsa sit ab vno in multa: tale ḡ
Arg.5m nūc euiternitatis ē ꝓstituiū. Adhuc: Aliter nō pōt intelligi qd dicit Augꝰ: q̄ deus spiritualē creaturā siue incorporeā mouet p̄ tēpus: creaturā autē corpalē p̄ tēpus ⁊ locū. Si enī creatura spūalē mouet p̄ tēpus: oportet q̄ sit mobilis ⁊ mora p̄ tēpus sed fm subam nullo mō mobilis est vel mota. Relinquit̄ ergo q̄ fm virtutē sit mobilis / ⁊ fm actionē mota. Dicit enī Diony. in celesti hierarch. q̄ creatura spūalis nō diuidit̄ nisi p̄ subam / virtutē / ⁊ opationē. Cū ergo creatura spūalis vna sit ⁊ eadem in tota mora q̄ est euiternitatis / suba indiuisibili / virtute aūt extēsa / ⁊ opatiōe vicissitudinata: relinquitur q̄ nūc sibi sic / vt dictū est / adiacēs p̄ intellectū / ꝓstituiū sit illius more q̄ dicit̄ euiternitas. In
In cōtrariū argumentū primū ꝓtrariū aūt huius est: q̄ fm hoc euiternitas nō videt̄ esse mora ꝓtinua. Dicit enī Aristo. q̄ tempus nō esset ꝓtinuū / nisi cōtinuꝰ esset motus: ⁊ motus nō esset ꝓtinuus / nisi cōtinua esset magnitudo que p̄ se cōtinuo p̄ est: hoc aūt nihil p̄ se cōtinuū est: nec enī suba / nec virtus / nec opatio cōtinuo p̄ in euiterno: mora ergo totius euiternitatis cōtinua esse nō
Ar.2m pōt. Queritur etiā qualiter tale nūc ꝓstituiū est
E euiternitatis fm subam ⁊ esse eius. Solutio: di
Solo arti. I Ad arg. 1m in cōtrariū cendū q̄ quinq̄z prime rōnes de necessitate pcedunt: ⁊ ideo concedēde sunt. Ad eā autē quā itur in cōtrariū: soluendū est per ea que dicta sunt in pcedēti questione de nūc eternitatis: q̄ scz omniū taliuz que in genere more sūt: esse fm totam vel maximā

sui partem/est in anima ſm Aristo. ⁊ Augustinũ. Et ideo dicit q̃ presens de preterito memoria est: p̃sens de presenti sensus siue sensibilis acceptio: p̃sens de futuro expectatio est: siue speratio. Et hoc dicit Augustin⁹. xij. sup gen. ad lr̃am. Et in idem sentiũt Aristo. ⁊ Auerrois in. iiij. physicoꝝ: ⁊ Auicẽna ĩ sufficiẽtia. Et ideo aia accipiẽs euiterno adiacens nũc: ⁊ prendẽs ipm p indeficientiã ad omne tẽpus ⁊ tẽpozale/facit cõtinuã mozã/q̃ dicit euiternitas: ⁊ nõ potest imaginari aliq̃d aliud qõ faciat cõtinuitatẽ. Omne em̃ cõtinuũ qõ nõ ex se cõtinnũ est: oportet q̃ cõtinuũ sit ex relatiõe sui ad aliquid qõ per se cõtinuũ est: hoc aũt nõ est nisi tempus ⁊ tẽpozale: euiternitas ergo relata ad hoc per indeficiẽtiam moze nõ interrupte/accipit ꝓtinuitatẽ. Ad aliud dicendũ: q̃ in euiternitate substãtia est ⁊ esse/siue qõ est ⁊ quo cõtinuũ est. Vũ nunc ſm acceptũ cõstituit substantiã siue id qõ est euiternitas: Accepto autem subesse indeficientis ꝓtensi ſm potentiam in opationes non continuas/sed vicissitudinaras: constituit esse euiternitatis ſm q̃ mora cõtinua est.

Ad 2m

Qualiter nunc tẽpozis cõstituit tẽpus.

A Articu. II.

Vterius querit: qualiter nũc tẽpozis constituit tẽpus. Nunc enĩ tempozis est/vt dicit Aristo. iiij. physicoꝝ: qõ adiacet ei qõ ferẽt: qõ vnũ ⁊ idẽ est in tota latione: diuisum tamẽ ſm motum/ſm esse hic ⁊ ibi/siue ante ⁊ post. Et ideo nũc illud vnũ in substantia est: sicut id qõ fertur cõtinuãs inter prius ⁊ posterius: ⁊ sicut id qõ fertur cõtinue extendit ab ante in post in magnitudine p quã mouet. Et sic dicit nũc instãs: hoc est nõ stans: quia cõtinue fluit a priori in posterius. Et hoc patet: q̃ alias differẽtias cõstituiuas habet nunc tempozis: ⁊ alias nunc euiternitatis: ⁊ alias nunc eternitatis. Nunc enim eternitatis totum simul est ⁊ stat in substantia/virtute/ ⁊ operatione eius quod est eternum. Nunc auem euiternitatis stat quidẽ ⁊ simul est in substãtia euiterni: sed ſm q̃ adiacẽs est potẽti/cuius potẽtia aliq̃d sui extra se habet ad qõ extendat/nõ põt intelligi totũ esse simul Itẽ ſm q̃ intelligit adiacere operãti qõ numerat in opib⁹ suis: nõ põt intelligi esse vnũ ⁊ idem/sed intelligit esse in numero. Nunc aũt tempozis/nec adiacẽ stanti/nec multas opationes vicissitudinatas facienti: sed vnã cõtinuã/cuius primũ mediũ ⁊ vltimũ nõ sunt simul: cuiusmodi opatio mot⁹ est: ſm q̃ motus est actus mobilis ⁊ nõ mouẽtis. Oportz ergo: q̃ nũc tẽpozis sit in numero numerãte p̃mũ ⁊ mediũ ⁊ vltimũ in motu: ⁊ ſm q̃ est in hoc nũero: nõ simul sit/sed cõtinue ꝓcedens a priori in posteri⁹ Ex hoc sequit determinatio q̃stionis que p̃mo q̃sita est: scz vtrũ sit idẽ nũc eternitatis/euiternitatis/ ⁊ tẽpozis constituiuũ ſm esse ⁊ substantiã. Patet em̃: q̃ hoc impossibile est: eo q̃ Aristo. determinauit in. x. p̃me phie: q̃ vnũ qõ ꝝ mensurat sui generis minimo/ ⁊ simplicissimo. Dico autem minimo/positione vel natura: positione: vt in ponderib⁹ vel magnitudinẽ habentib⁹: In illis em̃ natura minimũ accipi nõ põt: ⁊ ideo oportet q̃ quo ad nos accipiatur: vt in ponderib⁹ minimũ dicitur qõ quo ad nos tenuissime est quantitatis vel ponderis: vt in ponderib⁹ dicitur esse granum ozdei: in magnis digitus: in aridis modi⁹: in liquidis lagena. Et hec iterata per numeꝝ totam certificant quãtitatẽ vel pondus. In mensura autem essentiarum minimũ accipitur per naturam: qõ vel est stans per indeficientiam: vel ꝓtensum ad aliquid extra se per virtutem/vel numeratũ in operatione vicissitudinaria vel continua: cuius primũ medium ⁊ vltimum non sunt simul totum esse mensurat substantie virtutis ⁊ operationis. Et hoc modo nunc mensurãs esse substantie virtutis ⁊ operationis eterni: ⁊ nũc mensurans esse substantie virtutis ⁊ operationis euiterni: ⁊ nunc mensurans esse substãtie virtutis ⁊ opationis generabiliũ ⁊ corruptibiliũ/nullo modo potest esse idem. Obiciũt tamen quidam in contrarium per hanc locutionẽ: quando deus est/angelus est/ ⁊ motus est: hec igitur tria simul sunt Simul autem sunt que in vno nunc sunt ⁊ eodem. Deus autem non est nisi in nunc eternitatis: ergo angelus est in eodem nunc/ ⁊ motus in eodem: ergo in nunc eternitatis sunt ⁊ eternum euiternum et tempozale. Sed sicut se habet euiternũ ⁊ temporale ad eternũ: ita se habent nunc euiternitatis ⁊ tempozis ad nunc eternitatis: ergo idem nunc qõ est eternitatis ẽ euiternitatis ⁊ tpis. Adhuc dixerunt quidam: q̃ nunc eternitatis est in nũc euiternitatis/ ⁊ in nunc tempozis: sicut causa in causato: ⁊ sicut exemplar in exemplato similiozi ⁊ dissimiliozi. Similius enim ad nunc eternitatis/est nunc euiternitatis: ⁊ dissimilius nunc tempozis. Et ponũt simile ad hoc: sicut creatio est in creatis p imaginem ⁊ vestigium similius ⁊ dissimilius. Per rationem etiam ostendunt hoc ipsum. Dicunt em̃ in re mora tria esse: essentiã scz: ⁊ substantiam eius qõ fertur: ⁊ id quod fertur ſm q̃ fertur: ⁊ tria illis adiacentia. Et cum essentia ſm suum esse stet tota simul: dicunt illi adiacere nũc eternitatis. Et cum substantia eius quod fertur potentiam habeat extensam/sed stantem ſm esse ⁊ actum: dicunt illi adiacere nunc euiternitatis. Et cum id quod fertur ſm q̃ fertur actu sit ꝓtensum ab ante in post: dicũt illi adiacere nũc tpis. Et sicut ab essentia eiꝰ qõ fertur/ ꝓcedit suba eius qõ ferẽt ⁊ a suba eius qõ fertur ꝓcedit latio eiusdem: Ita dicunt: q̃ nunc eternitatis paulatim ꝓcedit in nunc euiternitatis per defectum huius differentie quod est stare substantia simul/virtute/ ⁊ operatione. Et vltiꝰ per defectum eius quod est stare/deficit in nunc tempozis. Et hoc dicunt esse quod dicit Boecius in de consolatione philosophie: Qui tempus ab euo ire iubes. Sed hoc videtur mirabile: q̃uis subtile sit: ⁊ q̃uis sit verũ pro vltima parte. Quia non queritur hic: qualiter nunc fluat a nunc: sed queritur vtrum idem nunc sit euiternitatis/eternitatis/ ⁊ tempozis. Nec queritur qualiter vnum exempletur ab altero vel qualiter vnum sit in altero vt exemplar in exemplato: Sed queritur: vtrum omnia tria nunc sint idem per substantiam. Unde dicẽdum sicut priũs: q̃ non sunt vnum/sed diuersa. Ad argumentum autem quod inducunt: dicendum q̃ peccat ſm fallaciam equiuocationis: Cum enim in prima dicit: deus est nunc/ ⁊ angelus est nunc/ ⁊ motus est nunc: nunc est aduerbiũ: ⁊ sĩgnificat qñ/qõ ex adiacentia pñtis tpis relinq̃t. Cũ aũt infert in ꝓclone: ergo idẽ est nũc eternitatis

Solo articuli. II.

B Obiectio.

Ad obiectionem.

euiternitatis/ ⁊ tpis: nũc est nomẽ ⁊ sĩgnificat substantiam cõstitutiuam eternitatis/euiternitatis/ et tpis. Si autẽ querit: vtrũ hoc qñ quo dicit: quãdo deus est/angelus est/vel mot⁹ est: sit eternitatis/euiternitatis/vel tempis. Dicendũ q̃ ẽ quãdo eternitatis. Quia quozũcũq̃ mensura est tempozis vt adequata: eozundẽ est mensura euiternozũ vt cõcomitãs ⁊ eozundẽ est mensura eternitatis supeminẽs ⁊ excellens. Sed nõ ꝓueritur: q̃ nõ oĩm eternoꝝ temp⁹ est adequata mensura: nec oĩm eternozũ concomitãs mẽsura est euiternitas: nec adequata tẽp⁹: eo q̃ eternitas excellit euiternitatem ſm p̃ncipiũ ⁊ temp⁹ ſm p̃ncipiũ ẑtinẽ euiternitas autẽ excellit tempus ſm finem.

q̃stiuncula.

Respõsio

Queritur de eternitate euiternitate et tempore et comparatione horum adinuicem. Questio. XXIII

Einde querit de eternitate.

Dui⁹ q̃ois 4. sũt mẽb.

Et querũtur quattuoꝛ. Primũ est de eternitate. Scõm est de euiternitate siue de euo. Tertium de tpe ſm q̃ spectat ad cõsideratiõnẽ theologie. Quartũ de cõparatiõe horum triũ adinuicem.

Primi mẽbra duo sũt articuli

Primo querit q̃d sit eternitas. Et querunt⁹ duo. ſ. de eternitate q̃d sit noie ⁊ definitione. Scõdo quid sit eternũ: ⁊ qualiter cõparetur ad eternitatem.

Queritur quid sit eternitas nomine.

A Articu. I. Parti. I.

Primo q̃ querit quid sit eternitas. Et sumatur definitio data a boetio in li. de con. phi. Eternitas est interminabilis vite tota simul ⁊ perfecta possessio. Obiciturꝰ autẽ cõtra singulas illius deffinitionis ptes. Videt enĩ q̃ nõ omne eternũ interminabile sit: nec econuerso omne intermiabile eternũ. Dicit enim Aristoteles in. vj. ethico. q̃ si aliquid est necessariũ/hoc est eternum. Multa autẽ sunt necessaria principiũ ⁊ finẽ habentia: sicut ea que ex coherẽtia terminozũ sũt necessaria: sicut si homo est: anĩal est: Et in omnibus cathegoricis ꝓpositionibus/in quibus predicatum est in ratione subiecti. Et in oĩbus hypotheticis/in quibus ꝓsequens p intellectũ est in ãcedẽte: siue in quibus ab antecedentibus sumit⁹ consequentia: Et in oĩbus in quib⁹ a repugnãtib⁹ sumitur consequentia oppositi ãcedentis ad oppositũ consequẽtis. sicut em̃ sequitur homo est/ergo anĩmal est: sic seq̃t nõ anĩal ẽ/q̃ nõ homo ẽ. Cõstat autẽ q̃ ista bñt terminos p̃ncipũ ⁊ finis: nõ q̃ eternũ est interminabile/vt videt: nec ecõuerso intermiabile videt esse eternũ. Boet⁹ em̃ dicit ibidẽ/exponens eandẽ definitionẽ: q̃ si mũd⁹ ponere t nõ habere p̃ncipium/ nec finẽ: sicut nõnulli philosophorum posuerũt: adhuc nõ nõ seq̃ret/q̃ esset eternꝰ/ sed tpalis: p boc ei nõ auferet mot⁹ a mũdo. Motus aũt semp in tpe est: videt q̃ q̃ intermiabile nõ sit essentiale eternitati: nõ q̃ ꝝ poni in definitiõe: Nihil em̃ debet poni in definitiõe: nisi qõ essentiale est definito. Adhuc: Phi q̃uis duratiõe mũdũ ponerẽt eternũ, ⁊ nõ habere p̃ncipiũ generationis nec finẽ: nõ ponebãt tñ, ꝓter hoc esse mũdũ increatum. Dicebãt em̃: q̃ effectus p se eterni/ eternus est: cũ nõ possint dici/ q̃ p se agens ⁊ primum agẽs aliq̃ñ destitutũ sit ab actiõe: ⁊ sic qñ est deus mũdus ẽ: ab eterno q̃ mũd⁹ ẽ: et tũ, ꝓter motũ tẽpozalis ẽ/ q̃uis nõ habeat durationis sue p̃ncipiũ.

Arguu. 1m.

Adhuc in li. de causis, ꝓpositiõe scõa. Omne esse supius/aut est supius eternitate ⁊ ante ipsam: aut est cum eternitate: aut est post eternitatẽ ⁊ supra tẽpus. q̃ est aliq̃d añ eternitatẽ: qõ autẽ aliq̃d habet ante se/nõ ẽ interminabile p carẽtiam p̃ncipij: nõ ergo eternitas p interminabilitatẽ debuit definiri. Adhuc exponit phs ibidẽ se dicens: esse vero qõ est añ eternitatez/est cã prima: qm̃ est causa ei. Qõ autẽ causam habet/principiũ esse habet: ⁊ qõ habet p̃ncipium esse/nõ est intermiabile ex pte principij Eternitas q̃nõ est interminabilis ex pte p̃ncipij: male q̃ diffinit⁹ p iterminabile. Adhuc obij citur de hoc qõ dicit vite: Omis em̃ duratio siue mora mẽsura est esse p̃mo: ⁊ nõ vite/nisi p ꝓsequẽs deberet q̃ definiri p interminabile esse/ ⁊ non per interminabile vite. Adhuc: Prima mẽsura eternitas est: Prima autẽ mẽsura p̃mi mensura est: et se autẽ primũ est/ vt dicit phs in p̃ma, ꝓpositiõe libri causarum ibidẽ: q̃ vita secundũ est/ no n p̃mũ: eternitas ergo potius mẽsura esse est q̃ vitet: q̃ debet p esse ⁊ nõ p vite diffiniri. Similit obij cit de hoc qõ dicit/tota. Totũ em̃ est qõ habet ptes: habitum autẽ est in pdictis/ q̃ eternitas simplex mẽsura simplicis est: q̃ videtur q̃ tota nõ est. Si forte quis dicat: q̃ totum dicitur ibi perfectum/cui nihil deest: ſm q̃ dicit Aristo. ij. phisi. totũ ⁊ perfectum idẽ dico. Hoc videt nõ esse de intentione boecij: q̃ in definitiõe ponit ⁊ totũ ⁊ pfectum. vnde oportet q̃ ad aliud referatur totũ: ⁊ ad aliud pfectum. Obiciturꝰ etiã cõtra hoc qõ dicit/simi⁹. Simul enim non conuenit nisi bis/que plura sũt/relata p associationez ad vnũ tempus/vel ad vnũ locũ. In eternitate autẽ nulla plura sunt: nec aliq̃ relata ad aliud mẽsurãs p modum loci vel durationis: q̃ sic ꝓme mẽsure esset mẽsura: ⁊ hoc abiret in infinitũ. Ulteriꝰ obiciturꝰ de hoc qõ dicit perfectum. Perfectum em̃ nõ est qõ nõ est factũ: perfectũ em̃ est qõ attingit vltimũ terminũ facti/ ⁊ icludit ipm: in quo quiescit actio facientis. Eternitas aũt facta nõ est: q̃ non est perfecta. Simil⁹ de b̃ qõ dz/possessio obiciturꝰ: Sicut em̃ dicit hermes trimegistus in lib. de causis: possessio est prior/ in posterior/ sessio. In eternitate autẽ nõ est prius et posterius: q̃ nec possessio. Si dicat: q̃ possessio metaphorice sumitur/ex eo q̃ habetur ad nutum.

Arg. 2m.

Arg. 3m

Arg. 4m.

Arg. 5m

Arg. 6m.

Arg. 7m

Arg. 8m.

Arg. 9m

Arguu. 10m

Obiectio

Respõsio B

Hoc videt incoueniẽs metaphoricis enim non est deffiniendum/sed propriis essentialibus vt dicit philosophus in. vj. ethicozũ. Solutio: dicẽdũ q̃ sex que ponuntur in definitione eternitatis: ponuntur ad hoc: q̃ separarent eam ab omni eo qõ non est vere eternum. Et primum ſm intellectũ est possessio: non ſm interpretationem possessiõis quam ponit hermes: sed ſm hoc q̃ dicitur possessum/qõ a se ⁊ intus est habituz. Nihil autẽ creatũ hz a se eẽ: nec it⁹ hz eẽ ſm dependẽtiã ad aliũ: nec ad nutum habet/siue ad libitum proprium: sed expectat ipsuz/et accipit ab alio: quod est prima causa ⁊ fons esse. Et ideo nihil creatum habet esse possessum/sed mendicatum ⁊ mutuatuz. Secũdũ autẽ q̃ ẽ intermiabile esse: qõ ẽ differẽtia eẽ possessi

Solo ar. I.

luto: Duratio que est euum / dupliciter considerari potest: scz vt quantitas duratis virtualis vel dimensionalis: vl vt mẽsura reddens z certificãs quantitatem eiusdẽ. Et primo quidem mõ cõsiderata multiplicatur fm multitudinem durantium et aliquãdo incipiens in vno / nõ incipit in alio: sicut incipiẽs in celo / vl in angelo / nõ incipit in hac anima. Considerata autez vt mensura reddens z certificans quãtitatẽ durantis in euo: sic est vnum euũ sicut mensura vna est in omnibus cõtinuis / licet multe sint cõtinuitates fm esse: vna tamẽ ratio est certificandi z mensurandi p palmam z vlnam. Et licet diuersa sint numerata: vt canes z oues: tamen vna est ratio certificãdi z mẽsurandi p numerum: z ideo vnus numer⁹. Et virtutes herculis z achillis ꝗuis diuerse sint / vna tũ ratio est certificandi vtranq;, s. posse in vnum / vel in duos vel in tres: z sic deinceps. Et hui⁹ ratio ẽ: quia huiusmodi forme mathematice vel quasi mathematice / licet esse habeant in materia: tamẽ in ratione diffinitiua materiam nõ concipiunt: z ideo vniuoce non equiuoce sunt in omni materia. Et si queritur: qd facit vnitatem illam. Dico q vnitas rationis ipsius nunc; qõ est immutabile fm esse substantie mu

tabile ⁊ diuisibile virtualiter fm q̃ adiacet virtuti ⁊ operationi. Et qd̃ dicunt quidã: q̃ hec vnitas rationis eius ẽ quia in omido caret fine/sed non pncipio/nõ videtur verum. Hoc enim accidit euo ex cõparatiõe ad aliud: ⁊ nõ de ratione substantie ipsi⁹. Qd̃ autem iterum quidã dicunt/diuersam virtutem eui esse in euiternis: eo q̃ de se angelus minus tendit ad non esse q̃ substantia celi/⁊ anime: ⁊ anima minus q̃ substantia celi si sibi relinqueretur: ⁊ ideo diuersas esse euiternitates eorum. Non pspecte satis dicum est: hoc enĩ accidit euiternitati fm q̃ est in euiterno: ⁊ nõ est de substãtia rationis eius fm q̃ est mensura euiterni.

Queritur de tempore fm q̃ est de consideratione theologi.

Mẽb ⁊ III. Huius mẽbri duo sũt articuli.

A Articul⁹. I.

Hinde querit⁹ de tempore fm q̃ est de consideratione theologi. Et queritur duo: scz quid sit: an vnum sit vel plura.

Quid est tempus fm definitionem.

Primo ergo queritur quid sit. Et si accipit definitio que est in quarto physico ꝓ tẽpus est numerus motus per ꝑ ⁊ posterius. Sed fm ꝑius ⁊ posterius nõ erit tempus passio oĩs mot⁹ primo ⁊ ꝑ se: q̃ ꝑus ⁊ posteri⁹ sũt in motu ab ante ⁊ post/in magnitudine siue spacio vt dicit Aristo. Et si debeat numerari aliquis motus in quo primo ꝑius ⁊ posterius non est: primo numerabitur per eum in quo ꝑus ⁊ posterius est. Dic autem est localis motus. Inter locales autẽ circularis primus est: Et inter circulares/motus primi celi: maxime quem vocant philosophi aplanes/hoc est sine erroze: eo q̃ inter omnes simplicioz vniformioz/⁊ regulatioz est. Et sic competit: vt ipo ⁊ sua passione mẽsurẽtur ⁊ numerẽtur omnes alij motus. Et si hoc ita concedatur: tunc tempus non fuit ante opus quarte diei. Et hoc videtur valde inconueniẽs: quia prima ⁊ secũda ⁊ tertia dies dicũt partes tẽporis. Si autẽ dicatur sicut dicũt nũc magistri in sententijs ⁊ in historijs: accipiẽtes hoc a Beda: q̃ primo motus cuiusdã nubecule lucide ex qua postea factum est celu: distinxit horas ⁊ numerauit noctes ⁊ dies: hoc figmento simile est: scitur enim ab omnib⁹ phis ratione philosophantib⁹ q̃ motus localis consequẽs est speciem ⁊ formam: ⁊ qd̃ non pfecte attingit speciem ⁊ formam/non habet perfectũ motũ. Unde qd̃ non est in specie ignis non recte ascendit/sed nutat in ascendẽdo. Et qd̃ non perfecte est in specie terre/vel grauis: non recte siue perpẽdiculariter descẽdit/sed dubium habet descensum ⁊ nutantem. Similiter ergo nubecula illa cum non perfecte attigerit formam ⁊ speciem celi: motum circularem perfecte habere non potuit vniformem ⁊ simplicem: ⁊ sic distinguere horas ⁊ tempus non potuit. Nihil enim irregulariter motum numerus ⁊ mensura potest esse alicui⁹ rei. Si ꝓter hoc dicatur: q̃ tẽpus in theologia non accipitur fm determinationẽ philosophi/sed fm q̃ loquitur de ipso Dionysius in libro de diuinis nominib⁹ capl'o. x. vbi sic dicit: Tempus vocãt eloquia/quod in generatione ⁊ corruptione variatione metitur: videtur sequi inconueniens multiplicitẽr. Sic enim omnẽ genesim mensurabit tẽpus. Et cum creatio temporis sit genesis tẽporis: erit tempus mensura creatiõis temporis. Sed creatio cuiuslibet creati est ante ipm: ⁊ similiter mensura creationis ante ipsam rem creatam: ergo tempus erit ante tempus. Et iterũ illud tempus creatum est: ⁊ sic videtur sequi/ q̃ infinitum tempus ẽ ante tempus: qd̃ absurdum est dicere. Adhuc: Aug⁹ vult: q̃ quattuor sũt coequeua: materia. s. quattuor elementorum: natura angelica: ⁊ temp⁹ et celum. Et si hoc est: tunc nõ generaliter est verũ qd̃ dionysius dicit: quia si tempus est qd̃ in generatione metitur: cum creatione celi ⁊ angelica natura ⁊ materia prima sit ante ipsa creata/tempus erit ante ipsa: ⁊ sic nõ est coequeuus eis. Adhuc fm hoc tempus esset ante euu⁊. Euum enĩ angeli cum ipso angelo incipit: sicut omnis duratio cũ durante. Creatio autẽ angeli ante angelum est: sicut omne fieri ante factum: ⁊ cum mensura creatiõis sit tempus/tempus erit ante euũ fm hoc: ⁊ sic falsum dicit boetius/qui dicit: qui temp⁹ ab euo ire iubes. Preterea falsum erit qd̃ ante probatum est. s. q̃ nunc eternitatis per defectũ aliquẽ sit causa nunc euu: ⁊ nunc eui ꝑ defectum aliquẽ sit causa nũc temporis. Adhuc priscianus: Tempus est moza motus mutabilium rerum. Et hoc idem fere est qd̃ dicit dionysius. Mutabiles enĩ res sunt que generationi vel corruptioni vel variationi subiacent. ⁊ si hoc est verum: cũ tempus aliqua mutabilium rerum erit tempis pars: ⁊ abibit hoc in infinitum. Ulterius queritur in quo incipiat tempus sicut in mensura. Si enĩ dicatur q̃ in nũc tunc sequitur/ q̃ in nũc qd̃ est indiuisibile sit factio tempis/siue fieri: ⁊ sic diuisibile est indiuisibile: qd̃ esse nõ potest. Factio enim ⁊ fieri diuisibilia sunt vt vult Aristoteles: dicunt enim exitum de potẽtia ad actum. Si autem dicat q̃ in nunc eternitatis/vel eui incipit: vel etiam in ipa eternitate vl' in euo: sequitur q̃ eternitas vel euu⁊ alijs adiacet vt mensura q̃ eternis vel euiternis: qd̃ in precedentibus improbatu⁊ est. Ulterius queritur adhuc: si tempus vnius rationis sit in temporalib⁹ vl' non

Et videtur q̃ non. Tempus enĩ nõ est continuũ nisi a ꝓtinuitate mot⁹ g̃ vbi mot⁹ nõ ẽ cõtinu⁹/ nõ erit cõtinuum temp⁹: Creatio aũt nõ est continuus motus: mensura ergo illius nõ erit continuu⁊ tẽpus. Preterea. Non est aliud cõtinuãs creationem vnius cum creatione alterius: nõ enim ordinantur ad vnum motum que sit causa vertiusq̃ ⁊ regula: temp⁹ ergo qd̃ est mensura vni⁹/nõ continuatur cum tempore qd̃ est mensura alterius. In hijs autem que mouentur fm naturam/vnu⁊ cõtinuum est tempus: In hijs ergo ⁊ in illis diuersarum rationum est tempus. Et si hoc concedatur/valde absurdum esse videtur: Quia ille diuerse rationes: aut colligũtur in vno genere/aut non. Si colliguntur in vno/illud non potest esse nisi moza constitura ex nunc currente. Et tunc sequit⁹ q̃ genus est idem cum specie penitus: Moza enim cõstituta ex nunc currente/tempus est fm rotum esse temporis. Si autem nõ colliguntur in vnu⁊ genus: tunc oportet q̃ plures specie ⁊ genere sint durationes q̃ euiternitas euũ ⁊ tempus. Solutõ dicendum q̃ tempus dupliciter considerat⁹: cõmuniter sez ⁊ ꝓprie. Communiter enim non est nisi simplex passio ⁊ moza motus vl' mutationis: ⁊ sic accipitur tempus a prisciano. Proprie autẽ accipitur dupliciter: proprie sez/⁊ magis proprie. Proprie/ quando accipitur vt passio ⁊ mẽsura eius cuius est passio ⁊ sic accipitur a Dionysio. Magis ꝓprie ⁊ in vltima sui determinatiõe ad esse temporis quando est passio primi motus: ⁊ per eum mensura ⁊ numer⁹ omniũ motuũ qui sunt ab ipo/ vt causati ⁊ regulati ⁊ numerati ab ipo: ⁊ sic accipitur ab Aristotele. Ad primũ ergo dicendũ q̃ illa obiectio procedit de tempore ꝓprissime dicto. Ad secundũ dicẽdũ: q̃ illa obiectio est necessaria que est contra dictũ Bede. Nec intendit Beda: q̃ motus nubecule certam horarum fecerit distinctionẽ: sed motus eius quãcunq̃ confusam distinctionẽ fecit lucis a tenebris: que distinctio vocatur distinctio noctis ⁊ diei: quã tamen confusam necesse fuit esse in tribus diebus primis: quãdo nubecula formã solis nõ attigerat: nec ex illo motu certa distinctio horarum haberi poterat/sicut habetur ex motu solis. Ad aliud dicendũ: q̃ genesis temporis siue creatio non est in tempore/put enim in creante est/ omnino non refertur ad tempus/nec ad nunc temporis. Prour autem in creato est ipso: nõ est a primo in vltimũ cũ interceptiõe medij. Et huius causa est: quia nec motus est: nec finis motus/in quo motus sit imotum esse/Motus non est: Motus enĩ primo est in medio q̃ in extremo: ꝓter qd̃ successiuus est/⁊ imperfecti actus. Qd̃ in medio nec simpliciter est/nec simpliciter nõ est/sed fm quid est ⁊ fm quid nõ est: ⁊ sic nõ potest dici de creaturis q̃ in medio sint/⁊ sic nõ sint simpliciter. Similiter finis motus nõ est: quia nullus motus ꝑcedit qui in creatione terminet/⁊ sit imotũ esse: sicut generatio ⁊ corruptio fines sunt alteratiõis: ⁊ illuminatio hic vel ibi/finis motus localis ipius illuminãtis: sed simpliciter est inter contradictoria sez nõ esse ⁊ esse: que nec medium habẽt qd̃ intercipere possint: nec motum ante se cuius fines sint. Et cum dicitur: q̃ creatum vel creatio facit esse post nõ esse. Hoc verbum facit nõ dicit nisi esse facti qd̃ nunq̃ fuit in fieri: ⁊ hoc ꝓter infinitam potentiã facientis/qd̃ de extremo venit in extremũ sine transitu medij. Et ꝑ positio post/non dicit nisi ordinem absq̃ successione ⁊ transitu per mediũ ad extrema: ⁊ ideo creatio est in nũc tpis fm q̃ ẽ in creato ⁊ illud nũc tpis est/ a quo incipit tempus cõtinue/non in quo tempus est fm esse. Sicut punctus qui est principiũ linee: est a quo incipit cõtinue linee extensio/non in quo linea est fm esse linee. Et sic creationis temporis non est aliud tempus q̃ ipsum nunc: quia in ipso nunc creationis incipit extensio temporis: ꝓpter hoc non vadit in infinitũ. Per predicta patet solutio ad illud quod obijcitur de coequeuis. Fieri enim per creationẽ/non est ante factum: nisi tm̃ ordine cause ⁊ causati: ⁊ ipsum fieri est in nunc indiuisibili/qd̃ continue fluens facit tempus: ⁊ sic remanet q̃ quattuor coequeua sunt coequeua. Per hoc etiam patet solutio ad sequens: pater enim q̃ tempus fm esse temporis/non est ante euum: sed ordine cause ad causatũ post ipm: sicut ⁊ tpale post euiternũ. Per hoc etiã patet q̃ vera sunt q̃ in antecedentibus pbata sunt: ⁊ fm quẽ modum vera sunt.

Ad argumẽtũ primũ

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Ad 5m

Ad 6m

Ad 7m. Ad dictum prisciani dicendum: q̃ licet de rebus mutabilibus sit tempus: nõ tamen est de mutabili primo. Cum enim passio sit motus ⁊ mot⁹ passio mobilis: mobile primo susceptiuum est passionis que est motus: ⁊ moza motus est passio mobilis ipsius ꝑ motum. Et ideo illius moze non est alia moza in esse/sed seipsa moza est: ⁊ ideo temporis non est aliud tempus. Et hoc nõ procedit in infinitum: sed statur in primo. Ad id qd̃ vlterius queritur in quo incipiat tempus. dicendũ q̃ ẽ principium duplex: intrinsecum sez ⁊ extrinsecum. Intrinsecum est qd̃ est aliquid temporis/licet non sit aliqd̃ tempus: Et hoc est nũc a quo incipit temp⁹ quia illius nunc fluxus constituit tempus: sicut dicimus de puncto in quo incipit linea. Principium autem extrinsecum temporis est/qd̃ est causa temporis. Et hoc quidem principium est nunc eternitatis/proximu⁊ autem nunc euiu: neutrũ tamen est aliquid temporis vel tempus. Et qd̃ obijcitur: q̃ fm hoc eternitas alijs adiacet. dicendum q̃ eternitas vt mensura adequata nõ adiacet nisi eternis: ⁊ euiternitas siue euum nisi euiternis. Sed vt mensura excellens adiacet temporalibus. Ad id qd̃ vlterius queritur: vtrũ temp⁹ vnius rationis est vel non: dicendum q̃ nõ perfecte est vnius rationis: cõmuniter tamẽ vnius ratiõis esse potest. Si enim sumatur vt adiacẽs mensurans ⁊ numerãs esse tpalis: sic nõ est nisi in motu primi celi/⁊ motibus ordinatis ad illum: nõ solum vt ad causam sed etiam vt ad numerum. Et hoc modo considerant philosophi tempus. Si autez cõmuniter cõsideretur tempus/fm q̃ est simpliciter passio vel moza durantis in esse motus vel mobilis vel quietis eius qd̃ ordinatur ad motum: sic vna ratione ẽ in omnibus temporalibus. Quod autez quidã dicunt: q̃ vna ratione sit in oibus: per hoc q̃ omnis motus vt dicunt/ordinatur ad vnum immobile/qd̃ dicunt esse primu⁊ subiectum: sicut omnia transmutabilia ad materiam primam: quã dicũt esse immobilem: ⁊ celũ ad substantiam celi/ quam dicunt esse immobilem: ⁊ angelus qui mouetur ꝑ tempus ad angelicam naturã/quam dicunt esse immobilem: Et ex comparatione illius immobilis ad totum motũ dicunt esse vnam rationem tẽporis in omnibus temporalibus: eo q̃ nunc adiacens ei/qd̃ vnu⁊ est in toto motu/facit tempus se se mouendo. Erroz est: eo q̃ dicit philosophus: q̃ esse in tpe/est esse in numero ⁊ ideo oportet reduci omnia temporalia que vna ratione temporalia sunt/ad vnũ qd̃ nõ sit causa tantũ/sed etiam numerus aliorum. Preterea falsu⁊ est/q̃ dicunt subiectum primum motus esse immobile qd̃ enĩ subiectum motus est illi motus dispositio ẽ ⁊ quod disponit motu/nõ potest intelligi nõ moueri. Per hoc solutum est sequens.

Ad 1m. Ad 2m. Ad 3m. Ad 4m. Ad 5m. Ad 6m. Ad 7m.

An tempus sit vnum vel plura

Secundo queritur: An tempus sit vnu⁊ vel plura. Videtur enim q̃ aliquod tempus sit plura. Est enĩ tempus per qd̃ deus mouet creaturam spiritualem: vt dicit Augustinus que nõ mouetur nisi fm affectiones ⁊ conceptões in quibus nihil est cõtinuãs. Et est tempus in quo mouetur corpus de forma in formã; vel vbi in vbi;

A Articu. II. Arg. primũ

Arg. 1m. Arg. 2m. Arg. 3m. Arg. 4m. Arg. 5m. Arg. 6m. Arg. 7m.

B

C Solo ar. I.

D Ad. I. qõnẽ incidentem

Ad. II. qõnẽ

Confutatõ cuiusdã erroris.

in quo aliquid est continuans. In primo est vicissitudo: quia vices affectionum vel conceptionum non sunt simul: sed sicut in numero vnitas est post vnitatē: ita in talibus mouetur creatura spiritualis vna vice post aliam: ergo videtur q̃ vnū sit tempus discretum / ⁊ alterum continuū: ⁊ sic duo tempora. Hoc idem videtur Iacobi primo. c. Apud quē nō est transmutatio / nec vicissitudinis obumbratio. Hec duo incassum a deo excluderet / nisi vtrūq̃ in agentibus temporalib̄ inueniretur. Cū ergo inueniatur transitio in temporalib̄: vicissitudo in spiritualib̄ �means affectiones ⁊ cōceptus inuenir̄. Adhuc: Si in motu inter prius ⁊ posterius nō esset cōtinuās: tempus nō esset cōtinuū / sed discretum. Sed in motu spūalis creature que mouet ꝑm affectū vel concepta / nihil est continuās: ergo talis motus discretus / ⁊ non cōtinuans: tempus ergo mensurans ipsum discretum est / ⁊ non continuum. Adhuc: Motus in quo mobile nō continue est partim in termio a quo / ⁊ partim in termino ad quē: sed pfecte in termino a quo / ⁊ in termio ad quē / nō est cōtinuus: omnis motus intelligētis vnū post aliud / pfecte est in quolibet intelligibili: ⁊ nō in aliquo ꝑm quid in vno / ⁊ ꝑm quid in altero: ergo omnis talis mor⁹ discretus q̃ est: ergo ⁊ tēpus mensurās ipm discretorū est / ⁊ non est nisi nūc post nunc. Adhuc: Motus nō pōt esse cōtinu⁹ / nisi in eo in quo motus est actus ꝑfectus. In agente autē motus est actus pfectus: ⁊ tamen in agēte est agere vna vice post aliā: ita q̃ agere interruptū est: ⁊ nō ꝓtinuatū vnū agere cū alio: q̃ videt q̃ non sit ibi tēpus mēsurās nisi nūc ⁊ nūc ⁊ nūc sine cōtinuatōe ipo q̃ nūc: q̃ tale tempus videt esse simplex multū / ⁊ nō vnū sicut numerus. Videt q̃ q̃ plura sint tēpora ⁊ nō vnum. Adhuc: talis videt esse ⁊ motus omnis nūerātis. Dicit enī pbs: q̃ nūerus cognoscim⁹ diuisione ꝓtinui. Cū nūerus dicit cōpositus a nutus ⁊ memeris: ⁊ nūerus est nut⁹ memeris / hoc ē diuisiōis. Cū enī numerās inuit ad vnū / ⁊ nutū facit ad alterū: nō ē aliq̃d ī medio in q̃ pri nutū faciat ad vnū / ⁊ prim ad alterū. Talis q̃ nut⁹ ⁊ act⁹ discretorū ē: ⁊ rn̄ tpe mēsurat: q̃ videt cū mēsura ⁊ mensuratū sunt ꝓportionabilia: q̃ tēpus eius discretū sit / ⁊ nō ꝓtinuū. Est aūt p aliud tēpus continū: q̃ plura sūt tpa: qz discretū / ⁊ nō discretū: ⁊ cōtinuum / ⁊ non continuū non possunt esse vnum et idem. In ꝓrariū arg. primū. In contrarium est: q̃ inter primū ⁊ vltimū in talibus actionib̄ est quedam moza non interrupta: successionē tamen habens medij ad pmū / ⁊ vltimi ad medij: talis aūt moza ꝓtinuū tempus est: talū ergo actionū cōtinuū tēpus est mensura. Eadem obiectio est de transitu creature spūalis per cōcepta vel affecta. In oib̄ enī transitib̄ talib̄ vna continua moza est non interrupta: que continuum tempus est. Adhuc obiectio Auicēne est: Si plura sunt tempora: aut sunt simul / aut non simul. Si sunt simul: sed simul sunt que sunt in eodem tēpore: ergo tertium tempus est in quo sunt simul. Iterum illa tria sunt simul / vel nō simul: ⁊ ita ibit in infinitum. Si non sunt simul: erit tempus medium in quo non sunt simul: ⁊ sic iterum erunt tria tēpora. Et de illis iterū querit̄ si simul sint / vel non sint simul: ⁊ ita ibit in infinitum: Infinitum autē fugit omnis intellectus: ergo oportet q̃ nō sit nisi vnum tempus. Solutio ad hoc dixerunt q̃dam: q̃ tempus dicitur tripliciter. Dicitur enim tem⁹ nunc: q̃ō est aliquid temporis / licet nō sit aliq̃ō tēpus. Sicut dicit Richardus: q̃ omne q̃ō cepit / cepit ex tempore: quia cepit ex eo q̃ō est aliquid temporis scz nūc. Secūdo dicitur tempus transitus de nunc in nunc sine continuante medio. Et hoc tēpus dicunt esse vices ipsius nunc: ⁊ tale tem⁹ vicunt esse numerū mensurantem motum spiritualis creature p intellecta vel affecta. Tertio mō dr̄ tempus mensurans transitum a primo nūc ad vltimum cum cōtinuante medio. Et hoc dicunt esse tempus continuū. Et hec distinctio satis pbabilis est: sed naturali philosophie nō concordat: et illam obiectionem que est de moza continua a primo vsq̃ ad vltimuz soluere nō potest. Preterea in libro de causis non ponuntur nisi duo extrema: et vnum solum medium: scilicz res cuius substantia ⁊ actio est in momento eternitatis. Et res cui⁹ substantia ⁊ actio est in momēto temporis. Et medij ponit / cuius substantia est in momento eternitatis / ⁊ actio in momento temporis: ⁊ nō distinguit diuersitatem tēporis. Preterea hec distinctio supponit tempus esse in temporali: ⁊ variari ex variationem temporalis: q̃ō naturalis philosophia nō admittit: Que dicit: q̃ ea que sunt in tempore: sūt in tempore sicut ea que sunt in numero: nō sicut in numero numerato / sed sicut i numero quo numeram⁹: i numero ārq̃ numeram⁹ sūt: nō q̃ cānt̄ tm̄ a numero / sed etiā q̃ non cāntur: dūmodo mensurentur numero. Et sic i motu celi tanq̃ in numero sunt tam causata a motu celi / q̃ non causata: dūmodo motu celi mensurentur: ita q̃ dicamus ipsa ꝑm tempus esse indiuisibilia / vt nunc vel extensionis diuisibilis / vt horaria vel diurna ⁊ sic de alij ꝑm q̃ diuiditur quando in. 6. principijs / in quando simplex / ⁊ in quando compositum. Undeuidetur esse dicendum: q̃ non est nisi vnum tem⁹. Et q̃ transitus p affecta ⁊ concepta spiritual creature / ordinantur ad motum celi: non vt ad causā / sed vt ad numerum quo nos mēsuramus ⁊ numeramus ipsum. Dicimus enim in prehabitis: q̃ talis extensio transitus a primo in vltimum / maxie in anima est: ⁊ ideo cōtinua est continuitate ei⁹ ad q̃ō extendim⁹ eam: q̃ō est motus celi. ⁊ sic non ē nisi vnum tempus: scilicz quādo / nō est vnum: ⁊ ideo que incipiūt: omnia quidē ex tempore incipiūt / scz quedam in quando simplici: ⁊ quedam in quando compositio. Et quādo simplex est / q̃ō relinquitur ex adiacentia simplicis nunc. Quādo compositu z ē / q̃ō relinq̃t̄ ex adiacētia tpis cōpositi: vñ creatō ē in nūc: ⁊ sil'r corruptio / ⁊ illuminatio ꝛc q̃ ē finis motⁿ local'ī nūc: ⁊ rn̄ trāsit⁹ de nūc ī nūc ī tpe ꝓtinuo ē nō q̃ semp ꝓtinuās sit ī tpe trāseūre vl' trāsitu / ita q̃ sit de ēntia ei⁹: scz qz sp ꝓtinuās ē ī pmo motu q̃ numeram⁹ ⁊ mēsuram⁹ ipm trāsitū a pmo ad vltimū: ⁊ cui⁹ tpis sicut pmi numerātis est passio. Et ꝑm hoc soluta sūt quecūq̃ questa sunt:

B Solū grundā arti. II.

Solū alibi.

II

ipugnatio b⁹ solōis. I.

III

Querit̄ de cōparatione eternitatis euiternitatis ⁊ temporis adinuicem.

mēb. IIII Hui⁹ mēb. duo sūt ar.

Ende q̃rit̄ de comparatio e eternitatis / euiternitatis / ⁊ tpis ad iuicē. Et q̃rūt̄ duo. s. an

sit aliq̃ō duratio p̄ter eternitatē / euiternitatē / ⁊ tp̄s. Et vtq̃ mēsuratū eternitate ⁊ euiternitate m̄suret̄ tpe

Vtrū ꝓpetuitas sit aliqua mensura p̄ter eternitatē: euiternitatē ⁊ tempus.

Arg. 1m D primū proceditur sic: In papia sic dicit q̃ perpetuū est quod caret fine ⁊ caret principio / sed nō motu. Perpetuitas igitur cū sit mobilium ⁊ variabiliū / nō potest esse eternitas ⁊ cum caret principio / nō potest esse euiternitas: Et cum caret principio ⁊ fine / nō potest esse tempus: Et sic videbitur esse aliuqa mensura p̄ter p̄dictas tres. Adhuc Hilbertus: Hoc nomie q̃ō est perpetuitas / intelligitur sine collatione collectio: hoc vero quod est sempiternitas cum collatione collectio: eternitatis autem nomine neutrum: hoc est neq̃ collatio neq̃ collectio. Querit̄ ergo de hoc. Si enim in perpetuitate est collectio cum collectio nō sit nisi diuersorū: videt q̃ diuersa ꝑm variationē diuersorū sint in perpetuis: ⁊ ita perpetuitas variabilis est: Euū autē nō variabiliū est: ⁊ sic videtur perpetuitas nō eē euū: ⁊ eadē ratione nō est eternitas / neq̃ tempus: cum in tēpore sit collectio cum collatione: videtur ergo q̃ p̄petuitas sit quarta mēsura. Adhuc: Constat q̃ angeli variant̄ ⁊ vicissitudinant̄ ꝑm intellectum ⁊ affectum: intelligūt enim vnū ⁊ vnū prius q̃ alterū. Similiter afficiunt̄ circa vnū ⁊ vnū et circa vnū prius q̃ circa alterū: ⁊ tamen intellectus isti vel affectiones ad nihil continuū vel continuans referuntur: quamuis habeant principiū ⁊ finem temporis: eo q̃ tempus est continuū: Et cum habeant collectionem / ⁊ vt videtur collationē (habēt enim prius ⁊ posterius / que sine collatione nō sūt nec esse possunt) videtur esse mēsura quedam alia p̄ter tempus in qua sit cum collectione collatio: que nō potest esse eternitas vel euiternitas: et sic quatuor erunt mensure. Adhuc Quedam est mensura habens principiū ⁊ nō finem: videt̄ ergo q̃ quedam debeat esse opposita illi que non habet principiū / sed finem. Ad hec ⁊ similia dicendū: q̃ in veritate ꝑm auctores antiquissimos / vt Aristotelem ⁊ platonem ꝑm rem nō sunt nisi due mensure: scz eternitas ⁊ tempus: et medium mensure nō ꝑm rem / sed ꝑm rationē participationis ꝓprietatum, istarū duarū mensurarū accipitur. Et ideo dicit proclus in propositione nonagesima nona: q̃ nō sunt nisi due mensure: scz eternitas ⁊ tempus. Et Aristoteles vult: q̃ inter rem cuius substantia ⁊ actio est in momento temporis: ⁊ inter rem cui⁹ substantia ⁊ actio est in momento eternitatis / nō sit nisi vnū medium: scz res cuius substantia est in momento eternitatis / ⁊ actio in momento temporis. Et q̃ nō possit esse aliud medium: scz res cui⁹ actio sit in momēto eternitatis ⁊ substantia in momento temporis: quia cum substantia sit a qua p̄cedit operatio / siue actio: si substantia sit in momēto temporis / oportet q̃ etiam actio sit in momento temporis. Sed siquis tamen ista subtiliter intuetur / distinguet: q̃ mensure iste dupliciter capi possunt: scz vt extrinsecus adiacentes. Sicut lignū quod vocatur vlna / vel cubitus adiacet panno ⁊ numerus quo numeramus adiacet numeratis

Et ideo vna vlna multa mensuramus ⁊ diuersa: ⁊ vno numero multa numeramus ⁊ diuersa. Et hoc modo antiqui cōsideraueruntⁿ ⁊ nō nisi duas mensuras ipius esse dixerunt. Et causam assignauerunt: quia omne esse cuiuscumq̃ entis: aut est essentia tantum: aut generatio tantum: aut ens ⁊ generatio simul. Et dabant exemplum: q̃ esse q̃ō est ens tantum / est simplex et immobile: et totum seipsum simul in vno possidens ꝑm substantiā virtutem ⁊ operationē. Et nō potest intelligi / q̃ hui⁹ mensura sit diuisibilis: sed indiuisibilis eternitas. Ens autem quod est generatio ⁊ ꝑm substantiam ⁊ ꝑm virtutem ⁊ operationē nō potest intelligi indiuisibile ꝑm esse: habebit ergo mensuram diuisibilem que est tempus. Ens autem medium ꝑm esse / eē habebit aliquo modo indiuisibile ⁊ aliquo modo diuisibile. Esse enim illud duorū actus est: scilicet eius quod est quo est: ⁊ eius quod est quod est: sicut esse hominis est esse animalis rationalis / sicut quo est: ⁊ esse huius hominis sicut quod est. Et si referatur ad id quo est: refertur ad simpliciter vno modo se habens ⁊ stans / ⁊ in vno totum possidens simul. Et hoc modo si verbaliter vractus significetur / per tempora declinari nō potest: vt dicatur est / erat / fuit / fuerat / erit. Si autē referatur ad id quod est: tunc nec indiuisibile est / nec simplex / nec stans / nec simul in vno possessū: ⁊ sic declinabitur per omnia tempora si verbaliter significetur. Et sic consideratum principiū et virtutis ⁊ operationis: ⁊ ideo virtute ⁊ operatione mēsuratur tempore. Et cum nō possit pluribus modis considerari dicebant nō essenisi duas mensuras ⁊ duorū ⁊ triū ꝑm q̃ diuersa pticipāt vtrāq̃.

Posteri autem considerantes mensuras bas secundum q̃ intrinsece sunt mensuratis: ꝑm q̃ duratio intrinseca est duranti: ⁊ forma inherens sibi que ad aliud referri nō potest. Videntes etiam: q̃ esse durans tripliciter diuersificatur ⁊ in se: ⁊ ꝑm causam: tres mensuras esse dixerunt. Est enī esse durās indeficienter: quod est causa tantum / ⁊ nō causatum: simplex / stans / se totum in vno possidens ⁊ in essentia et in eo quod est: quia sibi idem est esse ⁊ quod est. Et hoc dixerūt esse eternale simplex ⁊ ꝑm se. Et est esse creatum: ⁊ ideo nō habens esse nisi secundum conuersionem ad primū. Propter quod non totum simul habet esse: nec in vno possidet: quamuis ꝑm hoc q̃ habet se ad primum habeat esse immobile et stans. Et hoc erit esse variatum virtute ⁊ operatione / sed non substantia: propter hoc q̃ in ipso differūt esse ⁊ quod est. Et huius mensuram propriam dixerunt esse euum: dicentes euum habere principium sicut creatum / sed non finem: sicut stans secundum substantiam Et est esse quod nec simplex est secundum se: nec in principijs suis: nec stans / sed fluens: nec simul in vno possidens seipsum / sed successiue esse post esse apprehendens. Et huius mensuram dixerūt esse tempus. Ad primum ergo dicendum: q̃ perpetuitas nō simpliciter caret principio et fine / sed caret principio ⁊ fine intra: Sicut motus circuli celestis principio caret. Si enī haberet principiū vniuocū in genere suo: illud principium nō posset esse nisi motus / vel mouentis / vel mobilis / vel

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

B Solū arti.

C

Ad argū. I.

verinsq: hoc est/ q̃ mouens efficeretur mouens p generationem vel alterationem/cum ante non esset mouens: ⁊ q̃ motum efficeretur per generationē vl' alterationē cum ante nō moueretur. Et hoc mō motꝰ celestis nō potest habere ꝓncipiū: ꝓt̃ in conueniēcia q̃ ponit aristo. in. viij. phicoꝝ. Et eadē ratione nō potest habere finem intra se: oporteret enim q̃ mouens ⁊ motū vel alterareť vel corrumperetur ab eo quod est moueri fm actū in nō mouere/⁊ nō moueri: ⁊ sic sequereť/ q̃ generatio ⁊ alteratio essent nō existēte motu locali: qd̄ est impossibile. Et hoc modo dicit papias ⁊ etiam Gilbertus: q̃ ꝓpetuitas est carentiū fine ⁊ principio/sed nō motu. Si autē motus accipitur vt motus sapientis qui ad aliquē finem a se intentū mouet/⁊ nō vltra. Sapientis enim non est mouere vt semper moueat infinite: quia sic inutile ⁊ vanū esset in operibus sapientis: quod valde absurdū est. Sic motus celestis et habet ꝓncipiū/imperiū sapientis: ⁊ finem ad quē stat intentū/scz vltimū a sapiēte per motū. Et sic perpetuū sub euo cōtinetur: fm distinctionē dionysij supra positā: q̃

Ad 2m euū dicit tota temporis oppositio. Ad aliud dictū gilberti dōm: q̃ gilbertus euiterna vocat perpetua. Et quia talia variantur fm vices operatōnū: dicit in talib⁹ esse collectionē: quia cū collecta nō continua sint sicut in motu partes cōtinue collecte sunt: dicit talem collectionē esse sine collatōe. Collata sunt enim ꝓtie que ad vnū collata sunt: quod est vnū copulans ⁊ cōtinuans. Collecta vero simul sūt sub forma discretorū. Et hec satis patent per ea que in ꝓhabitis de tempore dicta sunt

Ad 3m Ad aliud dōm: q̃ fm vices variant operatōes angelorū/⁊ fm intellectū/⁊ affectū: ⁊ hanc variationē admittit euū fm q̃ est media mēsura interternitatē ⁊ tempus: quāuis nō admittit eā fm q̃

Ad 4m euū pro eternitate accipit. Ad vltimū dōm: q̃ mensura carens principio/⁊ habens finem esse nō potest: quia quod caret principio/est a seipso: vt dicit anselmus: ⁊ quod est a seipso sibi ꝓpi decesse non potest: vt dicit proclus: ⁊ sic principiū suiꝓius est ⁊ cū nunq̃ disterat a seipso nunq̃ distabit a suo principio. Cum autem omnis corruptōis ⁊ finitionis fm esse causa sit ꝓtia ⁊ per se/ distare a suo principio: id quod sine principio est a seipso/ nunq̃ potest finiri vel corrumpi fm esse: et ideo talis mensura esse nō potest que nō habeat principiū/sed habeat finē. Et tantū de illo dubio.

Utrū mensuratū eternitate ⁊ euiternitate etiam mensureť tempore.

A Arti. II. Arg. 1m Arg. 2m

Secundo quēriť vtrū mensuratum eternitate ⁊ euiternitate etiā mensuretur tempore. Et videť q̃ sic: dicimus enim deū esse in omni tempore: ⁊ angelū similiter. Adhuc: dicimus deū ⁊ angelū heri fuisse/⁊ hodie/⁊ cras fore: ⁊ ita etiā differentie temporis videnť dici de deo ⁊ angelo. In contrariū hui⁹ est quod dicit

In contrariū arg. phus. iiij. phicoꝝ q̃ in tempore esse/est quadā parte temporis mensurari: ⁊ ꝓter hoc dicit: q̃ omne quod est in tempore/ excellit a tempore: deus aūt et angelus nō sic in tempore sunt: ergo nō sunt in

Questiuncula tempore. Preterea quēriť iuxta hoc qualiť verba diuersorū temporū dicunť de deo ⁊ de angelo. Dicunt enim aristo. ⁊ Boetius: q̃ preteritū abijt in nō esse: presens est: futurū non dū est. Quod ergo nihil abijcit in preteritū: nihil acqrit vel exspectat in futurū: sed tm̃ est: illi nō cōueniūt in verbo substantiuo nisi verba presentis temporis/⁊ nō preteriti vl' futuri. Ad hoc dōm: q̃ aliter dicit deus esse in omni tpe/⁊ angelus/⁊ aliter motus. Motus enim dicit esse in tpe sicut numeratus ⁊ mensuratus tpe: ⁊ cuius nihil est extra tempus: ⁊ verba diuersorū temporū dicunť de motu sicut de abijciente aliquid sui in preteritū: ⁊ acquirēte aliquid sui in futurū: ⁊ habente aliquid sui in presenti. Angelus autē ⁊ euiternū dicunť esse in tempore sicut cōmunicantia tempus: ⁊ verba diuersorū temporū referunť ad ipa sicut ad cōcomitantia omne preteritū/⁊ omne futurū/⁊ existentia in omni presenti. Eternū autem dicit esse in omni tempore sicut causans ⁊ continens omne tempus: ⁊ excellēs ipm̃ ⁊ idcirco totū est in omni tempore: ⁊ totū ē in qualibet parte tēporis: ⁊ excellēs totū tpo ⁊ quālibet partem: seipso enim causat ⁊ cōtinet tempus totū/⁊ quamlibet partem temporis: quia seipso ē in omnibus nō inclusū: vt dicit Bregorius: seipso excellit omne tempus/⁊ quamlibet partē temporis: ⁊ verba diuersorū tempoꝝ referunť ad ipm̃ sicut ad id quod est causans/continens/⁊ excellēs in omni preterito/⁊ in omni presenti/⁊ in omni futuro: ⁊ a causando/continendo/⁊ excellendo nunq̃ deficit defecit vel deficiet. Ad dictū philosophi quod

Ad ar. i cōtrariū obijcit in cōtrariū: dicendū q̃ intelligiť de his tm̃ que sunt in tempore sicut in numero/vel mensura hec enim suū esse coartatū habent ad tempus: vel ad temporis partem: ⁊ nihil de suo esse habent extra tempus: ideo nec sunt concomitantia: nec excellēcia/sed in tempore sunt/⁊ a tempore excessa.

Tractatus. VI. De vno vero ⁊ bono.

Abitis de his que de

b essentialitate/simplicitate/incōmutabilitate/⁊ eternitate diuine nature quantum ad presentem intentionē querenda esse videbantur: videndum est ⁊ querendū de cōsequentibus intellectib⁹/qui fm omnē intellectū in deo esse pouunť: hoc est de vno/vero/bono. Et hoc enim ipo q̃ essentia eius intelligitur que non potest nō esse/⁊ nō potest cogitari nō esse: intelligitur vnū esse. Et ex hoc q̃ intelligitur nihil admixtum habere: intelligitur verū esse: Et ex hoc ipso q̃ intelligitur incōmutabile ⁊ eternū: nihil accipiens/nihil perdens: intelligitur summū bonū esse Ideo de his querendum est hoc ordine: q̃ primo queratur de intentionibus horū triū in cōmuni. Secundo de comparatione horū triū adinuicem ⁊ ad ens. Tertio fm quam intētionē vnū quodq̃ istorū deo conueniat. Circa primū queruntur

Nuꝰ qōis tria: scz de vno: de vero: et de bono. Et quia vnū multipliciter dicitur: queremus primo de multiplicitate vnius. Secundo de intentione eius in cōmuni fm quā de primis intentionib⁹ esse dicit Tertio de oppositione vnius ad multa.

Querit de vno. Questio. XXIIIIꝰ ⁊ primo

de multiplicitate vnius.

Mēb ꝓ. I. B Varia distinctio vnius

Primo ergo queritur

p de multiplicitate vnius. Et accipiať

Primo multiplicitas Dionysij que ponitur in libro de diuinis nominib⁹ capl'o vltimo: vbi dicit sic: Ea que sūt multa partib⁹/sūt vnū toto: ⁊ que sunt multa accidentibus/sunt vnū subiecto: ⁊ que sunt multa numero aut virtutib⁹/sunt vnū specie: ⁊ que sunt multa speciebus/sunt vnū genere: ⁊ que sunt multa processib⁹/sunt vnū ꝓncipio: ⁊ nihil est existentiū qd̄ nō participet fm aliquid vnū. Et hoc accipiť: q̃ vnū dicit toto/subiecto/specie/genere/et principio. Aristoteles autem v. metaphisice multipliciter vnius distinguēs sic dicit: Unū dicit aliud fm accidēs: aliud fm se Secundū accidēs quidē tribus modis: scz fm q̃ subiectū ⁊ accidēs est vnū: vt chorziscus musicus. Alio modo fm q̃ duo accidunt vni: vt albū ⁊ musicum socrati. Tertio modo fm q̃ vnū accidit duobus/que sūt vnū in illo: vt albedo socrati ⁊ platoni. Unū fm se dicit multis modis/⁊ fm magis ⁊ minus. Dicitur enim continuatōe vnū/siue artificiali/siue naturali. Artificiali sicut colligata vel cōglutinata. Naturali sicut mēbrū dicit vnū: vt manus vna: pes vnus/que composita sunt ex multis Et in talibus magis vnū est quod naturaliter est vnū/q̃ qd̄ artificialiter est vnū. Adhuc dicitur vnū genere/quorū genus est vnū/differens tamē oppositis differentijs. Et dicunť vnū specie/que sunt vnū fm formā specificam: fm quē modū bos dicitur vnus: ⁊ homo vnus: ⁊ huiusmodi que nō diuidunrur secundum formam. Et hec sunt quorum totale esse formale est vnū. Secundum quem modum linea circuli magis est vnū q̃ alie linee angulose. Angulose enim diuidūť in diuersas formas acuti scz/⁊ recti si habeatis. Et hoc modo linea rectā magis dicitur vna q̃ linea curua/ vel circularis/ duarū formarū est: scz conuexi ⁊ concaui: Recta autem nō nisi vnius. Et fm hunc modū etiā quo sunt homogenia in toto ⁊ partibus/sunt magis vnū toto/q̃ ea q̃ sūt etherogenia. Dicit etiā q̃ per essentiā vnū numero: quoꝝ scz subiectū ⁊ materia est vnū: ⁊ sicut dicit algazel/ quorū accidēs ꝓriū est vnū. Redit ergo ad hoc: q̃ vnū per essentiā dicitur multipliciter: scz continuatione/ subiecto toto/ genere/specie/⁊ numero: ⁊ vnum quodq̃ istoꝝ multipliciter: fm q̃ possunt vniri genere propinquo/vel remoto: vel specie propinqua/vel remota vel subiecto ꝓrio/ vel cōi. Sicut socrates ⁊ albū vnū sunt subiecto ꝓrio: quia socrates subiectum ꝓriū est albi/per seipm substans ei. Albū autem ⁊ musicum vnū sunt subiecto cōmuni: quando album ⁊ musicū accidunt eidem/qd̄ tamen albo nō substat per hoc quod est musicū: nec musico p hoc quod est albū: nec fm idem substat musico et albo Unde hec minus vnū sunt subiecto: Et sic facile ē videre in multis que magis/⁊ que minus vnum sunt/⁊ toto/⁊ subiecto/⁊ genere/⁊ specie/⁊ numero. que enim magis vniūť magis vnū sūt. His additur ab Auicenna ⁊ Algazele vnū ꝓportione: quā scz vna similitudine habitudinis rector ciuitatis se habet ad ciuitatem: vt rector nauis ad nauem. Et dicunť hec vnū habitudine vnū. Additur etiam vnū aggregatione a Boecio in libro de vnitate ⁊ vno: que nō sunt vnū simpliciter/sed p accidens: quia scz aggregantur in locū vnū. His etiam a beato Bernardo ad Eugeniū libro quito addunť quatuor scz vnū vniformitatis/ quo homo dicitur vnus semper in vna habitudine se habens: Et vnū consecutione: sicut dicit coniugale vnū quo vir et mulier dicunť esse indiuidue vite. Et vnū sacramētale: sicut aqua ⁊ verbum vnū sacramentū dicunť: Quod tamen reducitur ad vnitatem compositi ex materia ⁊ forma: quia in sanctificatione sacramenti verbū formale est/elementum autem materiale. Et vnitatē dignitiuā: qualimus noster in vnā personam vniť in filio dei. Et vt generaliter dicať: quotiensq̃ diuersa in vnū conueniunt quo formaliter vniunť in vnū actum vel in vnū finem/vel in vnā bonitatē/vel in vnum intellectū/ vel in vnū vnicuiq̃ modū/ vel in vnam similem habitudinē ad diuersa: totiens vnū dicit qd̄ videre ⁊ diuersificare nihil est difficile. Unū omnibus his rationalius distinguit vnū algazel dicēs q̃ vnū est simplicit: ⁊ vnū fm qd. Simplicit vnū tribus modis: scz in quo nō est multitudo nec actu nec potentia: vt vnitas vna: punctus vnus deus vnus. Secundo in quo est multitudo potētia/sed nō actu: vt aqua vna: aer vnus: caro vna: continuū vnū. Tertio in quo est multitudo actu ⁊ potentia: vt homo vnus: manus vna: caput vnū. In omnibus his cōsiderandū quod dicit proclus q̃ aliud est vnū: ⁊ aliud est vnicū. Unū enim vere est/ quod essentialiter est vnū: hoc enim ita vnū est q̃ nō participat aliquid quo aliud fit a se quo vnū fiat: sicut ē vnitas. Dicit enim euclides: q̃ vnitas est qua quelibet res est vna. Unde talia participatione vnitatis vnū sunt. Si qua vero res est cuiꝰ vnitas est ipa sua essentia: hoc participatiue nō est vnū/ sz essentialiter: ⁊ hoc verissime vnū est: ⁊ alia minus vnū: ⁊ magis vnū fm q̃ magis ⁊ minus participant formā vnientis. Unde que participatione forme totius vnū sunt: magis vnū sūt si participant formā totius nomine ⁊ ratione/⁊ partiū terminatōe tm̃. Et que vnū sūt subiecto: magis vnū sunt si subiectum vniens per se ⁊ ꝓriū est q̃ si per accidens est ⁊ per aliud. Et que vnū sunt genere vel specie: magis vnū sunt si participant formā generis vel speciei propinquā q̃ si remotam. Et que vnū sūt numero: magis vnū sunt si nec intellectu nec esse/necessentia inuenitur in eis numerus: et hoc magis est vnū/q̃ ea in quibus inuenit numerus ⁊ intellectu ⁊ esse ⁊ essentia. Et ꝓmo quidem modo/vnum numero est definitio ⁊ definitū. Secundo modo ꝓriū et id cuius est ꝓpriū/hoc est species. Tertio modo indiuiduū cum accidentib⁹ suis. Et hec omnia sunt vnū participatione vnientis quod est intra ipa: ⁊ ideo vere vnum sunt. Et hoc modo vnum dictum maxime considerauerūt philosophi. Hoc enim accipitur secundū differentias rerum: fm q̃ res considerantur vt in seipsis/ et per ea que essentialiter in seipsis sūt. Si autē vniens participatum nō sit vniens ad aliquid intra: tunc talis participatio vnionis nō facit vnū p se. Et tūc accipiť fm vnitatē/ vl' fm metaphorā

Si ꝗm vnitatē: et ē vniēs diuersa: tūc est vnitas portionis diuersorum ad vnum/ vel ad diuersa similia: q̄ in quārū similia sunt vnū. Sicut habitudo rectoris ciuitatis/ vna dicīt cum habitudie rectoris nauis. Si autem ꝗm metaphorā accipitur Aut accipit ꝗm metaphorā indiuiduitatis vnius ⁊ erit vnū coniugale. Aut per metaphorā ad vnā formā generis vel speciei: ⁊ est vnitas dupler/ scz quā Bernhardus vocat votiuā: ⁊ quā vocat consentaneā. Scōm primā dicīt prima ad Corinth. 6. d. Qui adheret deo/ vnus spiritus est. Unūk̄ ēm vno amore qui in vtroqz est/ sicut forma vna. Scōm secundā dicīt Actuū. 4. f. Multitudinis credentiū erat cor vnū/ ⁊ anima vna: ab vna scz cōsensione religionis ⁊ virtutis que in omnib⁹ erat Si autem accipitur per metaphorā ad formā cōpositionis: hec nō potest esse nisi dupler. Est ēm forma materie ⁊ continens ⁊ vniens partes materie: ⁊ est forma compositionis siue totius denominans totum compositū. Et per metaphorā ad primū dicīt vnitas dignatiua: in qua persona eterna vniuit sibi hominē vt totus esset deus: ⁊ omnis actus eius dei esset/ ⁊ similiter omnis passio. Sal ua tamē vtriusqz nature distinctione: sicut anima vnit sibi corpus vt totum ⁊ vndicqz animatum sit: ⁊ omnis actus eius: ⁊ passio actus sit ⁊ passio animati. Si autem accipitur per metaphorā ad formam compositionis respectu totius: tunc est vnitas sacramenti: in qua nec aqua sacramentū est: nec verbū/ sed constitutū ex vtroqz. Et be omnes vnitates accipiūt̄ per metaphorā ad aliq̄d vniēs intrinsecū: ⁊ ideo propinquiores sunt ad vnū per se. Remotissime autem vnū est/ qd nō participat vniens intrinsecum/ aut aliquid simil eilli: sed extrinsecū: vt est locus vel tempus: vl sicut aceruus lapidū dicitur vnus. Sic ergo patet distinctio vnius: ⁊ penes quid accipiunt̄ mēbra distinctionis. Unū autem principio est multa processibus qd Dio. ponit esse vnū ⁊ in vno simpliciter ⁊ vere: ⁊ nō in alijs nisi ꝗm modū quendā. Et hoc est vnū ana logice: in quo principiū nō est nisi in vno quod nō vnit alia vt in ipo existens/ sed quia p respectū ad ipm quidā modi sunt: sicut ens vnū est in substantia ⁊ accidente/ ⁊ potentia ⁊ actu: ⁊ sicut dicitur de vno simpliciter/ ⁊ vno ꝗm quid: ⁊ vno p se/ ⁊ vno per accidens.

Queritur de intentione cōmuni vnius ꝗm quam de primis intentionibus esse dicitur.

A Mēbr. II. Secundo querit̄ de intentōe cōi vnius ꝗm quā in pmis intēctionib⁹ esse dicīt. Sic ēm tripliciter describit a phs inuenit̄. Dicit ēm aristo. in lib phico: q̄ vnū ē indiuisū in se/ diuisum ab alijs. Euclides autē dicit: q̄ vnitas est qua quelibet res est vna. Boecius autē dicit: q̄ illud vere vnū est/ in quo nullus numerus: qd nullīnitīk̄. In idem videt̄ proclus cōsentire i quarta positione sui lib ꝛi: vbi dicit: q̄ omne vnitū/ altera est a pse vno. Ubi vult: q̄ per se vnū est/ cui⁹ essentia nō est nisi vnū: ⁊ nō est ex vno ⁊ quodā alio pro ductū: hoc ēm esset vnū participatōe vni⁹. Uidetur autē ꝗm primā assignatōez: q̄ vnū sit idē qd integrū. Integrū est ēm quod nihil sui diuisū hz a seipo: ⁊ qd terminis suis essentialib⁹ diuiditur ab omnib⁹ q̄stionibus ꝗm q̄ etiā definitiue dicimus esse tetminū: qz in cōstituēdo concludit omnia que sunt de essentia: ⁊ in distinguendo diuidit ab oib⁹ que sunt: ⁊ sic prima assignatio videt̄ poti⁹ esse integri q̄ vni⁹. Adhuc indiuisū in se/ ⁊ ab alio diuisū ab alijs: et sic i ipo videt̄ eē numerus: in quo autē numerus est/ diuisio est. Dicit ēm phs in. iij. phicoꝝ: q̄ numerū cognoscimus diuisōe cōtinui ⁊ sic videt̄ notificatio contraria diuisōe. Adhuc dicit damā. q̄ differētia est causa nūeri: sed differentia sunt idē esse in se/ ⁊ diuisū esse ab alijs: hec ergo cōstituūt nūerū/ ⁊ nō vnū: videt̄ ergo q̄ mala sit assignatio vnius: ex describētibus ēm poti⁹ intelligit̄ nūerus q̄ vnū. Simil⁹ obijcīt de secunda assignatōe. Cū ēm dicīt vnitas est qua quelibet res est vnū: fit assignatio per causā formalē: ⁊ sic videt̄ esse diuersitas inter causā ⁊ effectū cāe: ⁊ id in quo efficit effectū: ⁊ sic vnū nō videt̄ eē vnū sine numero nec sine diuersitate: qd est incōuniēs quia sicut vnū in substātia facit idē vt dicit aristo. ita diuersa facūt diuersa: ⁊ ita videt̄ male esse dictū/ q̄ vnitas est qua quelibet res est vna. Adhuc: Cū dicīt: vnitas est qua quelibet res est vna: ex modo loquendi transitio est inter ablīm ⁊ ntīm: ⁊ ꝗm hoc videt̄/ q̄ nihil seipo sit vnū: et sic seqret̄ q̄ vnitas seipa nō esset vna: qd falsū est: sic ēm eēt abire in infinitū. Quia si vnitas alia quidē vnitate eēt vna: tūc illa vnitas iterū qua dā vnitate alia eēt vna: ⁊ abiret hoc in infinitū. Simil⁹ obijcīt de assignatōe quā ponit boecius: q̄ vere vnū ē in quo nullus nūerus est. Si ppositio notat transitionē/ est aliud ab vno: ⁊ videt̄ p ticipatione vni⁹ esse vnū. Aliud est ēm specie participans/ ⁊ aliud participatū: sicut aliud est habēs formā/ ⁊ ipa forma: ⁊ hec ponunt in numerū: ⁊ sic videt̄ q̄ nihil sit in quo nullus nūerus sit/ ⁊ q̄ nulli nitat̄ in oi ēm qd vnū est: aliud videt̄ esse vnitas/ et aliud qd hz siue participat vnitatē. Adhuc: Cū in omni eo quod est citra primū/ sit hoc ⁊ hoc. vt dicit boeti⁹: videt̄ ꝗm hoc q̄ nihil citra primū sit vere vnū. In omni enim eo quod ē citra primū/ est numerus: qz in ipo ē hoc ⁊ hoc. Ad hec ⁊ similia dōm: q̄ vnū cum dicīt indiuisū in se/ ⁊ diuisum ab alijs: cōiter notificatur ad vnū per se/ ⁊ ad vnū participatione Sed sicut vnū per prius ⁊ posterius dicīt per se vno/ ⁊ de eo qd per se vnū est: Ita notificatō vni⁹ per prius conuenit vni per se: ⁊ per posteri⁹ ei qd est vnū per participationē. Ad illud autē qd primo obijcīt in contrariū dōm: q̄ hec definitio nō ē integri ꝗm hoc nomen quod est integrū. Integrū enim ex diuersis constituit: quorū nullum habet quantitatem totius/ siue molis/ siue virtutis. Indiuisum autē esse in se/ ⁊ diuisum ab alijs: ab eodē sunt/ ⁊ non a diuersis: ⁊ verumqz habet virtutem vtriusqz. Eo enim ipo quo res indiuisa est in se/ et constituta in esse/ habet quo diuidit ab alijs: quo enim constituitur in se/ ex ipa disperatione vel oppositione constituentis eam in se ad constituentia alia diuidit ⁊ separat̄ ab obi⁹ alijs. Et p hc patet q̄ hec notificatio nō ē integri/ sz vni⁹. Per hc etiā patet solo ad sequēs: qz cū ad idē referat̄/ in diuisū

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

Arg. 5m

Arg. 6m

Arg. 7m

B Solo mēbri. II.

Ad arg. I.

Ad 2m

esse in se/ ⁊ diuisū esse ab alijs: constat q̄ vnū cum alio nō ponit numerū: ⁊ sic notificatio nō erit contraria notificato. Ab eodem enim habet homo/ q̄ homo est/ ⁊ q̄ nō est asinus: sed vnum habet ꝗmo ⁊ alterum ex consequenti: ⁊ vnum absolute ⁊ alterū ex relatōe vni⁹ ad alterū: quod nō facit diuersitatē/ sed diuersū modū vnius. Per hoc etiā patet solutio ad sequens. Indiuisū ēm esse in se/ ⁊ diuisū ab alijs: nō est differentia rerū/ sed differētia modorū in vna ⁊ eadē re. Ad secundā assignatōnē dōm: q̄ vnitas ⁊ vnū formaliter acceptum nō differunt nisi in modo tīm/ scz concre tōis ⁊ abstractionis. Unitas ēm dicit formā: vnū autem dicit forme diffusionē in eo quod est. Et sic patet q̄ hec ad diuersa n on pertinēt: nec numerum faciūt nisi modo tīm. Sicut in omni noīe significat substantia cū qualitate: ⁊ dicīt substantia id quod nomen significat: qualitas autē id a quo nomen imponit̄ que nō in re diuersa sunt semp/ sed tīm in mō significandi. Et sic nō oportet q̄ diuersa sint re vnitas qua res dicīt vna: ⁊ res q̄ vna dicīt. Per hoc patet solutio ad sequēs: quia ꝗm hoc vnitas seipa est vna: sed vna vt designata per vnū: ⁊ vnitas vt forma siue qualitas designans vnū: ⁊ hec nō referunt̄ nisi ad modos diuersos. Sic etiā nō contingit abire in infinitū: in vno ēm ⁊ eodē vt est designans ⁊ designatū modi diuersi accipiunt̄: q̄ modi sunt potius modi existēdi ⁊ intelligēdi q̄ modi rerū diuersarū. Ad id quod obijcīt de boecio dicēdūt q̄ ppositio nō notat trāsitionē rei/ sed in modo significandi tīm. Unde sensus est: in quo nullus ē numerus: hoc est/ in cuius significato vel supposito nullus est numerus. Significans ēm in modo significādi continētiā habet ad significatū: sicut et supponēs ad suppositū: quā continētiā notat prepositio cū dicīt: in quo nullus est nūerus. Et ꝗt hoc non sequīt q̄ sit ibi diuersitas rerū in numerū ponentiū. Ad aliud dōm: q̄ cū dicīt/ q̄ in omni eo quod est citra primū/ est hoc ⁊ hoc: intelligit̄ de perfectis in esse cōstitutis/ ⁊ nō de simplicibus: aliter ēm esset abire in infinitū: quia si in quo est/ eēt iterū quo est ⁊ quod ē: ireē in infinitū: nisi forte diceretur: q̄ in hoc differūt vt designatū ⁊ designās sicut pauloante dictū est: sic ēm vnū ⁊ idem potest esse designans ⁊ designatū in modis diuersis existendi ⁊ intelligendi.

A Mēbr. III

Queritur de oppositōe vnius ad multa

II. qõ icidẽs bono est. Ulterius queritur: Si hec pena/ que est corruptio boni naturalis/ siue ꝑnitas ad ma-

Argu. 1m. lum a summo bono est. Et videtur q̃ nõ. Dicit enim Augustinus in libro de nuptijs ⁊ concupiscẽtia contra Julianum pelagianum: q̃ ex hac pena tanq̃ ex filia peccati/ peccatum originale innascitur in nobis paruulis. Quod autem ex malo est/ et ex quo malum est/ a summo bono esse non potest: ⁊ sic hec pena a summo bono esse non potest.

Ar. 2m. Adhuc: Generaliter dicit Sap. j. d. q̃ deꝰ mortem non fecit: sed sanabiles fecit nationes orbis terrarum: Et q̃ inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Et ibidem: q̃ impij in manibus et verbis accersierunt mortẽ: Ergo videtur q̃ deus nullum malum fecerit: ⁊ q̃ nullum malum possit esse a summo bono, ergo nec hoc malum/ qõ ma-

In cõtrariũ rime causa mali est: qõ est ꝑnitas ad malum. arg. ꝑmum In contrarum huius est qõ dicit Gregorius: q̃ per iusticiã dei fit: q̃ peccatũ qõ per penitentiaz citius non deletur/ suo põdere ad aliud trahit. Nõ autem habet pondus nisi ꝑnitatem: videtur ergo q̃ ꝑnitas illa per iusticiam dei fiat: ⁊ sic fit a

Argu. 2m. summo bono. Adhuc: Augustinus in libro confessionum: Jussisti domie/ ⁊ sic est: vt pena sit sibi omnis inordinatus actus. Non autem pena est nisi pondere trahente ad malum/ ⁊ diminuente bonum: cum ergo hoc iussu dei fiat/ sequitur q̃ a sũ-

Arg. 3m. mo bono fiat. Adhuc: Esaie. vj. c. Excreca cor populi huius: ⁊ aures aggraua: ⁊ oculos eius claude: ne forte videant oculis/ ⁊ auribus audiant/ et corde intelligant: ⁊ cõuertantur ⁊ sanem eos. Et hoc expresse accipitur: q̃ ꝑnitas ad malũ/ ⁊ dif-

L ficultas ad bonum infligitur a deo: ⁊ sic malũ hoc

Sol. ar. III a summo bono est. Solutio: dicendum est/ q̃ a summo bono effectiue nullo modo potest esse malum. Cuius causa est: quia summum bonum nõ ẽ nisi bonũ: ⁊ licet operatio sua/ que ẽ creatio/ volũtaria sit: vt dicit Damascenus: q̃ creatio est opus voluntatis existens: tamen voluntas ab essentia nõ separatur. Et ideo vna est voluntas trium: si vna est essentia trium: ⁊ tres sũt vnũ sũmũ bonũ. Et ideo bonũ nõ potest cẽnisi boni diffusiuũ ⁊ vocatiuũ: ⁊ omẽ qõ vocat ab ipso ad esse/ i bono plãtatũ ẽ: ⁊ ad bonũ ꝓuersũ: sic i añbabitis ꝓbatũ ẽ. Alit sequeret: q̃ eẽntiali opatiõe bonũ eẽt a malo: qõ nullꝰ accipit ⁊ intellectꝰ. Quia sicut dicit dionysiꝰ

sicut ignis siue calozis nõ est infrigidare: ita boni non est malum facere. Et licet caliduꝫ accidentali operatione aliquãdo faciat ad citius infrigidandum/ vel fortius infrigidandũ: sicut de nube grandinis in libro metheorozũ dicit Aristoteles: tamen operatione essentiali non facit boc. Et ideo a primo ⁊ summo bono/ quod non nisi bonum est/ nullo modo malum esse potest. Sed sicut dicit Proclus: ab eo quod aliud q̃ bonum est: quod bonum participat/ ⁊ non est per essentiam bonum: potest fieri malum. Hoc enim vel naturali peruersione corruptum/ vel electiua auersione deprauatum potest auerti a bono ad quod naturaliter est: ⁊ in quo naturaliter plantatũ est: ⁊ sic egredi in opus/ ⁊ esse causa mali: eo q̃ sic summo bono priuatum est: ⁊ malum/ vt dicit Augustinus/ non nisi priuatio boni est. Ad primũ ergo dicendum: q̃ in causis ordo est. Et verum est: si tertium est a secundo eo ordine quo secundum est a primo/ sequitur q̃ tertium sit a primo: si autem tertium est a secundo eo defectu quo secundũ deficit a primo/ tunc non sequitur: quia secundũ deficit a primo in eo quod non habet a primo. Et ita est de angeli ⁊ hominis voluntate. Auersionem enim ab incõmutabili bono: ⁊ etiam potentiam auersionis non habent a primo/ sed ex seipsis inquantũ sunt ex nihilo. Maluz autem est quod fit per auersionem ab incõmutabili bono: ⁊ ideo nõ procedit argumentũ. Ad aliud dicendũ: q̃ si prima causa oino subtraheret causalitatem/ secũda non esset: nec operaretur. Sed qñ prima causa influit causalitatem q̃ ad aliquid/ scz quo ad esse: ⁊ quo ad potentiam operandi: ⁊ secunda causa versibilitate propria auertitur ab influẽtia primẽ cause: que est bonitas quã influit causa prima: tunc incidit corruptio boni/ que est malũ: ⁊ tunc illud malum est a secũda causa/ ⁊ nõ a prima. Et est simile: q̃ ars architectonica manui secantis influit secare ad lineam rectam. Si autem manus tremat: vel cõtracta sit/ vel lignum nodosum: secatio non fiet ad lineam rectam. Et tunc sectio nõ recta/ que malum est: a manu vel ligno nodoso fit/ ⁊ nõ ab arte: eo q̃ tunc nõ secat fm q̃ ei influit ab arte/ sed fm id q̃ manus vel lignum deficit ab arte. Ad aliud dicendum q̃ sicut iam habitum est: si nihil influeret prima causa in secũdam/ secunda nihil penitus esset. Sed hoc non est verum. Et est bonum simile quod ponit Augustinus de claudicatione. Sed sicut in claudicatione/ claudicatio que malum gressus est: non potest referri vt ad causaz ad virtutem gressibilem que in genu vel femore sita est/ sed ad solam tibie curuitatẽ: Item sicut gressus sub curuitate acceptus/ non potest referri nisi ad curuitatem/ ⁊ non ad virtutem gressibilem vt ad causam: Sic malum in opere non potest referri nisi ad auersionẽ: ⁊ opus sub forma mali acceptum: referri non potest nisi ad voluntatem auersionis/ ⁊ nõ ad summũ bonũ vt ad causam. Sicut tã in claudicatiõe quicq̃d gressus est/ ⁊ existẽtiã habet siue substãtiã/ nõ referr̃ ad causaz nisi ad virtutẽ gressibilẽ ꝓmo: ⁊ secũdo ad tibiã vt tibia est: Ita q̃cq̃d in ope siue in motu volũtatis essẽtie vel substãtie est/ ad ꝓmũ bonũ referr̃ vt ad causã ꝓmã: ⁊ ad voluntatem vt volũtas est/ vt ad secundã causam.

Ad 1m Ad arg. 1m

Ad 2m.

Ad 3m

Et ideo malũ dicit̃ nulla esse substantia vel essentia in glosa sup illud ps. 68. Infixus sum in limo profundi/ ⁊ nõ est substantia. Et dicit̃ esse nihil in glosa sup illud Job. j. a. Sine ipso factũ est nihil. Sicut ẽm Boetius in ꝓsolatione phie dicit: Esse verũ vniuscuiusq̃z est/ qõ ordinẽ retinet seruatq̃z naturã. Malũ autẽ est qõ ab esse recedit ⁊ corruptio est ordinis nature: ⁊ qõ hoc mõ vt corruptio ab esse recedit/ nihil est. Et si dicat̃/ corruptio est:

Ad 4m ergo aliq̃d est: est fallacia fm qd ad simpl'. Ad aliud dõm: q̃ ꝓsequẽtie iste bone sũt/ vsq̃z ad illã: fm q̃ in actu volũtatis est/ causa mali est. hec ẽ ẽm falsa simpliciter ꝓposita: nõ ẽm causa mali est fm q̃ in actu voluntatis est/ sed fm q̃ in actu tali est

D ab incõmutabili bono. Jd qõ incõtrariũ est cõ-

Ad argũ ta in ꝓriũ cedendũ est. Tamẽ hoc qõ de Math. inducit: qõ generaliter ꝓbare videt̃/ q̃ a nullo bono possit eẽ malũ: cũ aug⁹. dicat: q̃ malũ non sit nisi a bono/ hoc est a bona angeli vel hois natura. Dicendũ q̃ arbor bona dr ibi p̃ similitudinẽ ad liberum arbitriũ: vel volũtas cũ ꝓuersione habituali ⁊ actuali ad summũ bonum: Illa ẽm vt talis egrediens in actũ/ nõ facit nisi fructũ bonuz. Sicut arbor que actualiter cõcepit succũ bonum/ ⁊ plene digestũ in organis arboris: sole mouẽte ⁊ impãgnante arborem/ nõ põt facere nisi fructũ suauem. Et sicut arbor mala que cõcepit succũ malũ ad plenũ nõ digestũ calore solis. Sz sicut dicit phs in. iiij. meth. moluisim siue indigestionẽ passum non põt facere fructꝰ bonos. Ita volũtas siue liberũ arbitriũ cõuersa ad cõmutabile bonũ/ ⁊ nullo calore amoris ordinata ad ꝓmũ bonũ: tẽptat̃ a cõcupiscẽtia sua/ illecta dulcedine boni cõmutabilis: ⁊ abstracta ab amore boni incõmutabilis: ⁊ ideo fructũ bonum nõ põt facere inquãtũ talis. Et ideo dr Jaco. i. b Nemo cũ tẽptat̃ dicat/ qm̃ a deo temptor: Unusq̃z ẽm tẽptat̃ a ꝓcupiscẽtia sua abstractꝰ ⁊ illectꝰ Et sicut dicit Augꝰ, hoc est totũ rõnal' nature malũ: quia tũ cfruit̃ vtẽdis: ⁊ vtit̃ fruẽdis. Sicut tã innuit in littera cũ dicẽ: Aut facite arborẽ bonã ⁊ c. vna volũtas q̃ p̃ naturã bona est: p̃ auersionẽ vel cõuersionem põt esse causa boni ⁊ mali: ⁊ sic ab eo qõ est bonũ/ est malũ. Et si dicas: q̃ talis natura põt esse bona ⁊ mala. Dõm q̃ falsũ est. Natura ẽm in eo q̃ natura nõ põt esse nisi bona: qz a bono est. Unũ dionysiꝰ dicit: q̃ data naturalia ẽtiã in de

E onib̃ bona sunt. Et q̃uis possit esse mali causa

Ad. I. qõnẽ incidentꝰ et arg. 1m nõ ꝓter hoc tã mala est. Quia ꝓbat Aristoteles ix. metaphisice: q̃ ꝓter potentiã mali nihil maluz est: qz potẽtia mali nihil ponit de actu siue forma malit. Et natura bona se habet ad volũtatẽ bonã ⁊ ad voluntatẽ malã: sicut bona terra se habet ad arborẽ bonã ⁊ ad arborẽ malã, radicant̃ ẽm bone ⁊ male volũtates in vna natura bona: sicut arbores bone ⁊ male in vna bona terra. Ad id qõ vlterius querit̃ de malo pene: dõm q̃ hoc est malũ/ qz est ꝓtrariũ nature bone: vt dicit augꝰ. ⁊ inq̃tũ cõtrarium/ penale est in dissensu nature. Et hoc est ideo/ vt dicit dionysiꝰ: quia destitutio ⁊ corruptio est modi cõmẽsurationis ⁊ harmonie in q̃bus natura consistit. Et hoc quidẽ malũ in inferente siue agente aliq̃d est: sed in sufferente nõ nisi corruptio est. Sicut decollatio in decollante percussio est: in decollato autem tã interitus. Et hoc modo quo est sic/ a summo bono est: quia sic iustum est/ ⁊ iuste fit. Justũ ẽm est/ q̃ fiat retributio p̃ meritis. Hoc autẽ modo quo corruptio ⁊ dissolutio est pena/ est cõtraria nature bone: et in natura bona est: et sic causam efficientẽ nõ habet: sed deficientẽ potius: vt dicit Augustinus. causatur ẽm a peruersitate male volũtatis/ et nõ ẽ a deo. nisi sicut dicit̃ tenebra esse a sole quando lumen nõ influit. Et sic pena inferni ordinando ⁊ infligendo est a deo ⁊ a bonitate dei: instrumentaliter autẽ ab igne: sed sicut in subiecto est in bona natura ⁊ dissolutio ipsius. Et subtiliter loquendo: nõ habet esse vel essentiaz veram/ sed est dissolutio et corruptio modi cõmensurationis et harmonie/ que conseruant bonã naturam in vero esse. Hoc tamẽ fit ordine iusticie diuine: que ordinat culpe malum per penam: ⁊ redigit ad bonũ ordinis quod in seipso bonum esse noluit. Et sic intelligunt̃ dicta Amos ⁊ Esaie. Ad dictum Augustini patet solutio per hec que dicta sunt. Ad id quod vlterꝰ queritur de pena ꝑnitatis ad malum/ leue est soluere. Est autez talis pene triplex consideratio: scilicet fm comparationem ad naturam cuius pena est. Et fm comparationem ad causam meritoriam/ que est culpa/ cuius ordinatio est. Et fm comparationem ad iusticiam/ cuius inflictio est. Et primo quidem modo inobedientia est inferiorum virium ad rationem: que inobedientia nõ est ex aliquo existente vel substante fm q̃ huiusmodi est: sed fundatur in corruptione boni naturalis fm dissolutionẽ modi commensurationis ⁊ harmonie/ quibus se deberẽt habere inferiores vires ad obediendum rationi. Et sic nõ est a deo: nisi sicut tenebra a sole retrahente lumen: et defectum influxionis modi/ cõmensurationis et harmonie pro causa habet. Secũm autẽ comparationẽ ad causam demeritoriam/ causam efficientem nõ habet: sed deficientem: vt superius dictum est. Sed in comparatione vero ad iusticiam diuinam/ que bonitas dei est: que infligendo eam ordinat culpã: a summa bonitate est/ fm q̃ summa iusticia summa bonitas est. Sic iustum est/ vt dicit Gregorius in dialogo: vt qui nõ vult cum poterit/ infligatur ei non posse cum voluerit. Et sic intelligũtur auctoritates Gregorij/ Augustini ⁊ Esaie super his inducte.

Ad arg. 2m

Ad. II. qõez incidentẽ.

Queritur de oppositione mali ad bonum. Questio XXVII.

Hui⁹ qõis quinq̃z sunt membra

Ende queritur de

o oppositione mali ad bonuz. Et primo queruntur quinq̃z. Primo ẽm queritꝰ vtrum vniuersaliter omni bono opponatur malum. Secundo si malum habeat esse in bono vniuersaliter. Tertio si malum sit corruptio boni vniuersaliter. Quarto si malum est corruptio boni/ quomodo corrumpat illud: et quod sit bonum illud. Quinto si malum in omnibus corporalib̃ ⁊ spũalib̃ sit p̃ vnã rõnẽ vel diuersas.

Queritꝰ si malum opponitꝰ bono: vtrum vniuersaliter omni bono opponat̃ malũ.

Primo ergo queritꝰ: vtrum vniuersaliter

A p omni bono opponatur malum. Et circa Mẽbri. I boc queruntꝰ duo: scz si opponat̃. Et quo arti. I.

Argu.1m genere oppositionis. Querat ergo an omni bono opponatur malū. Et videt q̃ sic. Opposita
eē ꝓm rationē forme opposita sunt: subiectū eē
vt dicit Aristoteles in primo phyſicorū/ nulli op-
ponitur. Quecunq; autē ratione forme opponun-
tur/ vniuersalit opponunt: ergo omni bono vbi-
cunq; sit/ opponit malū. Et sic sequit: q̃ etiā diui
Argu.2m no bono opponit malū. Adhuc: Vniuersaliter
opponunt quoq; rationes vniuersaliter opposite
sunt: boni et mali opposite sunt rōnes in omnib:
ergo bonum et malū opponuntur in omnibus.
Arg.3m Adhuc: Si aliqua opponunt gratia forme: in-
ter ea in quib simplicius et verius est forma illa/
maior est oppositio: eo q̃ magis distant illa ab in-
uicem. Bonus et malum opponunt/ hoc constat:
ergo vbi simplicius est forma boni ⁊ verius/ illud
magis opponit malo. Simplicissime autē et ve-
rissime forma boni in summo bono est: ergo in illo
Arg.4m maxime opponit malo: ⁊ sic bonum vniuersaliter
opponit malo. Hoc etiam videt velle augusti-
Arg.5m nus in libro de ciuitate dei. xi. vbi dicit: q̃ vitium
contrariū est deo. Si forte dicat aliquis: q̃ iste
rōnes tenerent/ si bonū ⁊ malū opponerent con-
trarie: sed hoc nō est verū/ sed opponunt vt priua-
tio et habitus. Objicit in contrarius: q̃ multo
magis hoc tenet de oppositis vt priuatio ⁊ habi-
tus: quia priuatio nō potest definiri nisi per habi-
tum: ⁊ ideo vbi habit simplicior est/ magis appa-
ret oppositio priuationis. Preterea in. x viij. me-
thaphisice vult Aristoteles: q̃ etiam contraria ꝓm
oppositionis distantiā reducunt ad oppositionē
priuationis ⁊ habitus/ etiā ꝓm suas causas essen-
tiales: vt patet in albo ⁊ nigro. Si eē albū cau-
satur ex diffusione luminis in clara superficie: ni-
grum ex priuatione talis diffusionis causabitur.
Et si calidū causat ex motu a centro ad circūferen
tiam: frigidū vt dicit auicēna ex abscissione siue pri
uatione talis motus causabit. Et sic videt q̃ ma-
gis tenet in priuative oppositis q̃ in contrarijs.
B Arg.6m Adhuc videt q̃ summo bono opponit malum:
quia quod corruptiuus est alterius/ opponit ei et
est contrariū illi. malū autē boni summi est corru-
ptiuum: ergo videt ei esse oppositū. Habitum eē
est in phabitis: q̃ summū bonū reluceret in omnib
bonis que participatiue bona sunt. Et constat/ q̃
illa resplendentia summi boni priuat per malum:
Est eē malum priuatio prime forme boni in qua
plantatū est bonū q̃ est a bono: ⁊ per quā bonum
creatū conuertit ad bonū primū. Et sic videtur q̃
Arg.7m malū priuatio sit ⁊ corruptio p̃mi boni. Adhuc
Constat q̃ secundū bonū nec est/ nec intelligit sine
forma primi boni: vt dicit Aug. ergo videtur
q̃ a forma boni corrūpi non potest nisi corruptio-
ne forme p̃mi boni: Illa eē manente in ipso/ semp
⁊ est ⁊ intelligit ⁊ dicit esse bonū/ ⁊ nō malum. Et
est simile de forma exemplaris in exemplato/ qn̄
exemplatū plantatū est in forma exemplaris: illi
eē corruptio non potest esse/ nisi corruptio forme
In ꝓtrariū argu.1m exemplaris corrūpat. Si autē hoc cōcedat: cō
trariū est q̃ probat in phia: q̃ si p̃mū bonum nec
bz oppositū/ nec sit: et sic bono primo nihil est op-
Arg.2m positū. Adhuc: Si oppositū sibi esset aliq̃d: trūc
ipm ⁊ suū oppositus nata essent fieri circa idē: ⁊ sic
malū posset cadere in primū bonū: q̃ omnino ab-

surdū est. Ulteri querit: quale malū opponit Questio in cidens
bono nature. Si eē hoc sit malū culpe: cū illud
etiā opponat bono gratie/ tūc videt vnus opponi
duob vno genere oppositionis: q̃ est cōtra Ari-
stotele p̃mo ropicorū. Si autē dicat q̃ hoc sit ma-
lum pene q̃ opponit bono nature: tunc videt q̃
malū culpe nō corrumpit vel vitiat bonū nature:
q̃ est ꝓtra oēs sctōs/ dionysiū et aug̃m ⁊ alios: ⁊
cōtra euangeliū luce: vbi incidens in latrones spo
liatus est/ vt dicit glosa/ gratuitis: ⁊ vulneratus
in naturalib. Et ꝓstat q̃ vtrūq; istorū nō est factū
nisi p̃ peccatū: ergo p̃ pctm̄ vulneranī naturalia.
Malum ergo culpe cōtrariū est bono nature/ vel
oppositū: q̃ nisi esset oppositū/ nō eēt corruptiuū
ipsi: vt dicit dionysi. Solutio: Dicendū q̃ si L Solutio arti. I.
cut in phia probatū est: primū bonū in se cōsidera-
tum ⁊ ab omnib participantib ipm separatum/
nec habet cōsortē/ nec similē/ nec cōparē: nec oppo
sitū/ nec cōtrariū/ nec aduersariū. Et hoc et ꝓpie-
tatib primi in philosophicis irrefragabiliter pro-
batū est: ⁊ ab Auicēna ⁊ ab algazele in metaphisi-
cis suis: ⁊ in libro de causis a nobis. Si autē pri-
mū cōsideret in participantib ipsum: a quib nō
ꝓm primā ⁊ purā bonitatē participat: vt in libro
de causis probatū est: trūc recipit plus ⁊ minus/ ⁊
simile ⁊ cōtrariū. Unde cū querit: vtrū vniuersa-
liter omni bono opponatur malum: Dicendus q̃
nō: q̃ primo bono in se cōsiderato nullū opponit
malū. Si autē querit vtrū bonū participatiue di
ctum/ vniuersalit habeat malū oppositū, dicendū
q̃ sic. Q̃d patet ex verbis dionysij: qui ostēdit ma
lum esse priuationē boni rā in demonib q̃ in anima-
b rōnabilib ⁊ sensibilib ⁊ vegetabilib: ⁊ in
corporib ꝓm oēs differētias corporū: ⁊ etiam in
multū vulgata materia malus: ⁊ in nullo habere
aliq̃d/ vel dicere: sed esse priuationē boni q̃ consi
stit in modo cōmēsuratione ⁊ harmonia ordinis.
que probatio nihil valeret/ nisi omni bono p par-
ticipationem dicto malus esset oppositum. Ad Ad arg.1m et 2m
obiecta autē primū ⁊ secundū dicendū: q̃ oppositio quidē est ꝓm formā/ et ꝓm rationes formales:
sed cōmunitas forme in participantib formā nō
est vna. Sed quedā est cōmunitas vniuoci. Et de
hac procedūt obiectiones. Et quedam est cōmuni-
tas analogie: in qua id q̃ vere ꝓm formā dicitur/
est in vno ⁊ non in alijs: nisi ꝓm modū quendā ba
bitudinis ad illud. Et de tali cōmunitate nō pro-
cedunt rationes. Illi eē quod sic ꝓm formā com
mune dicitur/ multa accidunt in vno que nō acci
dunt in alio. Et est exemplum de necessario: quod
dicitur de eo q̃ est ens necesse: et de eo quod nō
potest aliter se habere. et ei q̃ est ens necesse nullū
opponitur cōtingens vel possibile: ei tamen quod
est impossibile aliter se habere/ per aliquē modus
opponitur ⁊ cōtingens et possibile. Si eē compa-
raretur ad causam per quam exiuit in esse: et con
tingens erit/ et possibile. Et sic est de bono quod
per communitatem analogie dicitur de creato et
increato: et simpliciter est in bono increato: ⁊ in
alijs autem ꝓm modum: quia scilicet sunt a bo-
no/ et in bono/ et ad bonū illud: vt dicit dionysi.
Et ideo accidit ei oppositio mali/ ꝓm q̃ participa-
tiue dicit: que nō accidit ei ꝓm q̃ in se accipit et vt
primū bonum: quod essentialiter bonū est/ et cau

Ad 3m sa boni. Ad aliud dicendū: q̃ de formis vniuo-
ce dictis bene procedit obiectio: de formis autem
per analogiam cōmunibus nihil valet. Et hui
causa dicta est in phabitis de bono. Ibi eē proba
tum est: q̃ malum nō potest esse nisi a bono ⁊ in bo
Ad 4m no q̃ auerti potest a primo bono. Ad dictū au
gustini dicendū: q̃ vitium siue malū nō est contra
riū deo in se vt primo bono: quia illud nec vitiat/
nec vitiare potest: illi eē nocere nō potest: sed dicit
contrariū large: quia vitiat ⁊ corrumpit bonū q̃ d
Ad 5m est ab ipso/ ⁊ in ipso/ ⁊ ad ipsum. Ad aliud dicē
dum: q̃ si priuatio ⁊ habitus acciperentur ꝓm for
mam vniuoce dictā: tūc valeret ratio introducta:
Ad.6m sed hoc nō est/ vt iam habitū est. Ad aliud dicen
dum: q̃ forma summi boni nō est essentialiter forma
liter nō corrūpitur resplendentia/ vel imitatio/ vl
similitudo ad ipsum: hoc est per accidens/ scz corrupt
ione boni in quo resplendet: ⁊ q̃ imitat ipm
et simile est ei: hoc eē susceptibile est mali/ ⁊ nō
Ad.7m primū bonū. Per hoc patet solutio ad sequēs
Concedimus eē: q̃ licet bonū secundū nec sit/ nec
intelligitur sine forma primi boni: tamē corrupta
forma boni secundi/ per accidens corrumpitur re
splendentia forme primi boni: sed ipsa in se manet
incorruptibilis. Quod in contrariū obiicit con
Ad q̃stionē incidentē. cedendū est. Ad id q̃ vlterius querit: dicendū
q̃ in omni culpa pena est/ ad minus pena damni:
que etiā culpabilis est: quia voluntaria est. Ipsa
eē auersio a bono incōmutabili/ priuationē dicit
boni incōmutabilis/ que pena maxima est: et con
trariū nature boni. q̃ innuit ps. 7. ꝓm hieronymi
translationē: Conserua me domine quoniam
speraui in te: ⁊ bene mihi non est sine te. Job. xiij.
Sine me nihil potestis facere. Et per hanc pena ⁊
malū culpe opponit etiā bono nature. Et hoc mo
do vnum opponi duobus nihil est incōueniens:
ꝓter duo que sunt in illo, sicut dicit aristoteles in
ij. ethicorū: q̃ voluntariū ꝓter duo q̃ sunt in ipso/
opponit duob: scz in uoluntario per ignorantiā/
⁊ inuoluntario per violentiā.

A Articul. II Arg.1m Querit quo genere oppositionis oppo
nitur malum bono.

Secundo querit: quo genere oppositionis
opponit malū bono. Videt autē q̃ nō
opponit cōtrarie. Contrariū eē nō est in
cōrrario: nec pōt esse. Dicūt autē oēs sancti docto
res augustin ⁊ dionysius/ ⁊ alij: q̃ malum est in
Arg.2m bono: ergo malū et bonū nō possunt esse cōtraria.
Adhuc: Utrūq; cōtrario est in actu: sed quod
nihil est existentium/ ⁊ nihil in existentib: actu esse
nō potest. ergo nulli est ꝓtrariū. Prima patet per
inductionē in omnib cōtrarijs. Secūda ꝓbat in
dionysio libro de diuinis nominib capi. iiij. vbi
omnia inducēdo probat: q̃ malum nec est aliquid
Arg.3m existentiū/ nec aliq̃d in existentib: ergo malum et
bonū nō possunt esse cōtraria. Nec possunt op-
poni vt priuatio ⁊ habitus/ vt videtur. Priuatio
eē nō saluat in habitu: nec ecōuerso/ habit in pri
uatione. malū autē substantiuat in bono: vt dicūt
Argu.4m. augustin ⁊ dionysi: ergo malū ⁊ bonū nō oppo
nuntur vt priuatio ⁊ habitus. Adhuc: De priu-
atione nō est regressio in habitū: vt patet in ceci-

tate ⁊ surditate/ ⁊ alijs. De malo autē regressus
est ad bonū: ergo bonū ⁊ malum nō opponunt vt
priuatio ⁊ habitus. Videtur etiam q̃ nō oppo Arg.3m
nantur vt relatiua. Relatiua eē posita se ponūt:
et peremptā se perimūt: ⁊ ꝓm cundē casum ad con-
uertentiā dicunt. Et sic se nō habēt ad inuicem bo
num et malū: Non eē si bonū est/ malū est: nec bo
num mali bonū est: nec malū boni malū est. bonū
ergo et malū nō opponunt vt relatiua. Nec op Arg.6m
ponūt vt affirmatio ⁊ negatio, non eē alterū ne-
gat q̃ ponit reliquū. et sic videt q̃ nulla generis
oppositione opponunt. In ꝓtrariū hui est q̃ In contrariū argu.
dicit augustin in enchiridion: q̃ in his duobus
cōtrarijs que sunt bonū et malum/ fallit illa regu
la dyalecticorū/ que dicit cōtraria simul in eodem
esse nō posse: ergo sunt cōtraria. Et gratia hu- I. q̃nis īci-
ius vlterius querit de verbo augustini. Dicit eē dēris argu-
q̃ malum nō coalescit nisi in bono: ⁊ sic malum in mentū 1m
bono est. et sic regula dyalecticorū fallere videret.
Adhuc Dionysius dicit: q̃ malum non est nisi Argu.2m
mixtū bonum. Mixta autem licet in excellentijs
virtutum suarū nō habeant miscibilia: tamē actu
simul habent ea: vt dicit auicēna. Si ergo malus
est mixtū bonum: in illo mixto actu est ⁊ bonum et
malum: q̃uis nec bonum sit in excellentia virtu-
tum/ nec malū. Adhuc dionysius dicit: q̃ ma- Argu.3m
lum nō est nisi diminutū bonū. Sed in omni di-
minuto aliud est diminuēs/ ⁊ aliud diminutum.
Illud ergo diminuens aut est bonū/ aut malus.
Non bonū: quia bonū nō diminuit bonum. ergo
malum. Ergo malum est malus: ⁊ hoc abibit in in-
finitum/ vt dicit aristoteles. De illo eē malo ite-
rum querit: si eē est diminutū bonū: aliud erit di
minuens/ et aliud diminutū: et non erit stare/ nisi
detur aliquod esse primū malus quod omnis ma
li malū est: sicut datur primū bonus quod omnis
boni bonum est. Et ex hoc sequitur: q̃ aliquod est
principiū mali/ sicut aliquod principium boni: et
hoc negat dionysius/ dicēs: q̃ malum nec princi
pium est/ nec ab aliquo principio. Si enim princi
pium est/ aliquod existentiū est: et si est/ inquantus
est bonū est: et nō potest intelligi q̃ bonum mali sit
productiū. In ꝓtrariū dicit augustini est: q̃ In ꝓtrariū argu.1m
nō potest intelligi/ si q̃ cōtraria simul sint in eodē.
Contraria eē sunt/ vt dicit aristoteles in predica
mentis: ⁊ Boetius in topicis/ que posita sub eo-
dem genere maxime a se distant: et mutuo se expel
lunt ab eodem susceptibili. que autē talia sunt/ si-
mul esse intelligi nō possunt. Adhuc: Augusti- Argu.2m
nus videt dicere opposita. Dicit eē: q̃ malum nō
est nisi corruptio boni: ⁊ sic videt malum esse boni
priuatio: et si est boni priuatio/ non potest esse con
trarium. Querit ergo quomodo sit contrariū: et
quomodo priuatio. Adhuc: cōtraria videntur Arg.3m
esse directe/ si eē accipiātur duo opposita/ ⁊ duo
ad hec sequentia: sic ꝓpositum dicit de ꝓposito: et
oppositum de opposito/ ꝓm doctrinā Aristotelis.
Sunt autē duo contraria auaricia et largitas: et
duo recte cōtraria malicia et bonitas. Sequitur
ergo: si largitas est bonitas: auaricia est malicia.
Dicit autem Aristoteles in magnis moralibus:
q̃ virtus est bonitas: ⁊ q̃ vitium est malicia: vir-
tus autem et vitium contrarie opponuntur: ergo
denominatiue dicta ab eis contrarie opponūtur:

ergo bonũ/z malũ opponunt contrarie:simul g̃ in
II.q̃stio incidens eodẽ esse nõ pñt:qõ est cõtra augu. Ulteri⁹ qri
tur:si sicut dicũt dionysius z augustin⁹ malũ ē in
bono substãtiatũ:nõ potest esse in bono nisi sicut
in subiecto:Quõ ergo potest esse contrariũ vel op
positum:cum dicat Aristoteles in primo phycoꝝ:
q̃ subiectũ neutri contrariozũ est cõtrarium/sed
vtriusq̃ susceptibile z saluatiuũ. Videt enim esse
mirabile z contra phiam/q̃ malũ sit boni corru
ptiuũ sicut contrariũ contrarij:z q̃ boni sit salua
tiuũ z substantiuũ/z dans ei virtutem pugnandi
contra bonũ:que omnia de malo z bono dicit dio
nysius. Solutio:dõm q̃ bonũ z malũ fm suã
L Solo ar.II nomina opponunt/vt priuatio z habitus:sed fm
suas essentias quas nominant/siue fm qualita
Ad arg.1m et 2m tes quas seruãt/opponũt vt cõtraria. Ad pri
ergo dicendũ:q̃ malũ nomen impositũ est a ꝓua
tione:sed id cui impositũ est/dispositio est/vel di
spositum est dispositiõe cui anneta ē priuatio. Et
est exemplũ dionysij:fornicatio z castitas. Forni
catio enim dispositio ē z qualitas a qua dicit forni
cator:que dispositio inquantũ est priuans ordinẽ
concupiscibilis in modo z cõmẽsuratõe z harmo
nia ad rationẽ rectam(vt ibidem dicit Maxim⁹
in scolio:qõ appositũ est littere dionysij)malicia ē:
quia sic est boni priuatio:z sic cadit in malũ quod
vocatur demens concupiscentia. Ut autem con
uersio est ad bonũ cõmutabile:obscura resonãtia
est primi boni/qõ omnes appetunt:z ꝓter quod
agunt quicq̃d agunt. Et sic subiectũ est malicie:q̃
corruptio est modi/cõmensuratõis/z harmonie:
Et hoc modo est contraria castitati:sic enim aliquid
existentiũ est:z aliquid in existentibus:z actu est.
Inquantũ autem est priuatio ordinis ad rationẽ
in modo/cõmensuratõe z harmonia:neq̃ existen
tiũ est aliquid/neq̃ in existẽtib⁹:neq̃ actu est:nisi
sicut corruptio dicit esse actu quando corrumpit:
cum tamen corrumpi nõ sit nisi deficere z priuari.
Et iste est verus intellectus dionysij z augustini.
Sic ergo opponunt malũ z bonũ/z vt priuatio
z habitus/z vt contraria. Nec valet argumentũ:
quia nõ vt contraria sunt in eodẽ:nec vnũ in alio/
sed vt priuatio est in subiecto:quod retinet aliquid
aptitudinis ad habitũ z ad actum. Aliter enim ceci
tas nõ esset deformitas in oculo:sicut nec est defor
mitas in lapide. Et ꝓter hoc cecitas dicit malũ
oculi/z nõ malũ lapidis. Et sic patet solo ad ea q̃
Ad 3m obiecta sunt de contrarietate. Ad id qõ obiicit
de oppositione priuatõis z habit⁹:dõm q̃ priua
tio duplices habet considerationes. Potest enim
cõsiderari vt priuatio est:z vt deformitas siue ma
lum est. Et primo quidem modo nõ priuat in ha
bitu:quia sic nihil est. Cecitas enim/vt dicit anselmus/nõ est plus aliquid in oculo q̃ ī lapide. Se
cundo autem modo considerata fundat in aliquo
quod est habit⁹:z sic cecitas oculi est feditas z ma
Ad 4m lum z turpitudo/z nõ lapidis. Ad id qõ obiicit
de regressu:dõm q̃ dupler est priuatio:perfecta
z imperfecta:vt dicit aristoteles in .v. p̃me metha
phisice. Perfecta est que priuat z potentiã z habi
tudinem ad actum z habitũ. Et talis priuatio est
mors/z cecitas perfecta:z de hac nõ est regressus
ad habitum. Et est priuatio imperfecta que nõ ꝓ
uat nisi habitũ z habitudinem in parte/z nõ in to
to:z talem priuationẽ dicit malũ in moribus. Et
ideo a tali priuatione potest esse regressus ad habi
tum. Ad id quod obiicit de relatiuis/concedẽ Ad 5m
dum est. Bonũ enim z malũ nõ sunt relativa nisi
fm genus. Similiter concedendũ est/q̃ nõ op Ad.6m
ponunt vt affirmatio z negatio/siue vt contradi
ctoria. Ad dictum augustini in enchiridion iã Ad arg. in
patet solutõ. Ut enim contraria nõ sunt in eodem. cõtrariũ
sed vt opposita vt priuatio z habit⁹:eo modo quo
dictum est. Habitudo enim potẽtie ad actum bo
ni/que est habitudo inferiozũ potentiarũ ad ratõ
nem siue rationis ordinem/dispositio dispositione
mali:diminuta/z imperfecta/z corrupta est ad
bonum. Et fm hoc potentia cum habitudine sub
stracta est a malo/fm q̃ refertur z radicatur in sb
stantia anime fm partem inferiorem. Et sic nec op
ponitur malo:nec opponitur bono. Est tamẽ fm
id quod habitudinis habet esse ad bonum:quia
quod est ad bonum/bonũ est. Et sic opponit ma
lo:z nõ est subiectum eius. Nec est inconueniens
oppositum esse in opposito:quod vno modo ē sub
iectum/z alio modo oppositum. Et sic verũ est D
dictum augustini:z tamen nõ fallit regula dyale Ad.I.q̃stio
cticorum. Regula enim dyalecticoꝝ intelligitur nẽ incidẽte
sic:q̃ opposita vt opposita nõ sũt in eodem. Dictũ z arg.1m
vero augustini instat de his/que vno modo sunt
opposita/z alio modo subiecta. Sic enim omnis
priuatio imperfecta est in aliquo sui habitus/fm
q̃ malum z fedum est. Ad id quod dicit Diony Ad 2m
sius:q̃ malum est mixtum bonũ:dicendum q̃ lar
ge sumit mixtũ:fm sez q̃ in mixto virt⁹ miscibiliũ
remissa est z diminuta et fracta. Et est locutio per
similitudinem z translationem. Bonũ enim virtu
te sua destitutum z remissum et priuatũ in parte/
dicitur mixtum::propter similitudinem destitutõ
nis z remissionis virtutum miscibilium in mixto.
Unde in argumento illo peccatum est/quod in se
cundo topicozũ vocat aristoteles peccatum in ꝓ
blematibus:quod est trãsferre positam locutõnẽ.
Nõ enim sequitur si aliqua per translationem si
milia sunt in vno/q̃ similia sũt in omnib⁹. Ad Ad 3m
id quod loquitur de dicto Dionysij:si malum sit
diminutum bonum:dicendũ q̃ sic:sicut probatũ
est. Ad hoc autem quod obiicit:q̃ aliud est dimi
nuens/z aliud diminutum:dicendũ q̃ si aliud in
telligitur in ratione/falsum est:diminutum enim
bonum est diminuens bonũ per actum suũ. Lib
rum enim arbitriũ cum auersione ab incõmuta
bili bono est diminuens bonum per suum actum
quod est bonũ naturale. Elongat enim ipsum ab
icommutabili bono/z facit ipsum minus habile.
Si autem queritur de diminuente illud bonum:
dicendum q̃ ipsum per seipsum/hoc est per auer
sionem propriam est diminuens:z sic est status in
illo/z non procedit vlterius. Quod in contra Ad argũ
rium obiicitur iam solutum est. Malum enim in ta in ꝓriũ
actu z habitu contrarie opponitur bono in actu z
habitu. Malum autem fm rationem mali/et bo
num fm rationem boni vt priuatio z habitus op
ponuntur:sicut iam sepius determinatum est. Et
sic in eo quod est contrarium alia est ratio contra
rij:z alia oppositi vt priuatio z habitus:z hoc nõ
est incõueniens. Ad id quod vlterius queritur Ad.II.q̃stio
quõ aliquid possit esse subiectum et contrarium/ nẽ icidente

solutũ est in antehabitis. Non enim fm idẽ potest
esse subiectũ z contrariũ. Dictũ enim est in anteha
bitis:q̃ vniuscuiusq̃ nature bonũ ē qõ vltiariũ ad
ꝓpriũ z ꝓnatural' habit⁹ oparõez/ē virt⁹ ei⁹ z sta
tim in optimo. Hoc autem in homine quantũ ad
inferiores potentias a ratõe suasibiles est habitu
do ad rationẽ. Et si habitudo illa in habentib⁹ se
potẽtiis ad rõez cõsideret subiectũ erit boni z ma
li/vtriusq̃ saluatiuũ z substantificatiuũ. Si autẽ
cõsideret ad vltimũ actũ ad quẽ est:erit bonũ ma
lo oppositũ:sicut naturale innaturali:z habitus
priuatõi:z bonũ malo:z perfectũ impfecto. Et sic
bonũ impfectũ virtutẽ tribuit malo pugnandi cõ
tra bonũ perfectũ:sicut gressus sub claudicatione
conceptus/virtutẽ hz pũgnãdi cõtra gressũ rectũ
quã virtutẽ claudicatio fm se totã accepta nõ hz:
quia fm se nihil esset. Et per hoc patet solutio ad
torum.

Queritur si malum habeat esse in bono
A vniuersaliter.
Mẽbꝝ.II. Arg.1m Einde querit;Si malũ habeat eẽ in bono
d vniuersal'r. Et videt q̃ sic.quia dicit au
gustin⁹:q̃ malũ nõ coalescit nisi in bono:z
Arg.2m loquit vniuersal'r:g̃ videt q̃ malũ nõ sit nisi in bo
no. Adhuc.rij.p̃me phie dicit aristo.q̃ pythago
rici dixerunt malũ boni regionẽ esse:z si malũ est
Arg.3m est regio boni/tũc bonũ erit in malo:ergo z malũ
in bono. Adhuc:Malũ fundat in ente/qõ con
stat:Aut ergo fundat in ipo fm q̃ est ens:vel fm
q̃ est vnũ:vel fm q̃ est verũ;vel fm q̃ est bonum
Nõ fm q̃ est ens:fũdat enim in illo quod corrupit:
z nõ corrumpit ens. Eadem ratõe nõ fundat in eo
Arg.4m quod est verũ/vel in eo quod est vnũ:relinquit g̃
q̃ fundet in eo qõ est bonũ. Adhuc:Corruptio
In contrariũ arg. nõ est nisi in corrupto:malũ autẽ est corruptio bo
ni:ergo malũ est in bono. In cõtrariũ est:q̃ op
positũ nõ est in opposito/nec potest esse:quia licet
nata sint esse circa idẽ/tñ vnũ nõ potest esse in alio
Solo mẽbri.II. Solutio sicut dictũ est ī prehabitis:bonũ vni
uscuiusq̃ est fm actũ cõnaturalẽ z ꝓpriũ ad quem
terminat virtus eius:vt in ethico ꝓ.j.vult aristo.
z est in mõ/cõmẽsuratõe/z harmonia ad illũ:Et
hec tria habitudinẽ potentie dicunt ad vltimũ et
optimũ:qõ ꝓter hoc q̃ vltimũ est potẽtie/z extre
mũ in bono/est virtus eius:z ratõe hozũ triũ dici
tur vnũ quodq̃ bonũ.. Et si q̃rit subiectũ mali
vniuersal'r:dicimus q̃ tam in corpalib⁹ q̃ in spi
ritualibus/vt dicit Dio.potẽtia determinata mõ
cõmensuratõe/z harmonia/ad vltimũ z optimũ/
siue fm esse/siue fm bene esse subiectũ est mali. Si
cut patet in cecitate/que est malũ oculi:hoc enim vt
malũ nõ est in oculo/nisi fm q̃ potentia oculi mõ
cõmẽsuratõe z harmonia se habet ad visũ:eo q̃ vi
B sus est vltimũ z optimũ a quo determinat virtus
Ad argu.I. oculi. Unde malũ est in eo qõ est bonũ:quãuis
nõ sit ī ipo fm q̃ stat sub actu z habitu boni:quia
Ad 2m aliter opposita essent in eodem simul:quod esse nõ
potest. Et iste est verus intellectus augu.. Py
thagorici autẽ eadẽ ratõe priuationẽ vocabãt ma
lum:Et quia priuatio relinquit malũ cum modo
cõmensuratõe/z harmonia ad formã fm quã ma
teria receptibilis est forme que est bonũ materiet
dicebant malũ esse boni regionẽ:nõ peccantes in
alio/vt dicit aristo.nisi quia eandem receptibilita
tem dixerunt esse loci z materie. Hoc enim nõ est
verũ:cum locus cõtineat id quod recipit:z sic fo
maliter se habeat ad ipm: Materia autem ab eo
quod recipit contineat. Et ideo dicebãt equale bo
num:eo q̃ hoc ad equũ terminat modũ/cõmensu
rationem/z harmoniã. Inequale autẽ dicebant
malũ:eo q̃ fm modũ/cõmensurationẽ/z harmo
niam ad equũ nõ responderet:z ideo indetermina
tam relinquit potentiã. Ad aliud dõm:q̃ ma- Ad 3m
lum fundat in ente fm habitudinẽ ad bonũ:vt iã
dictũ ē:sed nõ fundat in ipo fm q̃ stat sub habitu
et actu boni. Ad aliud dõm:q̃ hoc modo corru Ad 4m
ptio omnis fundat in corrupto:vt dicit Dionysi⁹
quia nõ corrumpit quid existentiũ:sed circa existẽs
corrumpunt modi/cõmensuratões/et harmonie
quib⁹ se habet existens ad optimũ. Qõ obiicit
in contrariũ iam solutũ est.

Queritur si malũ sit corruptio boni vni
A uersaliter.
Mem.III. Arg.1m Tertio querit;Si malũ sit corruptio boni
t vniuersaliter. Et videt q̃ nõ. Nõ enim
corrumpit id quod relinquit: Relinquit
autem ens:ergo nõ est corruptiuũ entis. Relicto
autẽ ente/sequit q̃ sit bonũ in quantũ est ens. Di
cit enim dionysius:q̃ omnia existentia z nõ existẽ
tia participant bonũ:ergo videt q̃ bonũ nõ corrũ
pit ad minus vniuersal'r. Adhuc:Si visus seq Arg.2m
retur ad subiecti positionẽ/cecitas nõ posset cẽ cor
ruptio visus:quia aliter opposita essent simul i eo
dem. Ergo a simili:quia bonũ sequit ad positionẽ
entis/malũ non potest esse corruptio boni:sequit
enim:si malũ est/est:z si est bonũ/est: Ergo si ma
lũ corruptio boni est:z quod corruptũ est nõ est:se
quitur q̃ idem sit bonũ z malũ:z q̃ idem est/z nõ
est:quod esse nõ potest. Si forte quis dicat:q̃ Arg.3m
malum nõ est in toto corruptum bonũ/sed in par
te. Videtur q̃ hoc sit deriso riũ. Est enim bonũ
simplex habitus:simplex autem si corrumpitur/
in toto corrumpit. Si ergo malũ est corruptio bo
ni:videt z vniuersaliter/z in toto corrũpi. Ad Arg.4m
huc:Hoc videt in demonibus z damnatis:in q̃
bus nihil boni videt:nec relinquit ibi potẽtia ad
bonum:nec habilitas/nec habitus z actus boni.
Et sic videt q̃ non in parte sed in toto corruptum
sit z priuatum. Adhuc:Quod impossibile ē ad Arg.5m
bonũ nullam habet potentiã vel aptitudinem ad
bonũ/nec habitũ/nec actum boni. Demones im
possibiles sunt ad bonũ:ergo nullam habent po
tentiam/nec aptitudinẽ/nec habitum/nec actum
boni. Quod autem sic se habet vniuersaliter ē pri
uatum bono:ergo videtur q̃ malũ ad minus ali
quod vniuersaliter sit priuatiuũ boni. Adhuc: Arg.6m
Si malum in parte priuaret bonum z nõ in toto/
tunc malum nihil aliud esset nisi diminutũ vl' par
ticularum bonũ. Bonũ autem diminutum vl' par
ticularum/vt dicit Dionysius/nõ opponitur ma
lo:z si nõ opponitur/non corrumpit ipm:et tunc
sequeretur/q̃ malum nõ esset corruptio boni:qõ
est contra Dionysiũ/et contra Augustinum. Non
ergo potest dici:q̃ malum in parte corrumpit bo
num/sed vniuersaliter. Adhuc: Nulla priuatio
sic opponit habitui/q̃ in qre puet/z in parte non Arg.7m

priuet. Si enim sic opponeret/priuatio intēderet z remitteret: et sic vnus esset certior alio: et vnus surdior alio: que absurda sunt omnia. Ergo si malum priuatiue opponit bono: videt q̄ vniuersaliter priuet ipm/z nō fm partē. In contrariū huius est: q̄ fm cōparationē dicit malū/peius/pessimū quod nō posset esse si malū in toto priuaret bonū. Tunc enim posterius diceret rem suā in termino: et sic nō haberent locū comparatiuus z superlatiuus: ambo enim illi gradus excessum dicunt sup positiuum

In contrariū arg.

B Solo mēbri.III.

Solutio dōm fm augu. z dionysiū: q̄ malum vniuersaliter nō potest esse p̄uatio boni in aliquo existentiū. Et huius causa dicta est in obiciendo: quia ex quo relinquit ens: z ens z bonū cōuertūt fm suppositā: sequit q̄ sit bonū: z si est bonū/non vniuersaliter est boni rōne priuatū. Et hui⁹ causa est: q̄ bonū dicit intentionē cōem/z est de transcendentibus omne genus sicut z ens: z ideo ab ente separari nō potest. Secus autem est in alijs priuationibus z habitibus: in quibus habitus nō ponit nisi particulare ens/z determinatū: vt visus: et illi possunt priuare priuatione particulari: sicut ens in genere determinatū z specificatum priuari potest genere remanente. Bonū enim vt dicit aristo. z dio./ē ex vna tota z sola causa: malum vero omnifariā. Unde ex particularib⁹ z diuersis causis est malū: z ideo nō potest priuare bonū vniuersaliter: sed priuat quo ad hoc/vel quo ad illud. Et quo ad hoc quod priuat/nō est: simpliciter tamen est: sicut cecus vel mancus/quo ad hoc q̄ cecus ē nihil est: simpl'r tamen est: Ita priuatū habitu vel actu boni/vel aliqua cōditione boni: inquantū tale/nō est: simpliciter tū est: vt dicit Dionysius. Et hoc modo malū nihil est: z priuatio est. Et p hoc patet solo ad duo prima. Ex quo enim bonū ex vniuersali z tota causa est et sola z perfecta: Malum autē ex particulari corruptōe: sequit q̄ nihil vniuersaliter ē malū. Et ex quo bonū intentio cōis est ab ente inseparabilis: nō erat simile de bono et visu z de malo z cecitate. Et quod dicit q̄ malū nō in toto corrumpit bonū verū est. Et ad obiectum in contrariū dōm: q̄ licet bonū sit simplex habit⁹ nō tū est ex vna z simplici causa/z vna z simplici conditione: z ideo dicit esse ex vna z tota z vniuersali causa. Tota autē z vniuersalis est/que ex omnibus ad boni rationē facientib⁹ est congregata. Et ex illa parte defectus potest esse in pte/z nō i toto z sic incidit malū. Sicut est videre in visu/qui est bonū oculi: et fit ex vna et tota et vniuersali causa visus/que constituta est ex bona dispositōe spūs visiui clari/nō cōmixti/z ad pupillā directi: z optima dispositōe nerui optici: z debita figura z positione z claritate miringarū oculi: z debito ordine humoris crystallini. Ex toto enim illo sic congregato fit bonū oculi: malū autē oculi omnifariā fit ex quolibet priculari defectu/licet visus sit simplex habitus. Ad id quod obijcit de damnatis z demonibus: dōm q̄ nō vniuersaliter priuati sūt bono/vt dicit dio. Et q̄ obijcit q̄ impossibiles sunt ad bonū: dōm q̄ impossibilitas illa dupl'r cōsideratur: scz fm comparationē ad naturā in qua radicatur: z fm comparationē ad actū: vt scz actu bonifōrmes fiant/vt dicit dio. In prima consideratione nō ē in eis ipossibilitas ad bonū: natura enim intellectualis quantū est de se/ordinabilis est ad bonū. In secunda autē consideratōe est impossibilitas ex alia causa: scz ex ordine iustitie condemnationis finaliter. Patet etiā per hoc solutio ad sequēs nō enim habent omnimodā impossibilitatē ad bonū.

Ad argum ta 1m z 2m

Ad 3m

Ad 4m

Ad aliud dōm: q̄ malū id quod est/est diminutum z corruptū bonū: nō tamen extrahit rationem oppositōis/sed ratōe p̄uatōis: z ex hoc pugnat contra bonū quo deficit a bono perfecto. In ante habitis enim iā probatū est: q̄ bonū sub defectu cāmali est. Ad aliud dōm: q̄ licet priuatio in q̄tū est opposita habitui/nō intēdat z remittat: tamē inquantū priuat causā habitus intendi potest et remitti. Sic enim nō tm dicit priuationē habitus/sed elongationē ab habitu vel a potentia habitualit: fm q̄ priuat a bono quod est vltimū z optimū potentie: Bonū enim est in diuisio actus a potentia sicut in antehabitis dictū est.

Ad 5m

Ad 6m

Ad 7m

Queritur: Si malum est corruptio boni quomodo corrumpat illud: et quod sit bonum illud.

A Mem.III Arg.1m

Uarto queritur: Si malū est corruptio boni/quō corrumpat illud: z q̄ sit bonum illud. Videt autē q̄ hoc bonū quod corrūpit a malo nō sit bonū gratie: hoc enim totū tollitur p quodlibet malū mortalis culpe: bonū autē quod corrumpit a malo/corrumpit plus z min⁹ per iterationē peccatorū. Si dicat: q̄ hoc sit bonū nature: quero que sit illa natura. Nō enim videtur esse natura intellectus/vel voluntatis/vel liberi arbitrij: hec enim nō corrumpūt in malis: q̄ patet: quia Dio. de damnatis z demonibus dicit q̄ data illis naturalia dona nequaq̄ ea mutata esse dicimus: sed sūt integra z splēdidissima: Ergo videt q̄ malū raliū nō sit corruptio. Si forte dicatur: q̄ tria sunt in anima: vt dicit aristo. in. ij. topicorū. potentie/passiones/z habitus. Et potētia rū nō est corruptio malū: sed passionū/que sūt affectiones ad bonū: z habituū naturaliū virtutum: ita q̄ naturales virtutes dicant ex naturalibus acquisite: fm q̄ dicit glosa Math. 8. q̄ paliticus ille naturales habuit virtutes quibus portabat ad dominū. Uidet non esse verū. Affectiones enim ad bonū/z virtutes naturales sepe sunt in malis in peccato mortali existentibus incorrupte remanentes: malū ergo nō erit corruptio talium affectionū z taliū habituū. Adhuc: Constat q̄ multi stoycorū fidem nō habentes/z in gratia nō existentes: qui virtutē ponebant summū bonum: z omnia alia referenda dicebant ad virtutē/affectiones optimas habebant: z virtutes nō solum morales/sed etiā heroicas: cum tamen nō essent in gratia: videt ergo q̄ malū etiā mortalis peccati taliū affectionū z taliū habituū non sit corruptio.

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

Si forte quis dicat: q̄ bonū q̄ dicitur nature bonū/nō est ipa anime natura: nec potentia/nec affectio/nec passio/nec habitus: sed ē habitudo potentie ad bonū z habilitas/q̄ magis z magis corrumpit per peccati iterationē. Hec enim est responsio cōis. Uidet hoc nō esse verū. Habitudo enim hec comparatio z relatio est: z nō est nisi in comparato z relato: nec potest corrumpi/nisi fm esse q̄ habet. Nō ergo potest corrumpi nisi in comparato z relato. Comparatum ergo corrūpitur p se: z habitudo illa nō nisi per accidēs: corruptione scz cōparati siue relati. Malū aūt corruptio est boni p se: nō q̄ malū videt esse corruptio talis habitudinis siue habilitatis. Ulterius queritur si corruptio hec sit vna vel plures. Uidet aūt q̄ vna. Unū enim vni opponit: vnū ergo malū vnā solam infert corruptionē: est aūt vna corruptio vni⁹ solius corruptio: vnū q̄ malum corrūpit vnū soluz. Hoc etiam videt p b̄ q̄ dicit Naum. 1o. c. Nō p̄surget duplex tribulatio: siue sicut dicit alia translatio: nō puniet deus bis in idipsum. vnius q̄ mali siue peti non est nisi vnica adeptio boni. In contrariū aūt huius est q̄ dicit Dionysius z Aug⁹. q̄ malum scz est corruptio modi/cōmensurationis/z harmonie: siue modi/speci/z ordinis: q̄ videt q̄ vnum malū plures inferat corruptiones: plurū enim corruptorū plures sūt corruptōes. Adhuc hoc videtur p Augu. in libro de natura boni. Dicit enim: q̄ homo ex peccto inobedientie quattuor incidit penas: z hoc idem etiā dicit Beda: scz impotentiā sine infirmitatē/ignorantiā/concupiscentiā rerū noxiarū: z malicia siue malignitatē: hoc est ad malū punitatem fm q̄ dicit Hen. 8. d. Proni sunt sensus homō ad malū ab adolescentia sua. Iste enim plures corruptiones sunt: z tū ex vno oriūtur peccato: corruptio ergo peti non est vna/sed multa.

B

I. q̄stio incidens

Arg.1m

Rūsio quorūdam

Ulterius queritur si bonū nature q̄ corrūpit p petm in toto sit auferibile. Et videtur q̄ sic: finitum enim est: si q̄ petm vnū aliquotā tollit illi⁹ boni partē: scōm petm equale primo tantā tollit: z tertiū similet: z quartū tot: ergo possunt esse peta quetotū auferūt bonū. Nec valet solutio quā q̄dam ponūt: scz q̄ secūdum petm nō tantā tollit quātā primū: sed tollit aliquotā residui: sicut est in diuisione in infinitū in continuo. Dicit enim Aristoteles: q̄ nihil per aliquotas diuidit in infinitū: sed stat diuisio acceptis aliquotis p diuisionē. Preterea nō est ratio quare scōm min⁹ tollat q̄ primū: cū bonū nature magis debile sit ad resistendum secūdo q̄ primo: z petm secūdum tante virtutis sit in corrūpendo quāte primū. Ū dictum istorū figmento est simile.

III. q̄ incidens.

Argumētū

Ulterius q̄ritur: cū peccatū sit mortale z venialet: vtrū quodlibet istorū faciat istam corruptionē. Et videt q̄ non. venialē enim cōpatitur secū bonū gratie z nō corrūpit ipsum: q̄ multomag⁹ cōpatitur secū bonū nature: ita q̄ nō corrūpit ipsum.

E

Solutio mēbri.IIII

Solutio: Sicut in antehabit⁹ dictū est: vnū quodq̄ existentiū: vt dicit Aristo. in j. ethicorū: habet cōnaturale z primū nature sue bonū: q̄ ad vltimū p dispositiones z habitus z organice deseruientia z cōdecorantia ipm deducētū est in nature sue optimo: z actus nō impedit⁹ fm illud est quasi felicitas eius. Propter q̄ etiam felicitatem hominis in optimo z nō impedito actu ponimus rōnis fm felicitatem actiuā: fm felicitatē autem cōtemplatiuā in optimo z simplissimo actu intellect⁹. Ex hoc aūt relinquit: q̄ vniuscuiusq̄ habitudo sit ad sui optimū: quē quidē habitudo per dispositiones habitus organice deseruientia z condecorantia perficiunt ad optimū: z quecūq̄ sunt dispositiones habitus organa cōdecorantia sunt corrūpentes malū illius: corrūpunt enim habitudinē ad bonū q̄ē bonū vniuscuiusq̄. Et b̄ mō peccatum est corruptio boni nature: quia adimit z corrūpit habitudinē nature z potentie ad optimū. Et per hoc patet q̄ est illud bonū: z qua corruptione corrūpit. Ad primū ergo dicēdum q̄ bonū gratie nō est illud bonū. bonū enim gratie in toto auferibile est: bonū aūt q̄ corrūpitur malo: vt dicit Aug⁹. nō in toto est auferibile. Ad aliud dicendū q̄ natura intellect⁹ vel voluntatis dupl'r considerat: simpl'r scilz: z fm q̄ substrata est habitudinī ad optimū. Et primo quidē mō non corrūpitur: sicut dicit Dionys⁹. secūdo autem mō corrūpit p petm p corruptōz talis habitudis in ipa: q̄ illa est bonū ei⁹. Ad aliud dicēdū q̄ potētie affectiones: z habit⁹ ex naturalib⁹ acquisite simpliciter cōsiderate nō sunt bonū nature q̄ corrūpitur p peccatū: sed potentie sub habitudine ad optimū accepte: z affectiōes z dispositiones ad optimū: z habitus vt rationi in modū nature consentanei ad optimū: fm q̄ etiā dicit pbus: q̄ virt⁹ est dispositio pfecti ad optimū: vt coadiuuantia habitudinē ad bonū sunt aliq̄d boni naturē: z contraria istorū sunt mala. Et hoc mō quo sunt aliquid boni nature adimūtur z corrūpuntur p petm: z nō sunt in malis nisi diminuta z corrupta. Et q̄ dicit glo. q̄ paraliticus habuit virtutes naturales Dicēdū q̄ cū dicit: Uirtus naturalis: adiectiuū naturalis diminuit rōnem boni in virtute. Dicit enim Aristote. q̄ virtus in bono est extremo: licet in passionib⁹ z operationib⁹ in quib⁹ est sit medium.

Arg.1m

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

Et p hoc etiā patet solutio ad sequēs. Etiō dicit Aug⁹ in doctrina xpiana: q̄ si virtutes nobis p̄suadent/vt eas ꝓter se amemus: etiā ipsas virtutes amare desistim⁹: quia cum sint ad aliud: in eo q̄ virtutes sunt: illo non amato ad q̄ sunt/etiam ipse amari non possunt: tamen tota ratio amoris eius q̄ ꝓter aliud diligitur fit in eo ꝓter q̄ diligitur. Unde patet q̄ z stoycorū z aliorū virtutes sunt imperfecte: z diminutū z ademptū est in eis bonū habitudinis ad optimū. Et q̄ glosa dicit: q̄ paraliticus habuit virtutes naturales. Dicendum q̄ cū dicit: virtus naturalis/adiectiuū naturalis diminuit rationē boni in virtute. Dicit enim Aristo. q̄ virtus in bono est extremo: licet i passionibus et operationib⁹ in quibus est sit medium.

Ad 1m

Ad 2m

Ad 3m

Ad aliud dicendū q̄ in veritate habitudo illa p se accepta nō corrūpitur: sed in cōparato: sed cōparatum fm se nō est oppositum malo peccati: z ideo nō corrūpitur hoc modo a peto: sed vere loquēdo z ꝓprie potentia naturalis fm q̄ substat habitudini ad optimū/per corruptionē habitudinis corrūpitur: sicut oppositū corrūpitur ab opposito. Dicit enim Aristo. in. v. phyſicorū: q̄ id q̄ in motu corrūpitur duplex ē: scz q̄ corruptioni subijcit: z q̄ in motu abijcitur vt cōtrariū. Potentia ergo corrūpitur vt subiectū: habitudo aūt vt contrariū.

D

Ad. I. q̄ōnē incidentē.

Ad id id quod vlterius queritur: si corruptio hec sit vna: vel plures. dicēdum q̄ in veritate vna est eo q̄ vni⁹ est. Est autem pluriū ad constitutionē vnius cōuenientium: sicut modi/speciei/z ordinis que sunt vnius: z ad vnū conditiones. Et sic dicitur in libro de causis: q̄ intelligentia plures p influentiam a prima causa accipiens bonitates: non multiplicatur/sed vnitur: quia per omnes illas magis ordinatur ad vnum et simplificatur in illo.

In contrariū videt esse qō dicitur Amos. 3. b. Non faciet dominus verbum qō nō reuelet ad seruos suos, ꝓpheras. Reuelatio autem ptinet ad cōmplationē/ ⁊ nō ad opus: ⁊ ita videtur verbum esse noticie cōtēplatiue. Solutio: sicut in phabitis de generatione filij dictū est: ⁊ dicitur in glosa Beñ. I. sup illud: Dixit deus: fiat lux. Et Job. I. super illud. Omnia per ipm facta sunt, vbi ponit Beda exemplum de arca que in mente artificis viuit. Et Gregorius nazāzenus dicit: q̃ primū excogitauit deus celestes essentias: ⁊ excogitatio eius fuit opus ei. Et hoc recitat Job, damascenus in. ij. libro suo. Ex quib omnib accipitur: q̃ aliud est in verbo, ꝓpie: ⁊ aliud a ꝓprietate. Propie est in ipo/ qō ipm est similitudo dicentis pfectissima. Et cum similitudo deficiat in creatura: eo q̃ nō adequat ⁊ implet eum cuius similitudo est: nō ostendit potēriam perfectissimā producētis ex se sibi simile. Et ideo dicit Augus: q̃ non se pfecte dirisset/ si aliquid minus esset in verbo q̃ in seipo. Et hoc modo, ꝓprie pater dicit verbum. Et hoc modo verbum nō refertur nisi ad dicentem. Et tunc verbum non habet respectū ad creaturas. Et de illo verum est: q̃ eadem ratione/ hoc est eadem, ꝓprietate dicitur verbum qua filius: ⁊ nō habet relationem nisi ad dicēntem: ⁊ sicut generantis in q̃tum generans/, ꝓpria ⁊ perfecta similitudo est filius: ita dicētis se hoc modo per intellectum, ꝓpria ⁊ pfecta similitudo est verbum. Et ideo eadem, ꝓprietate est verbū qua est filius. Sed quia pater dicens dicit in verbo omnia que sunt in ipo. In ipo aūt non est tm potentia productionis sibi simile in essentia per generationem/ sed etiam potentia productionis creaturarū: consequens est/ vt in verbo dicat productionē creaturarum/ fm potēriam productiōis/ que est efficiēs ⁊ formalis ⁊ finalis. Sic enim verbum per approprianum/ nō, ꝓprium est ars patris: ⁊ quasi medū inter operantem ⁊ opus, non medū qō fm aliquid factum sit: ⁊ fm aliquid faciens: sicut dicit artius: sed medū sicut regulans in opere medū est: sicut ars medū artificis: quē tamen nō nisi facēs est in artifice/ ⁊ nihil ipius est factum. Et hoc modo verbum in approprianto sibi intellectū ponit ad creaturas: quod nō facit filius. Sic enim alia ratio est nominis filij: ⁊ alia ratio nominis verbi: non tamē alia, ꝓprietas, quia aliquē respectū habet verbum quē nō habet filius: quia verbū respectū ponit ad creaturas/ filius aūt non. Cauendū tamen est cum dicit: q̃ deus cogitando se/ dicit se: ⁊ dicit verbum: qō est verbum Anselmi ⁊ Gregorij nazāzeni. Quia cogitatio duob dicit: ꝓprie scz/ ⁊ cōmuniter. Propie cogitatio/ est cogitatio eorum que in mente sunt: ⁊ reuolutio conceptū mentis. Et hoc modo cogitatio non est in deo: quia in deo nō sunt cogitationes volubiles, tales enim cogitationes siue motus impfecti sunt: que deo non conueniūt. Cogitatio etiam cōmuniter dicit intuitio siue visio per intellectū: qñ mens vel intellectus conuersa ad se intuetur se: ⁊ formans ex se suam similitudinē/ dicit se/ ⁊ dicit suum ꝓprium verbū: qō est verbū rei/ que est in ipa: ⁊ in verbo dicit quicq̃d est in ipa: sed primo dicit verbū: ⁊ oblique ⁊ ex ꝯsequēti omnia que in ipa sunt/ dicit in verbo. Et primo modo dicere verbum ēcomitat generatio filij: et ideo verbum eadem, ꝓprietate dicit qua filius. Secūdo aūt modo cōnotat respectus ad creaturam p approprianū/ non per, ꝓprium. Et attende: q̃ in verbo hoc modo intelligit sapientia contēplatiua: fm q̃ verbum est manifestatiuū veritatis: ⁊ sic verbū est noticie cōtemplatiue: ⁊ fit p ipm reuelatio: ⁊ est speculū in quo videtur, ꝓphete: ⁊ spūs eius reuelās est mysteria, pme ad Cor. 2. c. Spūs omnia scrutatur: etiam profunda dei. Job. 16. c. Cum venerit ille spiritus veritatis/ docebit vos omnem veritatem: ⁊ que ventura sunt annūciabit vobis. Secūdū aūt qō est patris per appropriationē/ nō p, ꝓpietatem: sic est verbum noticie practice, sic enī omnia p ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factū est nihil. Eccli. 16. Initiū omnis operis verbū. Ps. 32. Dixit ⁊ facta sunt. Augus: hoc est/ verbū genuit: in quo erant vt fierent. Et glosa sup Beñ. dicit: q̃ omnia erant primo in verbo: deinde in materia: ⁊ postea tertio in ꝓpria natura distincta per creationē/ dispositionē/ ⁊ ornatum. Et hoc modo verbum est formata noticia mentis/ ⁊ eorum que in mente sunt cōtemplatiue vel practice. Ex quo accipit: q̃ noticia/ siue cōtemplatiua/ siue practica fm rationes intelligendi antecedenter se habet ad verbum. Et hoc est quod dicit Augus, xv. de trinitate: q̃ formata de mēte notia verbum est. Eccli. I. Prior omnū creata est sapientia: ⁊ intellectus prudētie ab euo. Eccli. 24. a. dicit sapiētia: Ego ex ore altissimi prodij/ primogenita ante omnē creaturam. In acceptione autē sapientie a nobis econuerso est. Nobis enī fit reuela

In ꝯrariū arg. primū

Ar. 2m

Ar. 3m

Qō icidēs.

Argumētū

In ꝯrariū argumētū

B Solō articuli. II.

tio sapiētie per verbū. Eccli. I. a. Fons sapiētie verbum dei in excelsis. Sic enī verbum lux veritatis est/ que illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Job. I. a. Augus in glosa sup illud Ps. II. Dimittite sunt veritates a filijs hominū. Una veritas que illustrat oēs alias animas: que tm multe sunt in hominib illustratis, sicut vna facies est que pluries apparet in reflexione ad multa specula. Et ex his soluta sunt omnia que q̃sita sunt de hoc.

Queritur vtrum verbū sit essentiale vel notionale in diuinis.

A Articu. III. Arg. primū

Tertio queritur: vtrū verbum sit essentiale vel notionale in diuinis. Et videt q̃ notionale tm. Prio enī sentētia ꝑ. xxxvij. distinctiōe ponit inē notia significātia hypostases cū ꝓprietate, talia aūt omnia notionalia sunt: q̃ verbū notionale est/ nō essentiale. Adhuc Augus in. vj. libro de trinitate: Verbū quidē solus filius accipit: nō simul pater ⁊ filius/ tanq̃ ambo sint vnum verbum. Nomina aūt que vni soli cōuenīt/ notionalia siue psonalia sunt: verbum igit notionale est. Adhuc: verbū nunq̃ est ipe dicēs verbū: etiā si se ipm dicat, semp enim est alia ꝓprietas verbi: ⁊ alia dicētis. Talia aūt que, ꝓpretatib suis distinguūt inter personas/ notionalia sunt/ vel relatiua: verbū igitur relatiuū est. Adhuc: verbū ipo nomine aliquid dicit qō est a dicente/ ⁊ procedēs ab ipo, habitum aūt est ab Anselmo: q̃ nec natura p mittit/ nec intellectus admittit: q̃ is q̃ ab alio est/ sit ipe a quo est: ergo nomen verbi ipa, ꝓprietate pcessionis quā dicit/ distinguit inter dicētem ⁊ verbum. ⁊ talia omnia sunt notionalia/ siue psonalia. verbū igitur notionale est, ipo enī nomine verbi pcessionis, ꝓprietate quā dicit/ nascitur persona pcedens ab alia. Si q̃s dicat: q̃ aliud est in pcessione verbi: ⁊ aliud in pcessione filij. filius enī dicit pcedentē ab alio in diuersitate hypostasis: verbum vo b nō dicit/ sed dicētis manifestationē tm. Hoc stare nō pōt quia supra habitū ē ex verbis Dam. q̃ vbū dei nō est ampostaton sicut verbū nostrū/ sed hypostaton: hoc est/ in hypostasi subsistens eleciuū ⁊ opatiuū. Adhuc: Cum verbum intellectuale essentialiter sit inter dicentē ⁊ intellectū: si nō esset hypostasis/ que sola pfectissimū esse habet: nec esset vsia siue essentia: oporteret q̃ aliq̃d esset impfectū fm esse, ⁊ sic aliq̃d impfectū esset in esse diuino: qō o ino absurdū est. verbū igit cū ꝓprietate dicit hypostasim. In contrariū huius est: q̃ quelibet psonarū dicit se/ ⁊ quēliber aliam. qō esse nō posset si diceret esse notionale. nihil enī/ vt dicit augustinus/ refertur ad seipm. ⁊ qō ad seipm dicitur essentiale est. si aūt dicere essentiale est: tū oportet verbū dictū q̃ sit essentiale: ⁊ sic verbū essentiale videtur. Adhuc: Idem est dicere sūmo spiritui qō p intellectū intueri: vt pbabitū est. intellectus autē vnus est trīū psonarū: q̃ intuitio p itellectū est vna: q̃ ⁊ dicere vnū: q̃ ⁊ dictū vnū. ⁊ dictū idē est qō vbū: q̃ ⁊ verbū vnū. Sed dicit augus: q̃ que cūq̃ nota de simul singulariter dicunt/ essentialia sunt: verbus igit est essentiale. Adhuc: Omne qō cōnotat effectū in creatura/ cū oīs effectus in creatura cōis sit trib psonis/ essentiale est. verbū cōnotat effectum in creatura: sicut pus habitū est: q̃ verbū essentiale est. Solutio: dōm q̃ verbū, ꝓprie sumptum nō tionale est: sicut pbat auctoritates ⁊ rōnes pmo inducte. sed p hoc q̃ verbū est noscētis se/ ⁊ exp̃mētis suā noticiā p verbū: sic verbū noticia alicuius est: ⁊ sic verbo appropriat sapia. vñ ab Aug. dicit sapia genita. Et q̃ initiū siue principiū opis est: eo q̃ est verbū noticie practice siue opatiue: sic verbū initiū operis est/ vt dicit ecclesiastic: ⁊ opatiuū est/ vt dicit Dam. Et sic appropriat et q̃ sit ars patris. Et hui rō est: q̃ dicēs verbū dupl dicere pōt. Uno modo q̃ simpl dicat verbū: ita q̃ nihil aliud dicat nisi formatā noticiā suā/ q̃ verbū est. ⁊ sic verbū nō referr nisi ad dicētē. Alio mō q̃ nō dicat verbū simpl/ sed dicat aliq̃d in verbo. sicut artifex in verbo suo dicit domū/ vel aliq̃d aliud artificiatū: qñ verbū mentis sue a mēte, pcedit in imaginationē ⁊ sensum: ⁊ ab imaginatiōe in manū/ qñ mouet manum ad opus artis: ⁊ a manu in dolabrū vt recte secet: ⁊ a dolabro i ligna ⁊ lapides/ vt recte aptent ⁊ cōponant ad figurā dom. Sic eīm primū ⁊ simplex verbū mētis, pcedēs ⁊ assumēs quedā/ efficit pnciptiū opis: ⁊ sic in ipo pm intellect vniuersal agēs dicit creaturas: q̃s rā in ipo fm q̃ simplex manifestatio est dicētis/ nō dicit. Ad primū q̃ qō in contrariū obiicit: dōm q̃ dicere illud q̃ q̃libet trīū dicit in cōtrariū se ⁊ quēlibet aliū/, pculdubio essentiale est: ⁊ dictus ab eo vna ⁊ eadē essentia est: sed dictum illud nō est verbū. ⁊ iō nō sequit qō vlterius inferr. Ut enī dicit Augus: formata noticia in filitudinē dicētis verbū pfectū ē. Unde in. xv. de trinitate dicit: q̃ sic mēs de se gignit noticiā suā: ⁊ diligit eam tanq̃ placitā plē. Et taliter formata noticia hypostasis est. Et talē formationē nō dicit dictū: sed dictū dicit qualēcunq̃ intellectualē manifestationē. vñ dicere dictū trib cōuenit: dicere verbū soli patri. Ad aliū dōm: q̃ vnus est intellect trīū: sed dupl contingit intueri p intellectū. Aut enī intuēdo format id qō intelligit in imaginē ⁊ filitudinē ⁊ speciē intuētis. ⁊ sic solus pater intuet se p intellectū. Aut intueri p intellectū/ est id qō intelligit lumē intellect declarare ⁊ simpl perlustrare. ⁊ sic intueri se ⁊ quēlibet aliū p itellectū/ essentiale est: ⁊ cōuenit trib. Ad vltimū dōm: q̃ sicut iam pater: verbū de sua, ꝓprietate qua verbū est/ nō dicit respectū nisi ad dicentē: sed ex appropriato sibi/ ex mō siue pcessionis/ q̃ ic verbus noticia alicuius est: ⁊ sic sapientia ⁊ ars est pōt dicere respectū ad creaturas. ⁊ tūc effectus cōmunis est ⁊ attribuit tm verbo specialr: q̃ per, ꝓprium verbi magis approxiat ad appoparū q̃ alia psona.

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

Arg. 5m

Ar. 6m.

In ꝯrariū arg. primū.

Arg. 2m

B Solutio ad ticuli. III.

Ad arg. 1m in cōtrariū

Ad 2m.

Ad 3m

Utꝯ verbū sit vnū vel plura in diuinis.

A Artic. IIII. Arg. primū

Uarto queritur: vtrū verbum sit vnum vel plura in diuinis. Et videt q̃ vnū solum Augus, in sexto libro de trinitate, verbū qdē solus filius accipit/ non simul pater ⁊ filius/ tanq̃ ambo sint vnum verbum. Adhuc: Augus, in. v. libro: In hac trinitate nihil dicitur verbum nisi filius: nec donū nisi spūsanctus. Adhuc: Anselmus in monologion: Mirum video: vnūquēq̃ trium pariter dicere se ⁊ alios: ⁊ vnum solum ibi esse verbum: nullatenus tamen ipm verbum potest dici verbum trium/ sed tm vnius eorum cuius est filius ⁊ imago. In contrariū est: q̃ pater ⁊ filius ⁊ spiritusanctus non sunt vnus dicens/ sed tres dicen

Ar. 2m

Ar. 3m

In cōtrariū arg. primū.

tes: ⁊ ad numerū dicentium multiplicātur verba
Arg.2m eorum: ergo plura sunt verba in trinitate. Adduc: Natura formans loquelam in inferioribꝫ/ exēplata est a natura diuina primo loquente. Sed in inferioribus vnus dicens multa dicit verba: ergo ⁊ in natura diuina ab vno dicente multa debent
Ar.3m fluere verba. Ad verbum diuinum vt habitum est/ verbum noticie est tam contēplatiue q̄ practice: sed nōticia contēplatiua ⁊ practica vno verbo dici non possunt: nec in vnam formam verbi redigi possunt. Cum ergo sicut dicit augustinus/ verbuz sit noticia formata: videtur q̄ necesse est in diuinis
Solutio articuli.IIII. esse plura verba. Solutio: dicendū q̄ in diuinis personis nō est nisi vnum verbum: ⁊ vnus loquēs vel dicens hoc verbum: Et hoc notionaliter ⁊ non essentialiter dicitur. Et huius ratio est: quia verbum vt dicit augustinus/ de ea re quā scimus formata noticia est: ⁊ iteruz noticia dei deus est. quia vt dicit augustinus: deo idem est nosse qd̄ esse. Et iterum: in deo nihil formatum est nisi hypostasis siue psona. Nec enim distincta est ꝓprietate: ⁊ sic formata: Et hoc essentie nō cōuenit: vt habitum est. nec spiritusancto cōuenire potest: quia ille a duobus est. Nec in diuinis autē/ nec in humanis intelligi potest: q̄ a duob⁹ vt duo sunt/ vnum verbum fit. Unde Joh.16.c. ab euāgelista de spūsancto dicitur: Quecūq̄ audiet loquetur. Audire enī quis potest a duob⁹. Et cum sicut dicit Augustin⁹/ audire illi sit esse: pōt esse vnus a duob⁹ inq̄tum vnū sunt spirādo. Uerbum aūt a duob⁹ esse nō potest: cum vnica noticia formata sit. nec patri conuenire pōt q̄ sit verbum: omne enim verbū ab alio est: pater autem ab alio nō est. ⁊ sic relinquit/ q̄ soli filio conueniat verbum esse: ⁊ soli patri dicere hoc verbum. Quia sicut habitū est in questiōe de genera/
B tione filij: sic dicere se per intellectuz formata noti/ cia/ vel ē generare/ vel cōcomitat̄ generare. Ad
Ad arg.1m in cōtrariū. id aūt qd̄ in contrariū obijcit: q̄ vnusquisq̄z triū dicit se/ ⁊ alios duos: pater solutio ex ꝓius habitis. Cum enī hoc dicere sit p intellectū intueri: oportz q̄ hoc dicere sit essentiale/ ⁊ nō notionele: ⁊ ideo dictum ab eis est essentia. que quia ꝓprietate formari nō potest ⁊ distingui/ verbū esse non potest: ⁊ si hoc modo dici possit. ⁊ sic dictum cū verbo in numerū nō ponit: quia verbum est essentia diuina. Unde Johan.I. dicitur: In principio erat verbū. significās in patre esse filiū per vnitatē essentie. Et addit: Et verbū erat apud deum. significās distinctionē persone. Et addit: Et deus erat verbū. notans q̄ ver
Ad 2m bū ab essentia diuina in nullo distinguitur. Ad aliud dicendum: q̄ in inferioribus ab vno dicente multa fūt verba/ ꝓter sui verbi impfectionē: quia scz vnū verbū nō est quo se ⁊ omnia alia dicere possit. ⁊ ꝓter oppositam causam in diuinis non est nisi vnū verbum: hoc enī sufficiēs est quo pater sufficienter se dicere possit/ ⁊ omnia alia. Ut enim dicit aug⁹: gignendo filiū de se/ gignit aliū se: hoc est aliū qui est hoc qd̄ ipe: vt in habitis dictū est: ⁊ determinatū in primo sententia ꝓ distinctione q̄rta. Et in hoc eodem verbo vt virtus ⁊ sapientia est patris. vt dicitur prime ad Cor.2. pater dixit omnia que sunt generata. vnde Gen.I.a. dixit deus fiat lux. glosa: hoc est verbum genuit/ in quo erat vt fierent.
Ad 3m Ad aliud dicendū: q̄ in humanis alia est forma contēplatiue noticie/ ⁊ alia practice: eo q̄ intellect⁹ human⁹ potētialis est: ⁊ forma ipius scibilis pficit ad actū: ⁊ ex seipo nō est act⁹/ q̄ sit cā scibilis ⁊ noticie. diuin⁹ aūt intellect⁹ pfectissim⁹ est act⁹/ ⁊ fm se/ ⁊ luce ꝓria oīs noscibilis ⁊ noticie causa tā contēplatiue q̄ practice: ⁊ iō in ipo nō differt contēplatiuū et practicū. ⁊ dū dicit se: de se nō ꝓcedit nisi vnū verbū qd̄ est luxꝓbabiliū ⁊ contēplabilium.

Utrum verbum in diuinis referatur ad dicentem tm̄: vel etiam ad creaturas.

A Uinto aūt querit: vtrū verbū in diuinis re
q ferat̄ ad dicentē tm̄: vel etiā ad creaturas. Articul⁹.V
Uidet̄ enī q̄ ad dicentē tm̄: qz dicit aug⁹: ⁊ Arg.primū
ponit̄ in primo sniaꝝ. xxvij. distinctiōe: q̄ ea dē ꝓprietate est verbū qua filij⁹. sed ꝓprietate q̄ filij⁹ est/ nō referr̄ nisi ad patrē: q̄ ꝓprietate q̄ verbū est/ nō referr̄ nisi ad dicētem patrem. In contrariū huius est: In cōtrariū
quia verbum noticie verbum est: quod verbuz no- arg.primū.
ticia formata est. Filius autem fm hoc nomen non noticie filius est: ⁊ ita videtur q̄ nō eadem ꝓprietate dicatur verbum qua filius. Adduc: Cum Arg.2m
filius referatur ad solum patrem: non oportet q̄ verbum ad solum patrem referatur. quia sicut dicunt sancti ⁊ philosophi: noticia siue scientia dei causa creaturarum est: ⁊ ita necesse est q̄ ad creaturas referatur. quia verbuz noticia formata est. Unde Ps.32. Dixit ⁊ facta sunt. Quāuis iterum con Obiectio
tra hoc obijciatur per deductionem ad impossibile. Si enim dixit ⁊ facta sunt: ⁊ id est verbum genuit in quo erat vt fierent: ⁊ posito antecedēte de necessitate ponitur consequens: ⁊ ab eterno dixit/ hoc est Solo articuli.V.
verbum genuit: ergo ab eterno facta sunt. Solutio: sicut in precedētibus dictum est: Si verbuz accipiatur in ꝓprietate illius/ qua pater dicit se/ verbum suum producēdo ex seipso. Ps.44. Eructauit coz meum verbuz bonum: proculdubio nō refertur nisi ad dicentem tm̄: sicut filius ad patrem. Si autem accipitur vt noticie verbum: sic pater non dicit verbum tm̄/ sed omnia que sunt in noticia dicit in verbo: ⁊ sic verbum refertur ad ere- B
aturas sicut ⁊ noticia. Ad id quod obijcitur: Ad arg.primū
q̄ filius non est noticie/ sed verbum: dicendum q̄ in ꝓtrariū
cum dicit Augustinus in sexto de trinitate: q̄ eadem rōne dicit̄ verbū qua filius: nō intelligitur de eadem ratione nominis/ sed de eadem ratione que est relatio ⁊ ꝓprietas psonalis: que alio modo significandi significat̄ per nomen filij/ ⁊ per nomen verbi: ⁊ ideo non potest dici filius noticie/ sicut verbū noticie. quia filius dicit exitum a patre per emanationē nature: verbum autē eundem exitum dicit a patre per emanationē intellectus. ⁊ ideo aliud attribuit̄ verbo: ⁊ aliud filio. Ad id qd̄ obijcitur de Ad 2m
scientia: dicendū est q̄ hoc non conuenit verbo inq̄tum dicētis verbum est: sed cōuenit ei inq̄tum noticie verbum. hoc est: nō conuenit ei inq̄tum pater dicit verbū: sed inq̄tum alia dicit in verbo. Ad Ad obiectio
id qd̄ obijcitur: q̄ ab eterno dixit: ergo ab eterno facta sunt/ dicendū est: q̄ antiqui facili rūsione soluerunt hoc: dicētes q̄ ab eterno dixit: sed nō dixit vt ab eterno facta essent: sed ab eterno dixit vt tūc fierēt/ vel tunc facta essent/ quādo scz in initio temporis mundū creauit. ⁊ hoc dicūt significari in sequēti verbo: mandauit ⁊ creata sunt. mandatū enim

dirigitur ad distās. Si ḋs tū subtiliter inspiciat hoc tunc actuū nō infert passiuū: nisi vbi actiuum et passiuū fm virtutes agendi ⁊ patiendi ꝓportionata sūt. In illis ei sequit̄: q̄ ūte faciat hoc: tūc istud fit ab illo. Agens autē ꝓuinū/ ⁊ factū creatū nō sunt ꝓportionata: Agēs enī diuinū incōmutabiliter agit: ⁊ cū vera incōmutabilitas sit vere eternitas: sequit̄ q̄ eterne agit. deus enī est sol⁹ vel maxime cui⁹ substātia ⁊ actio i momēto eternitat̄ est: vt dicit pbs. Non tū sequit̄ de eo qd̄ fit. Omne enī factuz vt dicit Jo. danī. mutabile est: omne mutabile in tempe. vnde nō sequitur: si deus ab eterno agit/ q̄ actū ab ipso sit ab eterno: ⁊ ex eo ipso q̄ actū vel factum est/ sequit̄ q̄ sit in tpe.

Queritur de nominibus spūsancti q̄ ex mō sue ꝓcessiōis ꝓueniūt ei. Qō.XXXVI

Einde querit de no/
D minib⁹ spūsancti que ex modo sue ꝓcessionis conueniunt ei: que sūt tria: scz ꝓmū
Hui⁹ qōis tria sūt mē. Spūsanct⁹. Scōm donū. Tertiū amoz.

Utrum spūsscūs sit ꝓpriū nomē spūsscti siue tertie in trinitate persone.

A Rimo q̄ q̄rit̄: vtrū spūsscūs sit ꝓpriū nomē
Memb.1 p spūsanctī siue tertie i trinitate psone. Et
Arg.1m. videtur q̄ nō. Dicit ei aug. q̄ pater spūs ē: et filius spūs est: ⁊ spūsanct⁹ spūs est. Nonē q̄ spirit⁹ cōe ē trib⁹ psonis. dicit̄ ei de trib⁹ singularit̄/ et nō pluralit̄. tres ei sunt vn⁹ spūs. Jo. iiij. d. Spiritus est deus: ⁊ eos q̄ adorāt deū i spū ⁊ veritate oportet adorare. Qd̄ aūt omibus cōe est/ nulli ꝓpriū est: q̄ ꝓpria distinguuntur psone: q̄ nomē spi
Argu. 2m. ritus nō est ꝓpriū psone in trinitate. Adduc hilarius in. vij. li. de tri. dicit in spū dei aliqn̄ significari patrē. vt cū d̄: spūs dñi sup me Esa. lxj. a. Aliquādo significari filiū. Luc. xj. c. ⁊ Mat. xij. b. In spū dei eijcio demōia. vbi nos habem⁹: In digito dei. hoc enī sic exponit hilarius: In spū dei dicit/ nature sue prāte eijcere se demonia demonstrans. Aliquādo spiritū sanctū. vt io belis. 2. g. Effundā de spiritu meo sup omnē carnē. Ex hoc accipitur: q̄ spiritus nomē cōmune est trib⁹ personis conue-
In ꝓtriū ar. nientis: ⁊ deinde arguit̄/ q̄ nō est nomē ꝓprium ter- tie psone in trinitate. In ꝓtriū ē qd̄ dicit aug. q̄ B
Qō icidēs reti uit nomen ꝓprium spūsanct⁹/ qd̄ erat vtriusq̄
Arg.1m. scz patri ⁊ filio cōmune. Ulteri⁹ queritꝝ qd̄ appropriatur. Non enī videtur appropriari posse p hoc qd̄ d̄z spiritussanctus: qz ⁊ illud cōmune est. Est enī pater sanct⁹/ filij⁹ sanctus/ ⁊ spiritussanct⁹: et hij tres vn⁹ sanct⁹/ ⁊ nō plures sancti. Ex duo-
Arg.2m bus autē cōmunibus nō fit ꝓpriū: ex additiōe ergo eius qd̄ est scūs/ nō videt̄ posse fieri ꝓprium. Adduc: In his oībus spūsancti nulla importat̄ relatio. q̄ relationes enī distinguiuntur trinitas: vt dicit Boetius: videt̄ ergo q̄ spūsanctus nō possit ē no
In ꝓtriū ar. men ꝓprium alicui⁹ psone. In cōtrariū huius ē: primū.
q̄ spūs omis spiratus est. spūs autē ad spirantez dicitur sicut verbū ad dicentē: spūs ergo originis relationē importat. relatione autē originis distinguunt̄ psone sicut p ꝓprietates: ⁊ sic spiritus ꝓpri-
Arg.2m um nomē importat psone. Adduc: Richardus in lib. de tri. Spūs hoīs ab homie ꝓcedit: sine eo omino homo nō viuit. In eo q̄ q̄ spūsanctus dei dicitur/ eterna de eo q̄ eternus est ꝓcessio demonstratur. ⁊ in eo q̄ eterna ꝓcessio ꝓcedit intelligi datur/ q̄ deo cōsubstātialis sit: qz de deo ꝓcedere/ et eternitatem habere nō potest qd̄ deus nō est. Luz ergo ꝓcessio pōit relationē: videt̄ q̄ spiritussanct⁹ alicuius psone sit ꝓprium. ⁊ nō patri ꝓprium/ nec filio: q̄ reliquitur q̄ ꝓprie cōueniat spiritusancto.

Adduc: In libro de regulis fidei dicit: q̄ hec cir Arg.3m
cumlocutio spūsanctī in diuinis aliqn̄ pdicat psonam. vt cuz dicitur: diuina essentia est spūsanct⁹: et econuerso. Personalē autē ꝓprietatē pdicat qn̄ respondetur ad interrogationē factā p quis. vt cū querit̄: quis est in trinitate tertia psona: ⁊ rnd̄et: spūsanctus. Aliqn̄ relationē: vt cum d̄z: spūsanctus est spūs patris: ac si dicat̄: pater spirat spiritumsanctū. Solo: dicendū cū augustino: q̄ spi- B
ritus nomē cōmune est pr̄ ⁊ filio: fm q̄ spirit⁹ no- Solo membri.I.
men essentiale est/ a ꝓpria bile tm̄ spūsancto p notionem ꝓpriam siue relationē quā significat. Et ad hoc intelligendū sciendū: q̄ spūs pōt dici is qui actiue spirat. ⁊ sic pater d̄z spūs: ⁊ filij⁹: ⁊ etiam spiritussanctus. Potest etiā dici passiue is qui spirat⁹ est. vt amor patris in filiū/ ⁊ filij i patrē: fm q̄ aug. dicit: q̄ pr̄ ⁊ filij⁹ diligunt se spūsctō: ita q̄ ablatiu⁹ spūscō/ i vi q̄si cāe formal̄ ꝓstruat̄ cū b ꝓbo diligūt: et actūs se/ in cōstructiōe retransitiua ꝓstruatur i vi quasi cause materialis. Est enī spiratio amoris vnius in alterū forma dilectiōis: ⁊ pater ⁊ filij⁹ obtecta in que transit ⁊ retransit dilectio. Et hoc modo spirit⁹ spiratus/ p hoc q̄ semp ab alio procedit in alium/ relationem importat originis: ⁊ sic nomen ꝓprium spūsanctī. Et primo modo loquit̄ Adarg.a
augustin⁹ ⁊ hilarius de spūsancto. Et sic nō notat relationez/ sz opationē diuinā in nobis. Secōdo modo autē loquit̄ Richard⁹: quia sic spūs notat relationē ad eum a quo spiratur. Et hoc modo etiaz triplicit̄ accipit̄ spirit⁹: sicut dicitur i libro de regulis fidei. s. pro persona/ ⁊ p personali ꝓprietate/ et relatiuo. Et p hoc pater solutio ad quesita pro vtraqz pte. Sed in auctoritate hilarij cauendū ē: q̄ cū dicitur: spūs dñi sup me: q̄ prepositio super/ nō notat eminentiam dignitatis vl excessus alicuius: sed tm̄ auctoritatē originis. Propter qd̄ dicit hilarius: q̄ licet pater maioz sit filio/ nō tū filij⁹ minoz: patre: qz in oib⁹ vniuocantis ⁊ pfecte natus i equalitate substantialiū ⁊ naturaliū potestatuz et virtutū ⁊ actionū nascit̄ gignenti. Et ideo natiuitas tollit minoratiōnē/ ⁊ ponit equalitatē i oibus: solum reliquēs auctoritatē gignētis respectu nati: que tm̄ predicat quod ad alterum est: ⁊ nihil absolutum quod in patre sit/ ⁊ non in filio/ ⁊ quo minoz sit patre. Ad id qd̄ vlteri⁹ queritur de additiōe Ad qōnem incidentem
eius quod est/ sanctus: dicendum sine preiudicio: q̄ ad hoc additur/ ad coartandum communitatē huius nominis spiritus. In philosophicis enī spiritus est in omnia quozuz est spiritus procedens/ penetrans/ comprehēdens/ formans/ distinguēs et virtutes inuehens/ et singula operans. sed non sanctus: quia commiscibilis est his in que penetrat. Sed spiritus diuinus ideo spiritus dicitur: qz sicut dicit Diony. sctitas ē ab oī inqnaamēto libera et pfecta mūdicia: ⁊ qz ꝓpr̄ sui mūdicia/ vt d̄z:

Sap.7.c, nihil inquinatū incurrit in ꝓm sanctū. Dicitur sanctus Sap.vij.c. Est enim in illa spiritus intelligentie/sanctus/multiplex/vnitus/subtilis/modestus/discretus/mobilis ⁊ incoinquinatus. Et hoc mō accepto sacro/coartat hoc qd dico spiritus/ad spiritū spiratu ⁊ a pre ⁊ filio: ⁊ hoc totum spūssanctus/circulocutio est tertie in trinitate persone. Adhuc obiectū dicendū: q̃ a duob⁹ cōibus sumptis vt cōibus/nō fit primum: ſz a duob⁹ communibus coartatis ad ꝓria/fit vnū qd est circulocutio proprij.

Ad argm.

Queritur de hoc nomīe donū: qualiter scz spūssanctus donū dicatur.

A Mēbr.II. Particle.I

Ecūdo queritur de hoc nomīe donū qualiter spūssanctus scz donum dicatur. Et videtur q̃ hoc nomē specialiter spirituſanctō nō conueniat. Jam enim in ꝓmissis habitum est: et ponit in sententijs di.xiij.q̃ pater dat se: filius dat se: ⁊ tota trinitas dat se: donū autē est qd dat nobis: vt dicit aug. donū ergo esse nō specialiť conuenit spūsanctō. Adhuc Esa.ix.b. Filius dat⁹ est nobis. ergo filius donum est. In cōrariū ait aug.xv.de tri. In trinitate nō est verbū nisi filius: et nō est donū nisi spūssanctus. q̃ donum esse spālit conuenit spirituſanctō. Adhuc: spūssanctus ſz suam ꝓrietatem amoz est. Amoz autē est in ratione primi doni. qd enim ex amoze datur/donum est: ⁊ si ex amoze nō datur/donū dici nō potest: ſz debitū/vel alio nomīe vocatū. Donū enim vt dicit Aristoteles i.7.ethico. dato irreddibilis est. solus autē amoz redditionē nō querit/sed gratis impendit.

Arg.1m. Arg.2m. Arg.2m. In ꝓtra.arg primum Argu. 2m.

Ulterius queritur: vtrū spūsanctō conueniat donū esse ab eterno. Et videť q̃ nō. Augustin⁹ xv.li.de tri. Eo est donū quo datur alicui. Sz ex tpe/nō ab eterno datur alicui: q̃ ex tempe/non ab eterno donū ē. Adhuc in sententijs di.xviij.ex verbis augustini dicit: q̃ eo est donū quo ꝓcessit vt donabilis. donabile aūt dicit respectū ad creaturas: nō ergo ab eterno videť esse donū/sed ex respectu ad creaturā. In cōtrariū est qd dicit augustin⁹ in.xv.de tri. ⁊ ponit in sententijs di.xiij.ꝓmi libri. Aliter intelligit cū oz donū: aliter cū dicit donatō. Donatū nisi datū fuerit/nullo modo dici pōt: semiterne ē q̃ spirituſanctus donū est: temporalit̃ vero donatuz. Adhuc aug⁹. v.de trinitate: Spirituſanct⁹ donū dicitur: nō quia ex ipso/vel quia ab eternitate ꝓcedit: sed q̃ ꝓcedebat vt esset donabilis/ia donū erat anteqũ esset cui daret. ergo ab eterno donuz est.

In cōtrariū arg.ꝓmum Ar.2m. Arg.2m

B Parti.III.

Ulteri⁹ queritur de ē qd querit magister i ꝓmo sniarū di.xviij. vtruz spūsanct⁹ ex eo q̃ datur nobis/noster dicatur. Et videtur q̃ sic. Augustin⁹ in.v.li.de tri.: Qd datū est: ⁊ ad cū qui dedit referť/⁊ ad eos quib⁹ dedit. Itaq̃ spirituſanctus nō tm̄ est patris ⁊ filij/q̃ dederunt: sed et noster est/qui accepim⁹. Adhuc ibidē: Scriptum est de iobāne luce.j.b. q̃ veniret i spiritu helie. Ecce dicitus ē helie spūs spūsanctus/scz quez accepit helias. Et ait dnūs moysi nume.xj.c. Tollam de spiritu tuo: ⁊ dabo. l.xx. viris: hoc ē de spirituſancto quē iā dedi tibi. Et concludit: Patet igitur: q̃ spūsanctus ⁊ noster dicit̃ spiritus q̃ nobis datus: ⁊ dat⁹ vtq̃ ad hoc/vt sancti essem⁹. Sil'r de pre inuenit̃ q̃ nr̄ ē. Mat. vj.b. pr̄ nr̄ q̃ es i cel. Ef.64. Nūc dnē pr nr̄ es tu nos ꝛo lutū. Similiter de deo Ps.xlv. deus noster refugiū ⁊ virtus. Item Ps. deus me⁹ misericordia mea. Queritur q̃: an sicut dicitur spūs noster/dicatur spiritusſanct⁹ noster. Et videtur q̃ nō. Magister i.j. sententiarū di.xviij. Luz in scriptura dicat̃ spiritus noster: vt spiritus tuus/vel illius: vt dictū est supra de helia/vel moyse: in usū tamē in scriptura occurit ita dici: spiritusſanctus noster/vel tuus/vel illius: q̃ spiritusſanctus eo dicit̃ quo donū: ⁊ vtrūq̃ relative dicitur ad patrē ⁊ filiuz: ⁊ hoc sem piterna relatione. Si tamē aliquādo dicitur donū nostrum: donum accipitur ꝓ donato/vel dato. Queritur etiam si filius dicat̃ noster: quia datus est nobis sicut spūsanctus. In contrariū est qd dicit aug⁹. in.v.li.de tri. Qd de patre natū est/ad patrem solum refertur cū dicitur filius: ⁊ ideo filij⁹ pater ē/et nō noster. Adhuc ibidē: Filius sub hac appellatione nō potest dici noster/ita vt dicat̃ filius noster: sicut nec dicitur spiritusſanctus noster. ⁊ tamē de filio dicitur: panis nr̄: ⁊ de spūsancto/spiritus noster. Ille noster panis: quia nos reficit/nobis datus. Iste noster spiritus: q̃ nobis inspiratur a patre ⁊ filio/⁊ in nobis spirat sicut vult. Ulterius queritur si donabilitas ꝓrietas sit distinctiua spirituſancti a patre ⁊ filio. Et videť q̃ sic: q̃ ia habitum est/q̃ dicit augustinus: q̃ in trinitate nō est donū nisi spiritusſanct⁹. Et iterum dicit: q̃ eo donum est quo spūsanctus est. In contrariuz est: q̃ ꝓrietas filij qua distinguitur a patre: nō refertur nisi ad patrē/⁊ nō ad creaturas. ergo a simili ⁊ ꝓrietas spirituſancti qua distinguitur a patre ⁊ filio: nō debet referri nisi ad patrē ⁊ filiuz/⁊ nō ad creaturas. Donuz autem refertur ad creaturas/vt habitum est: q̃ donū notionē nō dicit qua spirituſanctus distinguat̃ a patre ⁊ filio. Solo ad primū quesitū notandū est: q̃ donum dicitur dupliciter: materialiter scz ⁊ formaliter. Materialiter quocunq̃ modo datur dicitur donuz. Formaliter nō dicitur donum/nisi qd in forma doni dat̃/et ratione. Materialiter ergo donū esse cōmune est toti trinitati: formaliter autem ꝓprium ē spirituſancti. solus enim in ratione doni procedit. voluntatis enim libere/⁊ charitatis siue amoris cōmunicatio ꝓprie donum est. Et ad illud qd dicitur Esaie.ix.a. filius datus est nobis: materialiť donum dicitur: Ex ratione enim ꝓcessionis nō habet q̃ donum sit. generatio enī cōmunicatio natura est ⁊ naturalis esse/non cōmunicatio voluntatis ⁊ amoris sub hac appellatione que est generatio: ⁊ ideo donum dici ꝓprie non potest sm̄ formam ⁊ rationez doni. Et per hoc patet solutio ad omnia que quesita sunt circa primum. Ad solutionem eius qd vlterius queritur: notandū q̃ donum dicitur tripliciter: potētia scz/habitu siue aptitudine/⁊ actu. Potentia/qd quocūq̃ modo dari potest: siue sit in ratione doni/siue non. Et sic ab eterno filius ꝓcessit vt donum: hoc est/qui quocunq̃ modo dari posset. Habitu siue aptitudine solus spirituſanctus ab eterno ꝓcessit vt donū: hoc est/qui ex aptitudine sue ꝓcessionis/que cōmunicationem voluntatis dicit et amoris/donari posset. Actu dicitur donum donatum quod non nisi ex tēpore potest conuenire. Ut̃ donū spūs

Argumēti

Argumē.I.

Argumēti

In ꝓtrariū

Parti.III.

Argumēti

Parti.V.

Argumē.II

Arg.2m

Parti.VI.

Argumēti

Sol.qti.I

Ad argm. in cōtrariū.

Ad qti.III

Ad qti.IIII et.V.

Ad qti.VI.

Ad argm.

sanctus ab eterno est. q̃ q̃ donū sit/ab eterna habet ꝓcessione: q̃ donatū vel datū/a tpali habet datione. Et hoc ex ipso mō significandi accipit̃. donū enim nomē est ⁊ i quiete sub rōne habite⁹ dicit significatū suum. ⁊ ideo donū est etiā anteq̃ detur. Datum autem vel donatū participiū est/cū tpe ⁊ motu rē suam designās: ⁊ ideo sine actuali datione et tempe esse nō potest. Et ꝓ hoc patet solutio ad omnia questa circa scōm. Ad id qd vlteri⁹ queritur: vtrū spūsanctus noster dicat̃ cōsideranduz est in nomibus diuinis omnibus. Quedam enim non dicunt respectū nisi ad eternū. Quedā autem dicūt respectum ⁊ ad eternū ⁊ ad tpale: sed nō cōnotant effectum in creatura. Quedā aūt cū his duobus cōnotant effectum in creatura. vt spūs ⁊ donum. Quedā etiā solum cōnotant effectū ⁊ significant essentiā diuinam. vt de⁹: qñ ab operatione diuina ponitur: vt dicūt dionysij⁹ ⁊ damasc. Dicitur ei a theos/vel a thetin qd est ardere. vel ad thea ste qd est currere vel circūire: eo q̃ omnia circūit. puidentia ⁊ cura. vel a theoro as/qd est video vides: quia omnia videt ac considerat. Quecunq̃ ergo connotant effectū in creatura: etiā si cum hoc respectum ad eternū significēt: recipiūt meum/tuū/suū/nostrum. Quecūq̃ autē dicunt solum respectum ad eternum: vel solam essentiā diuinā vt abstracta est et eterna: nullo modo recipiūt hmōi ꝓnomīa possessiua. Et ideo dicitur pater noter/ſz q̃ pater dicitur ꝓ creationē vel recreationē. Et dicit̃ pāis noster/redemptor noster/spūs noster: spiras i nobis put vult: ⁊ oz misēdia mea: refugiū meuz: rector meus: deus meus: salus mea: virtus mea: sapientia mea: patiētia mea. sed nō oz deus essentia mea vel nr̄a: nec oz filius me⁹/vel noster: q̃ sub hac appellatione que est filius/nō refertur nisi ad patrem qui eternus est: ⁊ nō ad creaturā/neq̃ effectum cōnotat i creatura. Similiter nō dicitur spirituſanctus noster: quia sicut dictū est/hec circulocutio inuenta est vt nō designet nisi ꝓrietatem qua spirituſanctus referť ad patrē ⁊ ad filiū. Et hu⁹ rō ē: q̃ sicut in questione de ꝓcessione tpali spūsanctī habitū est: spūsanctus nō dicitur mitti vel baberi/nisi in dono gratuito gratū faciēte. ⁊ ideo nō nisi sub appellatione nominis tale cōnotet effectum qui sit donū gratuitū: nō dicitur baberi/vel nr̄ esse. Et ꝓ hoc pater solutio ad oia que questa sūt circa tertium. Ad id qd vlteri⁹ queritur dicendū: q̃ donū esse a donabilitate habitualiter ⁊ sm̄ aptitudinem dicta/eandem ꝓrietatē dicit q̃ spūsctus distinguit̃ a patre ⁊ filio: quā dicit̃ hec circulocutio spūsanct⁹: quāuis nō sub eodē mō significādi ꝓ nomē. sicut verbum eādem signat ꝓrietatē quā filij⁹: q̃uis nō sub eodē mō significādi ꝓ nomē. Ad obiectū cōtra dicendū: q̃ non oportet q̃ eodē mō designētur ꝓprietates distincte ꝓsonarū. Unde licet donum referatur ad creaturas/⁊ filius nō: ꝓter hoc q̃ refertur ad creaturas/relationē etiā habet qua referť ad donantē vel donatorē: que est relatio sicut filiatio: in hoc q̃ vtraq̃ ē eterna ⁊ ꝓsone distincta. ⁊ ꝓ hoc pz solutio ad totū qd queritur circa tertiū.

Argu.primū

Arg.2m

Arg.3m.

Arg.4m.

B Argu.Jm

Utrum spūsanct⁹ sit charitas ⁊ amor: quā nos inuicē ⁊ deum diligimus.

A Articu.III.

Ertio queritť de hoc nomīe qd ē amor. Et q̃ de charitate tractādum erit cū de virtutib⁹ agetur: ⁊ de amore q̃ spūsanctus est supra ꝓcessione spūsanctī multa dicta sūt: nō remanet hic querēdū: nisi vtruz spūsanct⁹ sit charitas ⁊ amor quā nos inuicē ⁊ deū diligim⁹. Hoc enim multis auctoritatibus ꝓbat magister in ꝓmo sententiarū ⁊ dist.xviij. quarum potissima est illa ꝓme canonice Johā.iiij.b. Charissimi diligamus nos inuicē: q̃ charitas ex deo est: ⁊ omnis qui diligit fratrē suū/ex deo natus ē: ⁊ cognoscit deū. Qui nō diligit deum/nō habet charitatē: ⁊ nō nouit deū/quia deus charitas est. Sup hoc Aug. arguit sic in.viij. lib. de tri. Dilectionē quā cōmendat iohānes/diligenter attendam⁹. Qui diligit inquit fratrē suum/i lumine manet: ⁊ scādalū nō est in eo. Manifestū est: q̃ iustitie pfectionē in fratris dilectione posuit. nā in quo scādalū nō est/vtq̃ pfect⁹ ē: ⁊ tū videť dilectionē dei tacuisse: qd nūq̃ fa cerz: nisi q̃ in ipa fraterna dilectione vult intelligi deū. Aptissime enim in ea dē epl'a paulo post ita dicit: Dilectissimi/diligamus inuicē: q̃ dilectio ex deo ē. ⁊ oīs qui diligit ex deo nat⁹ est: ⁊ cognouit deū. Qui non diligit: non cognouit deum/q̃ de⁹ dilectio est. Et paulo post ꝛculudit sic augustin⁹: Ista cōterio satis apte declarat cā ipsam fraternā dilectionē qua diligimus inuicē: nō solū ex deo/sed etiā deū esse. Et ibidem: Cū ergo dilectio diligim⁹ fratrē: nec fieri pōt/vt eandē dilectionē nō ꝓcipue diligam⁹ q̃ diligim⁹ frēm: quū de⁹ dilectio est. Et ibidē: Qui nō diligit fratrē suū/nō est in dilectōe: et qui nō est in dilectione/nō est in deo: quia deus dilectio est. Adhuc aug.in.xv.li.d tri. Si in donis dei nihil mai⁹ ē charitate: ⁊ nullū est maius donū dei q̃ spūsanctus: quid cōsequenti⁹ est/q̃ vt ipse sit charitas: q̃ dē et deus/⁊ ex deo esse: Adhuc in eodē sic arguit augustin⁹: Johānes volēs de hac re apti⁹ loq̃ inq̃t: In hoc inquit cognouim⁹ q̃ in ipso manem⁹/⁊ ipse in nobis: q̃ de spūsancto dedit nobis. Spirit⁹ itaq̃ sanctus de quo dedit nobis: facit nos in deo manere/⁊ ipse in nobis. hoc autē facit dilectio: ꝓ se igitur deus donū est qd est dilectio. Si quis velit dicere: q̃ dicit̃ de⁹ dilectio ꝓ causam. sicut dicitur/sapiētia mea: misericordia mea. Obuiat augustin⁹ ibidē dicens: Hunc sensum facile refellit scriptura ꝓ ipsa locutio. Tale est enim: tu es patiētia mea: quale est: domine spes mea: ⁊ deus meus misericordia mea: et multa similia. Non est autem dictū: domine charitas mea: aut/tu es charitas mea: aut/deus me⁹ charitas mea: sed ita dictum est: de⁹ charitas est: sicut dictum est: de⁹ spirit⁹ est. Adhuc in eadē distinctione/scz.xviij. obijcit magister in cotrariū ⁊ soluit. q̃ si charitas augetur ⁊ minuitur ꝓ diuersa ꝓpa in homine: ⁊ si spirituſanctus charitas est: cōsequens est vt spūsanctus augeatur vel minuat̃. Et rūdet: q̃ spirituſancrus vel charitas penitus immutabilis est: nec in se augetur nec minuitur: nec in se recipit magis vl minus. sed in homine/vl potius homī augetur vl minuitur: ⁊ magis vel min⁹ datur/vel habet. Et cōfirmat solutionem per augustinum in nona homelia suū epl'am iob. vbi sic dicit: Probet se ipsū q̃ ntū i illo pfecerit charitas: ⁊ vl' potī⁹ q̃ntū ipse i charitate pfecerit. Nā si charitas de⁹ ē: nec pficit/nec deficit. Sic q̃ dicitur pficere in re charitas/quia tu i ea proficis. Et sic patet q̃ aug. intēdit/q̃ charitas

diligimus deū / z inuicē / sit spiritussanctꝰ. z dicit
boc iobannē intendere: cuiꝰ cōmēdās auctozitatē
dicit: q̃ maoz ē buiꝰ scriptrure auctozitas / q̃z om-
Qō icidēs nis bumani ingenij pspicacitas. Ulteriꝰ queri
tur de verbis augustini: qui dicit / q̃ diligat ipsaz
Arg. 1m dilectionē: z tunc diligit deū. Si ēm dilectio di
lectio dilectiōe diligitur: tunc illa dilectio iterum
alia dilectione diligit: z illa alia: z ibitur i infinitū:
Argu. 2m. qō abbozret oīs intellectus. Adbuc: Si nibil di
ligitur nisi cognitū / vt dicit augꝰ: diligēs dilectio-
nem cognoscet dilectionē. z sic aliq̃s scit se babere
charitatē. z sic sciet se amoze esse dignū: qō est con-
Arg. 3m tra illud Eccē. ix. a. Nemo scit vtrū odio / vel amo
re dignus sit. Si quis dicat: q̃ meli⁹ cognoscū-
tur que p essentiam psentia sunt in ania / q̃z q̃ p sili
tudinē sunt in ania: z sic charitas que pñter est in
aia / melius cognoscit q̃z lapis qui p similitudinē.
Hoc falsum est. q̃ ēm res cognoscatur / nō causat
ex boc q̃ psens sit in ania p essentiam: qz aliter qui
libet haberet scientiā eozū que sunt in ania sua: qō
ex pzesse falsum est. Sed opozret q̃ sit in ania vt ob
iectum cognitiue potēte: circa qō est intellect⁹ vel
ratio fm principia z causas z elemēta ipsi⁹: ex qui
bus contingit intelligere z scire circa oēs sciētias:
vt dicit Aristo. in pncipio phy. Et sic charitas non
est in ania charitatē habente: nec anima est in ania
In ꝓtū ar. boc mō: videtur q̃ illud dicū nibil sit. In con
trariū est: q̃ dilectio a diligente pcedit: vt dicit au
gustinus: dilectio q̃ qua diligim⁹ deū z proximū /
a nobis pcedit. Si q̃ spiritussanctꝰ illa dilectio est
essentialiter: sequit q̃ spūssanctꝰ essentialiter proce-
dit ab bomie: qō z beresis est / z itellectꝰ nō capit.
L qō ēm ab bomie pcedit / spiritus bumanꝰ ē: nō di
Solo mem uinus / neq̃z deꝰ. Solutio: pnotandū est q̃ aliō
bri. III est amoz: z aliud dilectio: z aliud charitas. z ly bec
tria idem supponāt: nō tm idem significāt: nec eodē
modo. Amoz ēm nō dicit nisi simplicē fluxū amā-
tis in amatū. Unde etiā fm ierotheū z dionysiuz
etiā irrationabiliby ꝓuenit. Et fm ierotheū diuidi
tur in diuinū / angelicū / intellectualē / sensibilem /
et naturalem. Dilectio autē discretionē electionis
ponit in dilecto: z ideo nō cōuenit nisi rōnabiliby.
Et diuiditur p pulcbrā dilectionē / z fedam. Eccē.
24. c. Ego mater pl'cbre dilectōis. Charitas aūt
est / que dilectuz vel magno / vel inestimabili pcio
estimat. sicut dicit carum in aliys / quando magni
pretij estimatur. vñ cara annona: carū vinū. Un-
de a beato Ber. dicitur dulcis / sapiens / z fortis:
dulcis / vt amoz: sapiens / vt dilectio: fortis / vt cha
ritas. rari ēm pcij estim at amatū / q̃ nec mozte de
relinquit. Ms visis sciendū ē: q̃ sicut supra de
terminatū est in qōne de veritate: q̃ vnū lumen est
extensū sup oīnes aias / quo sicut pmo z exemplari
de oīni vero iudicam⁹. Et sicut vnū bonum est
primū ad qō oīne bonū referim⁹ / z quantū bonuz
sit illo iudicam⁹: Ita ē vna charitas diffusa p om
nes aias sctas p spiritū sanctū qui datꝰ eis: vt di-
citur: Ro. v. a. ad quā sicut exemplar omis amoz
z oīs dilectio / z oīs charitas nra referr: vt compa
ratione illiꝰ z assimilatiōe charitas dici mereat: et
quo fuerit illi similioz / maioz ē charitas: quo dissi
milioz / minoz. Et illud ē spūsctūs: quo sicut pmo
et causatiuo z exemplari / z pmo quasi formali de
um diligimus z primū. Et boc est qō dicit augu.

q̃ p charitatē spūssanctꝰ habitat in nobis: z q̃ nō
opozet nos longe ire querēdo deū: quia inspicien
do charitatem / qua deū diligim⁹ z proximū: z ine
nim⁹ / z babem⁹ deū. Habitꝰ tm z affectꝰ z passio z
actus charitatis / quib⁹ diligim⁹ deū z proximuz /
essentialiter nō sunt spūsctūs. Habitꝰ ēm est qua
litas in modū nature formalis pficiens potētiam
diligendi vt diligere possit quādo voluerit cum tē-
pus sit. Dicit ei Auerrois sup scōm de aia: q̃ ha-
bitus est quo quis aliquid agit cū voluerit. Et di
cit augꝰ in li. de bono cōiugali: q̃ habitus est quo
quis agit cūm tempus sit. Et dicit tullius: q̃ vir-
tus est in modum nature rōni consentaneꝰ habitꝰ.
Affectus etiā in affectiua potētia dicit passionem /
qua ania mouet ad diligendū. Et hoc notat augꝰ
in libro ꝓfect. dicēs: q̃ nibil dulcius ē q̃z amare et
amari. sensus autē dulcedinis passio est. Et dicit
aspasius in lib. de passionib⁹ anie: q̃ passio ē qua
mouetur aia: vt tra / cōcupiscētia z amoz z huius-
modi. Actus autē est qui elicit de potētia: ad quā
facultatē dat habitꝰ: z cuius intentionē vel remis-
sionē facit passionis affectꝰ. z hec nō est essentialit̄ Ad argꝰ
spūssanctus. Qō ēinductū est de canonica iobā
nis / z de augustino: intelligit de charitate primo
mō dicta z sic vez ē: Et qō i ꝓtū est / vez ē de scōdo
mō dicta charitate. Et sic solutū ē qō pmo q̃stū ē.
Et hec est cā / q̃ nō pōt intelligi q̃ p causaz sit locu
tio cum dicitur: deus patientia mea: vl spes mea.
Primo ēm mō dicta charitas spūssanctꝰ est vt p
mū formale dilectōis / diffusū p oēs anias sctas:
qō in se nec pficit nec deficit: sed nos i illo pficim⁹ /
vel deficim⁹ quāto plus vel minꝰ p assimilationē D
habit⁹ z affectus z actus appropinquam⁹. Ad id Ad qōnem
aūt qō vlteriꝰ queritur de verbis aug. dicendum incidentem
q̃ cū dicit / diligat ipsaz dilectionē: dilectio vt obie et arg. 1m
ctū dilectōis accipit. materialit̄ ēm accipit. hoc ē:
diligat id qō dilectio ē: hoc est / qō est prima forma
dilectionis in nobis. hoc ēm vt dictū est / spūssan-
ctus ē: z nostra dilectio in habitu / affectu / et actu
imago illius dilectionis est: sicut dicit boetiꝰ i li.
de tri. q̃ forme pme sepate vere forme sūt formā-
tes alias / z foris manētes: vt dicit plato. z sūt for
me q̃ sūt ante rem. forme aūt impsse in materiā nō
vere forme sūt / sz imagines forma p̃. Ad id qō vl Ad 2m.
teriꝰ inducitur dōm: q̃ ppte loquēdo nibil pñter
ē i aia / nisi qō ē i lumie cognitōis aie: sicut nibil pñ
ter i sensu ē / nisi qō ē i lumie cognitōis sensibilis.
Lumē aūt ad discernēdū vtrū amoz q̃ ēn nobis /
sit amoz charitatis p quā nos ihabitat spūssanctꝰ:
nō est lumē cognitionis naturalis / sed opozet q̃
assit lumē reuelatōis. frequēt̄ ei ꝓtigit decepto ex si
militudine natural' amoris ad gratuitū. sicut decepi
unt fz ꝓfē puratēs mel eē fel. Et iō nemo nisi p re-
uelatōez scit / vt p odio / vl' amoze dignꝰ sit: cū tm su
am dilectōez i corde cogiscat: sz nesciat q̃ntū assil'et
ad pmā formā dilectōis. Ad id qō obiciť ꝓ solo- Ad 3m.
nē q̃rūdā: dōz q̃ illa obiectio pcedit: nisi sic itelliga
tur vt dictū ē. s. q̃ p ēentiā pñter sē i aia: q̃ p lumen
pncipio p̃ / causa p̃ / z elemēto p̃ suo p̃ sūt in lumine
cognitōis aie. Nec valet qō quidā dicūt: q̃ ea q̃
essentialiter sūt in anima: cognoscibiliora sūt fm se
q̃z ea que p similitudinē sunt in anima solum / sz nō
quo ad nos. Hoc ēm nō soluit. questio ēm querit
de cognitione quo ad nos: z nō quid cognoscibili-

us sit fm se. Et qō iducūt: qō pbs dicit i. ij. de aia
q̃ actus sūt pzeuij potentijs / z obiecta actib⁹ fz ra
tionem: zrra mētē auctozis inductū est. Hoc enim
de potētijs passiuis dictū est. In illis ei forma ob-
iecti agēs ē / z distiguēs potētia / siue determians:
et dās formā z spēm actui. z sicut dat formā z spēz:
sic dat rationē diffinitiuā. Unde qō dicit / fm rō-
nem: nō intelligitur quo ad nos / sed simpliciter.
Ad id qō incōtrariū obiciť iā solutum est p disti Ad arg. i 7.
ctionē duplicis dilectionis: qua p̃ vna est pma for
ma dilectionis: altera aūt est imago illius.

Tractatus. IX. De relatiōibus z notiōi
bus quibus persone distinguūtur ab inuicē. De intētiōe pncipij z ordine nature: z De numero qui est in diuinis personis.

Einde querit de rela

d tionib⁹ z notionibus quib⁹ psone distin
guūt ab inuicem. Et querēda sunt in vlt
tria: scz de relatiōibus distīguētib⁹ psonas. Et qz
ex distinctione psonarum / ex relatione ozīgis cau-
satur ozdo nature in diuis: ideo scdo querēdum ē
de ozdine nature quo alter est ex altero. Quia vo
distinctio siue diuisio est cā numeri: vt dicit daīn.
Tertio querēdū ē de numero q̃ ē in diuis psonis.
De relatōibus autē distinguentib⁹ psonas quere
mus quattuoz: An scz in diuis sit relatio. Scdo q̃
et quot sūt relatiōes in diuinis. Tertio de nomi-
bus distinctiuis / q̃ distictionē relatōis significāt.
Quarto de noibus diuersificatiuis inter psonas
differentias significā t ib⁹.

Querit an i diuis sit relatio. Qō XXXVII

Rimo ergo queritur

p An i diuis sit relatio. Quā qōnē tractat
magister in. j. sen. di. xxv. Et vidē q̃ nō.
Argu. 1m. Dicit ēm aug. in. v. li. de tri. q̃ nibil in deo fm ac
cidēs dz: qz nibil ei accidit. oīs aūt relatio accīs ē.
et negato ꝓsequēte negat̄ antecedēs: g̃ in deo nō est
Argu. 2m. relatio: nec aliqd dicit fm relationē. Adbuc boe
tius in li. de tri. sic dicit. Predicamēta q̃ sūt fm ac
cidens / cū q̃s in diuinā pdicationē verterint: cun-
cta mutant q̃ predicari pnt. Sed relatio pdicamē
tum accīs est: g̃ in diuinā pdicationē versum mu
tatur. mutatū aūt nō remanet relatio: qz nulla sb-
stātia relatio ē / z nulla relatio substātia. videt̄ ergo
q̃ relatio nō maneat relatio sumpta in diuia pdi-
Arg. 3m catione. Adbuc: Aug. dicit: Qō dicit ad alterū:
nō substātiā significat. Sed immediata diuisio ē:
q̃ oē qō de altero dicit / aut fm substātiā dz / aut fz
accīs. Qē ēm qō ē: aut ē ens p se nullo indigēs vt
ens sit: Aut ens nō p se / sz p aliud z i alio z alio in-
digēs vt sit / z nitens aliij: cū nō possit esse in seipo.
Et si ē ens p se: sba ē z sbaz pdicat. Si āt ē i alio z p
aliud / alio indigēs z aliū nitens: de necessitate acci
dens ē / z pdicat accidens quādo dicit de aliquo.
Eū ergo ad aliqd nō pdicet substātiā / vt dicit aug.
videtur sed de necessitate / q̃ pdicet accīs: z sic vt p
us arguit: cū accīs ñ sit i deo: relatō nō erit i deo.
Arg. 4m. Si quis ad ꝗ solueret velit: sicut soluit aug. li. v
de tri. sic dicēs: Nibil in deo fm accīs dz: qz nibil
ei accidit. Nec tamē oīne qō dicit / fm substātiā di-
citur. In rebus ēm creatis atq̃z mutabiliby / qō nō

fm substantiam dz / restat vt fm accīs dicat. In
deo autē nibil quidē fm accīs dicitur: quia nibil i
eo mutabile est / aut amissibile. nec tm oīne qō di-
citur / fm sbam dicit: dicitur ēm ad aliquid: sicut
pater ad filium / z filius ad patrē: qō nō ē accīs: qz
ille semp pater ē / z ille semp filius. Et ad hoc redit
dictuz aug. q̃ relatio in diuinis iō nō dicit accīs:
quia semp adest z imutabilit. Et hoc videt non
soluere. accīs ei naturā accīntis nō habet ex boc /
q̃ mutabile est / vel separabile: sed ex boc / q̃ inest.
Ergo relatio ex ꝗ inest / licz inseparabiliter z ab e-
terno: nibilominꝰ tamē accīs est. z inde obiciťur
vt patius: q̃ sez in deo nō sit relatio: qz accīs in deo
nō est. Adbuc: inter genera accīntis relatio imp- Arg. 5m
fectius est: eo q̃ id qō ē / ad alterū est z nibil ē abso-
lute. qō aūt impfectum ē / maxime remouēdum ē
a diuinis: relatio g̃ maxime erit remouenda a diui
nis. Adbuc: Oīne qō fm veritatē est in aliquo: Arg. 6m.
si ipm ē / z inest: addit aliquid ei cui inest: z subtra-
ctum minuit aliqd ab eo. z si aliquādo in sit / z ali-
quādo nō: mutat / vel mutationē que fm ipsum ē
inducit. Relatio ei in quo ē / nibil addit: z subtra
cta nibil minuit: z existēs aliquādo / z aliquādo ñ /
nullā inducit mutationē in eo in quo ē. Aristo. ēm
in. v. phy. dicit: q̃ in ad aliquid nō ē motus. ad a-
liquid ergo entis alieuꝰ nō habet veritatē. Nibil
autē in deo est nisi fm essentie veritatē: g̃ relatio in
deo fm veritatē esse nō videt. pma pars pater p se.
scōam scribit boetiꝰ in lib. de trini. dicit ēm: q̃ rela
tio nec addit / nec minuit / nec mutat id in q̃ ē. Ad Agr. 7m.
buc: Oīne qō simplicissimo nullā affert cōpositio
nem: quātūcūq̃z multiplicet in ipo / nullam habet
entitatis veritatē. Relatio simplicissimo addita /
et in eo multiplicata nullā affert compositionem:
ergo nullā entitatis habet veritatē. pma probatur
ex boc: q̃ si haberet verā entitatem: hec addita sim
plicissimo induceret compositionez. Scōa scribit
ab auicēna in pma sua phia: vbi loquitur de rela-
tione. Dicit ēm: q̃ quanto aliquid simplicius ē: tā
to pluribus relationib⁹ ad plura referr. Et qō sim
plicissimū / oīmodis relationibus refertur ad om
nia. z sic pater / q̃ relatio nullā veram habet enti-
tatem fm veritatez: g̃ in diuinis esse nō videt. Ens
ēm z verum cōuertunt. Et sicut dicit Aristo. i. v.
pme phie: Sicut se habet res ad esse: ita se habet
ad verū. B
In ꝓtra. ar. primum Jn cōtrariū hui⁹ est qō dicit Boetius
in libro de trinitate: q̃ substātia cōtinet vnitatem
in diuinis: relatio vero multiplicat trinitatē. Con
Ertio queritur: An nō intellecto ordine i diuinis adhuc possibile sit distinctionē esse in psonis diuis. Et videt q̄ sic. Sic em est in imagine: sic videt esse in prototypo: sicut dicit damascen⁹. In imagine aūt est ordo nature. ē em mens generās noticiā sui: noticia genita: amor ab vtroq̄ procedēs. est igit ibi ordo nature: ⁊ tamen nō ē ibi psonalis distictio. Videt q̄ similiter sit in prototypo: q̄ licet ibi sit ordo nature: non tm distinctio personarū. Videt etiā econuerso: q̄ scz distinctio personarū possit esse absq̄ ordine nature. Distinctio em personarū de intellectu suo non dicit nisi singlaris existētie modū: vt dicit Richardus. Singularis autē existentie modus in mltis est in quib⁹ nō est ordo nature. In omnib⁹ em est que singulariter existūt in rationali natura/siue habeant ordinē ad vnū/siue nō. In diuinis ergo similiter potest esse: vel ad minus intelligi. Ulterius videt confusus esse ordo: sicut patet in imagine. Dic em aug⁹ lib. ō trinitate. xv. q̄ amor ē rei cognite/pcedit volūtas rei cognoscēdi. Amor aūt rei cognite respondet spirituisancto: volūtas autē cognoscendi etiā est amor ad cognoscendū/quo attendit quis ad inquirēdū: vt dicit aug⁹. Querat ergo cui respōdeat ille amor. Videt q̄ nō spirituisancto: ille em precedit generationē cognitionis. Amor aūt rei cognite/qui appropat spūsancto/ē amor pcedēs ex cognitōe iā genita siue nata: sicut ⁊ spūssanctus pcedit a filio. Videt q̄ g̃ aū gnatio nem filij/fm ordinē nature pcessus sit cuiusdam amoris: q̄ nō pcedit nisi a patre gnante siue a mente: cui⁹ pcessus tm nō sit fm ratōes intelligēdi in similitudie speciei ⁊ natura cū gnante: nec sit fm nature cōiationē/sed fm volūtatis cōiationē: non pōt referri ad gnationē filij/qz aū gnationē filij ē: nec pōt referri ad patrē: qz pater nō pcedit ab aliquo: amor aūt pcedit a mente siue gnante: nec potest referri ad spmsanctū/vt iā habitū est: oportet g̃

Arg. 2m

q̄ vel quaternitas sit in trinitate: vel sit confusus ordo nature: vt scz pcessio spūssancti fm ordinem nature/⁊ pcedat gnationē filij/⁊ sequat. Ulterius querit: vtrū fm ordinē nature possit dici pater pma in trinitate pson: ⁊ filius scōa: ⁊ spūssanctus tertia. Et videt q̄ nō. Dicit em prisciano⁹: q̄ista noia primū/scōm/tertiū noia ordinalia sūt. Ordo aūt in diuis vt dicit aug⁹. nō est quo alter sit p: ioz altero/sed quo alter sit tm ex altero. ꝓter ordinē: g̃ ordine nature nō potest dici vna pson pma vel scōa/vel tertia. In cōtrariū hui⁹ est: q̄ primū ⁊ simplr principiū cōuertunt in omnib⁹: et principiatū esse ab vno/pcedit ⁊ antecedit ad scōm esse: ⁊ scōm esse infert ex principiatū esse ab vno: ⁊ similr ex principiatū esse ab vno ⁊ vno/seq̄t de necessitate tertiū esse: vt phant Auicēna ⁊ algazel in metaphisicis suis. Et aristo. etiā hoc dicit in epla quadā de principio vniuersi esse. Cū g̃ pater sit pncipiū nō de pncipio fm ordinē nature: filius pncipiū de vno principio: spūssanct⁹ de vtroq̄ principio/vno scz ⁊ alio: videt de necessitate sequi: q̄ pater in ordine nature sit prima pson: filius pson scōa: spūssanctus pson tertia. Adhuc: hūc ordinē in glorificando psonas tota tenet ecclesia. Beatus em Hieronym⁹ qui fecit: Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritusancto: ⁊ damascen⁹ papa q̄ cōfirmauit/⁊ psalmis annotari fecit: hunc ordinē tenuerunt.

In 2trariū arg. 1m

Arg. 3m

Adhuc in antehabitis de pcessione spūssancti p batū est: q̄ pater in ordine nature se habet p modū principij: vt dicit hylarius. S pūs aūt sanctus in ratione terminiteo q̄ ab ipo nullus est. Cū g̃ filij sit ab alio/⁊ ab ipo alius: oportet q̄ habeat se in ratione medij. quia inter hec duo: qui a nullo a quo alius/⁊ qui ab alijs a quo nullus fm rationē intelligēdi medius est qui ab alio a quo alij⁹.

Arg. 4m

So lutio ad primā partē questionis dicendū est: q̄ si persone in vera ratione personarū accipiant ⁊ in vna natura re ⁊ ratione: nō possunt intelligi persone distincte nō intellecto ordine nature. Nō em in vna natura sunt que vnā naturā ab vno nō accipiunt: vt pauloante probatum est. Nec sub cōitate vnius nature ad esse singulare distincti sunt: qui fm relationē originis sub illa natura non bnt distinctionē fm suppōsita. Si ⁊ econuerso: si in rationali natura accipiat distictio psonaꝝ: nō pōt intelligi ordo nature sine distinctōe psonaꝝ/ꝓpt eandē cām: stati em in ipa distictōe psonaꝝ intelligit ⁊ q̄ ab alio a quo alij⁹: et q̄ ab alio a quo alij⁹: ⁊ q̄ ab alijs a quo nullus: qō est pncipiū mediū ⁊ terminus in ordie nature. Ad id qō obijcit pmo cōtra B: dōm q̄ imago in aia/sic etiā dic aug⁹. nō pfecte implet id cui⁹ ē imago. Uñ in. j. senten. disti. iij. dic mgr: q̄ in aia trinitat in uenit exēplū: licet exiguū. Uñ mēs/itelligētia/⁊ volūtas in aia non sūt psone/sz potētie: ⁊ i D̄ dicit ab exēplari: trū ordo q̄ ē in potētijs ꝓpatis ad habit⁹ ⁊ act⁹/aliq̄tenus licet lōge inferiori mō ēplentat ordinē nature q̄ est in psonis. Uñ rō illa pcedit ac si imago trinitatis ī aia pfecta sit: ⁊ ē in argumento fallacia fm q̄d ad simplr: pcedit ei ab eo qō ē fm q̄d ac si eēt simplr.

Ad arg. 1m

Ad 2m

Ad aliud dōm: licet singularis existentie modi sint qui nō sint fm ordinem nature: illi modi non sūt nisi singularis in diuidui/⁊ nō singularis persone sub vna natura distincte. Singulares enim

B Questio incidens

Argumētū.

existētie modi psonales nō sūt nisi in natura rationali: vt dicit Boeti⁹: nec distinguūt/nisi per actū principij cōcomitantis naturā illā: quē actū semp concomitat relatio originis: ⁊ ideo talis ordo nature sine distinctione psonaꝝ esse nō potest: nec distinctio personarū intelligi potest sine tali ordine.

Ad. II. par.

Ad id quod vlteri⁹ querit de cōfuso ordine: dicendū q̄ nec quaternitas est in trinitate: nec ordo confusus. Amor em rei cognoscendi siue voluntas imperfectus est: nec est volūtat/ que sit determinata potētia in anima: sed est cuiusdā nature/q̄ placētia quedā est diffusa p omnes potētias/qua vnicuq̄ placet suū obiectū ⁊ ꝓprius actus: quam voluntatē grece thelysim/hoc est añcedentē vocat damascenus. Aug⁹ autē vocat eā primū motorē omniū potentiarū anime/⁊ vniuersalē. que volūtas quia cōis ē ⁊ imperfecta: ad nihil distinctū in trinitate referri potest: ⁊ si referat ad aliquid: refertur ad vnitatē voluntatis essentialis que est vna tribus personis: quia illa nihil distinctū repreſentat: ideo ex ea nō potest referri quarta pson. ⁊ qz spiritussanctus est amor distinctus: ideo licet precedat generationē noticie fm rationē intelligēdi: nō potest ex hoc inferri/ q̄ spiritussancti processio pcedat in ordine nature generationē filij: ⁊ sic nō sequit q̄ sit confusus ordo.

D Ad ōstionē incidentem et arg.

Ad id quod vlteri⁹ querit: vtrū pater dicat prima persona/filius secunda/⁊ spiritussanctus tertia: dicendū q̄ absolute ⁊ sine determinatōe nō debet dici: sed cū hac determinatione prima fm ordinē nature: scōa fm ordinē nature: tertia fm ordinē nature: quia tūc hoc ipm quod dico/nature/tollit ⁊ priuat prius ⁊ posterius: qō poneret ordo si nō apponeret nature. Natura em ponit equalitatē. que em vnā hnt naturā: in natura illa/⁊ in omnibus cōsequentib⁹ illā naturā equalia sunt: ⁊ fm eque/⁊ coequeue habēt eā: ⁊ nō vnū pmo/⁊ alterū scōo: quia hic dicit gradū potestatis: ista autē fm eandē potestatē habet eam. Dicit em prisciano⁹ in maiori volumine/i tractatu de coniunctione: q̄ ordo pars potestatis est. Unde que gradū differentē hnt in ordine: habēt etiā differentē gradū in potestate: qō in trinitate esse nō potest.

Ad argumētū primū in contrariū

Ad 2m

Ad id qō dicit de algazele/auic: ⁊ aristo. dōm q̄ loquūt de his q̄ pcedūt ab vno in diuersitate essentie: inter que est ordo simplr/et nō ordo nature tm. Ad rationē aūt q̄ iducit: dicendū: q̄ ex illa ratōe nō probat/q̄ aliqua pson sit prima in ordine simplr/vel scōa/vel tertia: sed q̄ aliqua sit prima in ordine nature. Et hoc attendētes sācti: hoc mō docuerūt nos glorificare trinitatē.

Ad 3m

Ad aliud dōm: q̄ ex illa ratiōe nō probat amplius q̄z qō dictū est: icz q̄ pater primus sit ordine nature: et filius secundus: ⁊ spiritussanctus tertius/siue terminus.

Querit de numero qui est in diuinis psonis.

Questio. XLII

Einde q̄rit de numero q̄ est in diuinis psonis.

Hui⁹ qōis tria sūt mē.

Primo g̃ querit: An numerus sit in dīnis personis. Et videt q̄ nō. Boecius in lib. 2o de trinitate: Unū vere/in quo nullus numerus: cū g̃ deus verissime sit vnū: nullus numerus potest eē in ipo. Adhuc Ambrosius: In deo nūq̄z totalitatē ponim⁹: quia nec nūerus/nec quantitas ibi est. Adhuc cū nūerus nutus memeris sit/hoc est diuisionis: vbi diuisio nō est/ibi nūerus nō ē. In deo aūt nulla potest esse diuisio: ergo nullus nūerus. Adhuc: vnū nūero ē vnū subiecto ⁊ substantia: quāuis multas habeat proprietates ⁊ accidētia. Talis em multitudo nō pīudicat vni nūero: nec facit multa nūero. Quod g̃ nō est diuisū p substantiā subiecti: nō hz nūerū: nec in ipo est nūerus. In deo autē p substantiā nihil diuisū est: videt ergo q̄ ibi nullus nūerus sit licet ibi sint proprietates diuerse. Adhuc: Numerus vt dicit pythagoras ⁊ Boeci⁹/est aceruus ex vnitatib⁹ pfusus: vbi g̃ nō est pfusus aceruus nō est numerus: ⁊ a destructōe cōsequentis. Sed cū dicit: pater est vnus: filius est vnus: spūssanctus est vnus/intelligētes: vnus de⁹ pater: vn⁹ deus filius: vnus deus spūssanctus/null⁹ pfūdit aceruus: q̄ bi tres sūt vn⁹ deus/nō tres dij: g̃ ex vnitatib⁹ q̄ sūt in diuinis/nullus profūdit nūerus: g̃ nūerus nō est in diuinis. Adhuc: aristo. dicit in. j. phycorū: q̄ vnū est indiuisū in se/⁊ diuisū ab alijs: ⁊ hoc vere vnū ē: ⁊ intelligit q̄ sic essentialr diuisū sit ab alijs. Tale aūt vnū nullū/est in diuinis: quia nec sic vnus pater est: nec filius vn⁹: nec spūssanctus vn⁹. Et vbicūqz nō est vere vnū: ibi nō est vere aceruus ex vnitatitib⁹ pfusus/qui est nūerus: g̃ in diuinis nō est vere nūerus. Adhuc p se ens cū p se ente fac nūerū: socrates em ⁊ socrates musicus sūt vnū/nō duo. Relatio autē in diuinis ē min⁹ q̄z in alio ens: g̃ multo min⁹ facit numerū q̄z accidēs. Cū g̃ istud nō faciat/nec istud faciet: p locū a maiori. Adhuc: licet differentia vt dicit Dam. sit cā nūeri: trū hoc nō hz nisi differētia diuisiua/⁊ iquātū diuidit. Differētia em cōis qua socrates stans/differt a se sedente nō diuidit: ideo in nūerū nō ponit. Cū g̃ p relatiua nihil differat subalr: p relatia nihil simplr ponit in nūerū. Dic aūt Boe. in lib. de trini. q̄ sola relatio multiplicat trinitatē. cū g̃ relatio nō diuidat simplr fm essentiā: relatio hoc qō distinguit/nō ponit in numerū ⁊ sic nūerus nō est simplr in diuis. In cōtrariū hui⁹ est Dio. in lib. de diuis nom: q̄ de⁹ est pncipiū ⁊ cā ⁊ ordo ⁊ nūerus: ꝓpt qō est vnitas ⁊ sup trinitas. Adhuc: ex pdictis cōstat: q̄ in diuinis est suba cōicabil/⁊ incōicabil suba. In inferiori libꝝ aūt vbi sūt due sube spōdētes istis/verus numerus seq̄t subas incōicabiles: ⁊ istū impedire nō potest suba cōicabil: socrates em ⁊ plato ⁊ cicero vere sūt tres: ⁊ huic nūero nō obstat/ q̄ pticipatiōe spēi sūt vn⁹ hō. Cū g̃ pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus sūt tres pson: vnitas sube cōis nō pōt obstare q̄n in eis sit verus nūerus. Solo: dōm q̄ in trinitate/siue in diuis simplr nō est nūerus sicut i creaturis. Et hui⁹ cā ē: qz dic aristo. in. iiij phycoꝝ: q̄ numerū cognoscim⁹ diuisiōe cōtinui/siue diuisione cōis: quod quasi continuū vnit diuisa. Omne em qō in nūerū ponit: sub aliquo cōi qō fm se diuisū ē i nūeratis/i nūerū ponit: vt socates ⁊ plato

A Mēbrū I. Arg. 1m

Arg. 2m

Arg. 3m

Arg. 4m

Arg. 5m

Arg. 6m

Arg. 7m

Arg. 8m

In 2trariū argu. 1m

Arg. 2m

B Solo mēbri. I.

duo homines sunt: hō ⁊ asinus duo animalia: homo ⁊ lapis due substantie: substantia ⁊ accidens duo entia. Cum ēm dicat damascen⁹: q̄ differentia est causa numeri: intelligitur hoc de differētia simplr: hoc est de differentia substantiali/q̄ diuidit esse substantiale, differētia ēm accidentalis q̄ nō recedit a substantiali/vn onō ponit in numer̄. socrates ēm ⁊ socrates musicus substantialr vnū est: ⁊ nō faciunt simpliciter numerum. Unde cum in diuinis substantia vniens personas in psonis numeratis nō diuidatur: pater enim et filius nō sunt duo dū/sed vnus: non potest in diuinis simplicir esse numerus/sed numerus quidam: scz numerus personarum: que penes quoddam numerantur: ⁊ non simpliciter: penes scz incōmunicabilem ꝓprietatem; qua quelibet persona totam possidet substantiam/⁊ habet indiuisam. talis ēm ꝓprietas per hoc q̄ relatio est/⁊ oppositionem relationis habet/nihil intrinsecozum diuidit: quia ad nihil ad intrinsecoꝝ habet oppositionem. Quod patet, si enim aliqs idem sit pater vnⁿ ⁊ filius alterius: quāuis habeat oppositas relationes/in seipso non diuiditur: sed ipse vnus ⁊ idem manēs est pater ⁊ filius. sed diuiditur ab extrinsecis duobus/ad quos per duas relationes habet oppositionem. per paternitatem enim diuiditur a suo filio: per filiationem autem a suo patre. Per quod patet: q̄ pater nō distinguitur nisi a filio/⁊ non a substantia diuina: ⁊ spūsanctus ab vtroq̄. Numerus autem qui simplicir numerus est/intrinseca diuidit et cōmunia substantialr: vt socrates et plato sūt duo boies. ⁊ ideo in diuinis nō pōt esse numerus simplr/sed numerus quidā: qui eo modo quo distinguit in numerū ponit. Non distinguit autem nisi in oppositione ad alium: nō ergo in numerum ponit nisi ad alium. Unde pater ⁊ filius non sunt duo/nisi in q̄tum pater opponitur filio/⁊ filius patri: in omnibus autem alīs vnuꝫ sunt. Ad arg. 1m Per hec que dicta sūt/pater solutio ad primam partem questiōis. Illa ēm non probat/nisi q̄ simplicir numerus sicut est in creaturis/nō est in diuinis: ⁊ nō prohibent/q̄n numerus quidam qui ex oppositione relationis est/ad extra sit in diuinis: sicut iam dictuꝫ est. Ad 2m Ad id q̄ obijcitur in contrariū dicendum q̄ dionysius nō loquitur de numero personarum/sed de numero tali qui deⁿ est: omnia/sicut d̄z Sapie. II. d. disponens in numero pondere ⁊ mēsura. vbi dicit Augⁿ: q̄ disponit in seipso/q̄ est numerus absq̄ numero ⁊ numerus numerans effectiue. Sicut etiaꝫ Boetius in prologo arithmetice dicit: q̄ deus omnia in numero creauit. Et sicut plato numerū p̄ncipium entis eē dixit. Ad aliud dicendū: q̄ in inferioribꝫ diuidētia sequitur numerus propter hoc/ q̄ commune ēm eē diuiditur in ipsis: hoc est cōmune quod est substātiale ipsis: ⁊ vniens ea. Et hoc nō est in diuinis. diuidentia enim in diuinis siue distinguentia nō diuidunt cōmunem substantiam: sed determinant ⁊ distinguunt ab alio rm: ⁊ ideo non sequitur ea numerus simpliciter/sed numerus quidā: vt dictum est.

Ad arg. 1m

Ad 2m

Queritur quis vel qualis numerus sit in diuinis personis.

A Secundo querir/quis/vel qualis nūerus sit in diuinis personis. Et querir quis numerus numerās. Videt autē per Augustinū: q̄ relatio est numerus numerās in diuinis: dicit ēm: In relatione personarū numerus cernitur: in diuinitate nature quid vnū sit appbendir. Parti. I. arg. 1m

Adhuc hoc videt p rationē. Sicut ēm in re diuisione continui numeramus: et quotiens vnum nutū ad diuisionē facimus/tantū numerū esse dicimus: sic videt fm analogiā esse in diuinis. In his ēm distinguens per modū diuidētis ē. Unū quotiens nutū ad distinguens in esse psonali facimⁿ: tantū numerū personarū esse dicimⁿ. Oppositōe autē relationis nutū facimⁿ ad distinctionē in eē personali: ergo oppositione relatiōis numeramⁿ: et sic videt numerans esse ꝓpr̄ietas personalis siue relatio. Arg. 2m Adhuc: In diuinis personis/sicut in prehabito mēbro questiōis probatū est: nō pōt esse numerus per distinguens ad intus/sed per id quod ponit ad oppositionē ad extra. Nihil autem ponit talē oppositionē nisi psonalis ꝓprietas/siue relatio. ergo nihil ponit numerū in diuinis/nisi p sonalis ꝓprietas p oppositionē quā habet ad correlariū. In contrariū huius est quod dicit Boetius in libro de trinitate: q̄ relatio nihil addit ad esse relatiui. In omni autē numero quo numeramus/vnū addit alteri: ergo relatio non potest esse numerus quo numeramus in diuinis. Arg. 2m In ꝓtrariū arg. 1m Adhuc Ex cuⁿ vnitatib aggregatio nō prouenit/nō ponit in numerū: ex vnitatibus relationū nulla congesta prouenit pluralitas vel aggregatio: ergo relationib⁹ nō numeramus in diuinis. Prima ps patet per se/⁊ p numeri definitionē. Secunda ꝓbatur in exemplo. Punctū ēm p hoc q̄ principiū est a quo fluit linea: ⁊ p hoc q̄ est finis ad quē linea terminat: et p hoc q̄ est medū in quo copulāt due linee: nullā congestā facit aggregationē vel pluralitatem/sed remanet vnū ⁊ idem. Si autē relatio hoc haberet per se/q̄ numerū poneret: tunc vbiq̄ haberet: ⁊ si vbiq̄ nō habet/nusq̄ habet: relatiōe ergo numerus fieri nō potest in diuinis. Ulterius ex hoc videt: q̄ nō numerus realis/sed ratōnis solū sit in diuinis. Dicit ēm Joannes damascenus: q̄ in creaturis cōe considerat ratōe: hypostases autē re. In diuinis autē ecōuerso est: q̄ i diuinis cōe considerat re: hypostases autem ratiōe. Sed quo cōsiderāt differre hypostases/eo numerant ⁊ in numerū ponūt: ratione cōsiderant differre: ergo ratione in numerū ponunt. Arg. 2m Adhuc: Punctū p hoc q̄ est principiū/medium ⁊ finis: nō differt re/sed ratōe rm: ergo relatio differentiam nō facit nisi ratōis/⁊ nō rei. Et sic a simili: in diuinis inter patrem ⁊ filiū ⁊ spiritūsanctū nō erit differētia nisi ratōis rm: ⁊ per cōsequens nec numerus nisi ratōis: quia differentia est causa numeri vt dicit Damascenus. Arg. 3m Adhuc cū dico: pater est deus: filius est deus: spiritussanctus est deus/nō constituo numerū realem: quia bi tres sunt vna res/que ē deus: sicut ēm pater est deus: ita paternitas est deus: ⁊ sicut filius deus: ita filiatio deⁿ: ⁊ sicut spiritussanctⁿ deus: ita spiratio deus: Nihil ēm bicē actū in aliquā pluralitatē ex repetitōe istoꝝ. Videt q̄ q̄ repetitio istoꝝ nō faciat nisi pluralitatē ratōis/⁊ nō rei alicuⁿ. Arg. 4m Adhuc si aliqs

dicat: q̄ ꝓter ordinē nature in relatione originis est ibi numerus rei/⁊ nō rōnis tm. Videt hoc nō esse verū. In imagine ēm similitudinis que est in anima ordo nature ē fm relationē originis: quia ex mente est intellectus/⁊ ex mente siue memoria voluntas: ⁊ tū hec nō differūt re: nec re numerantur/sed rōne tm. hec ēm vt dicit Augⁿ. in. xv. de trinitate/sunt vna anima/vna vita/vna substantia: ⁊ nō differūt nisi rōne. Si hoc cōcedat: videbitur heresis sabelliana incidere: quia fm hoc psone differunt nisi rōne: ⁊ nō re/sed solum fm intellectū nostrū: ⁊ hoc dixit sabellius. Ulterius queritur q̄s sit numerⁿ numeratⁿ: vtrū relatio/vel hypostasis. Et videt q̄ relatio: quia dicit Boetius in libro de trinitate/q̄ sola relatio multiplicat trinitatē. nō autē multiplicat/nisi p hoc q̄ multiplex est: multiplex aūt est q̄ numeratur in omni numero: cū omnis numerⁿ multitudo quedam sit aggregata p vnū. In ꝓtrariū arg. 1m In ꝓtrariū argumētū. Adhuc: Quicq̄ absolutū est in trinitate/ vt dicit Augⁿ. de qualibet psona dicir sigillatim ⁊ in singulari: ⁊ de omnib⁹ simul in singulari. ergo nihil absolute dictoꝝ agitur in pluralitatē: ex hoc q̄ sigillatim dicir de singulis. nihil ergo absolute dictū numerat in trinitate: ergo relinquit q̄ sola relatio numerat. In cōtrariū hui⁹ est: q̄ nō intellectis relationib⁹/adhuc sunt tres hypostases habentes diuinitatē: et sit tres sunt/cadūt in numerū: ⁊ sic hypostases numerant: Hoc probat p Augm in. vij. de trinitate vbi dicit: q̄ omne relatiū est ertiā aliud q̄ relatum, est ēm hypostasis in qua est relatio. Solutio ad questionē dicendū est: procerto sicut pbatum est/q̄ hoc est modo quo in diuinis est numerus aliqs: ita est ibi numerⁿ numerās/⁊ numerⁿ numeratⁿ. Et numerⁿ numerās/est ꝓprietas psonalis p oppositionē relationis distinguēs in esse psonali/⁊ nō in esse simplr: fm q̄ Augⁿ. dicit: q̄ aliud est esse patrē: ⁊ aliud est esse filiū: q̄uis idem neutraliter/nō masculine dictum sit patrē esse/⁊ filiū esse. Unū sicut in rebus creatis/in qb⁹ simplicir numerⁿ est: numerⁿ numerās relatⁿ ad rem/est id q̄ distinguit in esse cōi: ⁊ facit vnū esse in diuisum in se/⁊ diuisū ab alio: p hoc q̄ terminat ipm in se/et determinat ab alīs: ⁊ tale vnū additū vni facit numerū in esse in quo ponit distinctionē/⁊ non in esse in quo nullā ponit distinctionē. vt vnū q̄ est socrates/⁊ vnū q̄ est plato sunt duo in esse boīs: q̄ hoc distinguir in socrate et platone: et ideo sūt duo boies/non vnⁿ hō: Ita in diuinis p modū q̄ est ibi numerⁿ: numerⁿ numerans est id q̄ distinguit in esse personali: ⁊ facit vnū terminatū in se/⁊ ab alio determinatū in esse psonali in quantū personale est: et vnū et vnū facit duas psonas: ⁊ vnū et vnū et vnū facit tres psonas: sed nō facit duos vel tres deos: q̄ in esse diuino nulla ponit determinationē siue distinctionē. esse ēm subtātiale diuinū nō distinguir/nec determinat ꝓprietate aliq̄: vt in antehabitis sepius determinatū est. esse autē psonale/in quo psone distinguunt/est q̄ significatur in hoc verbo est: qn̄ est tertiū adiacens/⁊ nō alterū extremoꝝ. qn̄ dicit: pater est persona: filiⁿ est persona: et persona patris nō est persona filij: ⁊ pater ⁊ filius sunt due persone/⁊ nō vna: quia in esse personali distinguunt: ⁊ distinguens est incōmunicabilis ꝓprietas. ⁊ per hoc q̄ est distinguēs in esse personali/est in numerū ponens. Numerⁿ autē numeratⁿ hoc numero/est pluralitas/hypostasum/siue personarū. Unde tria p̄ma que hoc modo procedūt cōcedēda sunt. Ad id q̄ obijcit in cōtrariū: dicendū q̄ relatio nihil addit rei absolute: addit tū aliq̄d quantū ad modū significādi: qui tū modus significandi vere est in diuinis: q̄ refert ad esse psonale/q̄ vere est in diuīs veritate relationis et cōscibilitatis. ⁊ hoc sufficit in diuinis ad numerū aliqué qui est in diuinis: licet nō sufficiat ad numerū simplr. Ad aliud dicendū: q̄ alia est relatio in diuinis: ⁊ alia in puncto fm q̄ est p̄ncipiū/medū et finis. Relatio ēm in diuinis est relatio originis substātialis emanationis vniⁿ ab alio: ⁊ ideo facit eū quē distinguit/totā diuinitatē incōmunicabili ꝓprietate possidere: et est vere id q̄ō est substantia/licet differat per modum significandi: ⁊ non distinguit nisi in esse psonali. et id in quo ponit distinctionē/ponit in numerū vere ⁊ realem veritate esse psonalis ⁊ realitate: quia psona est ens ratū et perfectū. ⁊ hoc numerat in diuinis. In puncto autē fm q̄ est p̄ncipiū/medū et finis: nō ponit relationē ad oppositam rem/sed ad oppositā positionē in cōtinuo: siue ad oppositū istū. ⁊ ideo in puncto nō diuersum facit ens ratū/vt suppositū a supposito diuersum est: sed facit diuersum fm rōnē/que causat ex diuersitate situs: vt dictū est: ex q̄ puenit diuersitas actus puncti/⁊ nō suppositi: fm q̄ punctū aliud est actione p̄ncipians/copulans ⁊ terminans: nec tū aliud supposito vel subiecto. Ad id q̄ō vlterius queritⁿ: dicendū q̄ ratio vuplr dicir: scz ꝓut est actⁿ ratiocinantis tm: et prout est actus rei de qua fit ratio. Sicut dē vniuersale ratio: nō ideo q̄ tm fit i nobis/siue in mente nostra: sed ideo q̄ est res non in vno absolute accepta/sed q̄ in collatione accipir q̄ est in multis ⁊ de multis: quā collationē facit rō. Et b mō Damascenⁿ accipit rōnē. Et sic rō adidē referr. sicut res q̄dā est/q̄ō cōferendo accipir vt vnū i socrate ⁊ platone/⁊ de socrate ⁊ platone: ⁊ res in qua est ⁊ de q̄ē realr distincte accipir socrates ⁊ plato. In diuinis aūt ecōuerso est: q̄ natura accipir vt res eadē fm esse in patre ⁊ filio: pī autē et filiⁿ vt rōne ⁊ relatiōe distincti. Et ex hoc nō sequitur: q̄ persone nō differant nisi ratione que sit actus ratiocinātis: Et hoc ignorauit Sabellⁿ. Et per hoc patet solutio ad sequēs. Ad aliud dicendū: q̄ realiter nihil agitur in pluralitatem/nisi q̄ō realiter distinguir: esse autē diuinū non distinguitur: vt iam habitū est: sed esse personale per oppositionē ad alterū/et non per differentiā quā habeat ad aliquid q̄ō sit in persona: ⁊ ideo esse personale numeratur vt esse personale/et nihil aliud. Ad aliud dicendū: q̄ ex ordine nature numerⁿ est in diuinis/inquantū natura p̄ncipiū pullulationis est ⁊ emanationis substātialis vnius ab alio: eo q̄ in diuinis nihil est per accidens/vt dicit Augustinⁿ: ⁊ nihil ampostatū/ vt dicit Damascenus: sed vnusquisq̄ est fm incōmunicabilis existētie modū in hypostasi perfectus. In anima autez nō est sic. Substantiali ēm emanatione non emanat mens de anima/nec intelligētia de mente/nec voluntas de vtroq̄: sed vt potentie naturales: et

Solo particule. I.

Astruūt argumenta.

Ad p̄mū in cōtrariū

Ad 2m

Ad par. II.

Ad arg. 1m

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

in talibus est ordo nature fm quid/ꝛ nõ simplr: ꝓpre r quod ꝑsonas efficere nõ potest: sed differentiam potẽtiarũ in vna persona/que est homo: ꝛ in vna substantia/que est anima ꝛ vita vl' essentia. In diuinis autẽ ordo nature est fm pfectissimã rationem nature: q̃ pfectissime pricipiũ est pullulandi ꝛ emanandi quo alter procedit ex altero: ꝛ ideo in diuinis cõstituit pfectissime rem nature ꝛ hypostasim: que cũ incõicabili ꝓprietate naturã possideat pfectissime hz nomẽ psone ꝛ veritatẽ. Ad id qõ in contrariũ obijcit ia solutũ est. Sabellius enim dixit psonas differre ratõe que est actus ratõcinãtis tm: ꝛ non que est res de qua est ratio. Ad id quod vlterius querit/ quid nũ erẽt in diuinis: dicendũ q̃ hypostasis in esse psonali inquãtũ psonale est/ꝛ incõicabile est: hoc eẽ est esse patris ꝑ hoc q̃ pater est: ꝛ esse filij ꝑ hoc q̃ filius est: ꝛ esse spũsancti ꝑ hoc q̃ spiritussanctus ẽ. Ad dictũ Boecij dõm: q̃ hoc nõ ostẽdit/ nisi q̃ illa relatio effectiue multiplicet trinitatẽ vt nũerus nũerans: ꝛ nõ vt nũerus nũeratus. Et qõ dicit: q̃ nõ multiplicat nisi inquantũ est multiplex/ falsũ est: nullũ eẽ multiplex mltiplici nũerat: sed nũerat vno/ qõ cõgregatione agit in multitudinẽ. Et sic est in diuinis: q̃ relatio in diuersitate oppositorũ/ q̃ fundat sup diuersũ modũ originis/ multiplicat trinitatẽ. Sic eẽ pater est vna psona: ꝛ pater cũ suo opposito correlatiuo due psone: ꝛ pater ꝛ filius ꝑ hoc q̃ sũt vnũ pricipiũ spiratõis/ cũ suo opposito correlatiuo sũt tres psone. Ad dictũ augu. dõm est: q̃ esse psonale ꝛ psona nõ ẽ simplr absolutũ: sicut patebit in sequentib: sed intelligit distinctũ incõicabili ꝓprietate/ q̃ rationẽ incõitabilitatis nõ habet nisi ex oppositõe relatõis originis. Quia sicut dicit Richardus in libro de trinitate: nec natura permittit/ nec intellectus admittit: vt idẽ sit masculine ille qui est ab alio/ cũ eo a quo est. Ad id qõ in cõtrariũ obijcit dõm est: q̃ licet verũ sit qõ concludit: tm̃ id qõ ponit caute intelligendũ est. Non eẽ aliud est hypostasis ꝛ relatio re/ sed mõ significandi: vt sepius dictũ est: ꝛ si relatões nõ essent in diuinis/ que sũt incõcabiles ꝓprietates: nõ eẽt ponere diuersas emanatões ꝛ singulares modos ex istendi ad quos fm modũ intelligẽdi de necessitate concomitãtur incõicabiles ꝓprietates/ determinantes eos qui procedũt ab his ĩ quibꝫ procedũt: ꝛ si intelligerẽt sine his: impossibile esset q̃ differẽt ab inuicẽ: cũ hoc solo differant per incõicabilẽ ꝓprietatẽ.

Ad arg. in cõtrariũ

Ad pti. III.

Ad arg. 1m

Ad argu. in contrariũ

Queritur quantus sit numerus in diuis: vtrũ scz finitus vel infinitus: ꝛ si finitus in quo numero stat vt in termino.

B Mẽbꝫ. III

Arg. 1m

Ertio queritur: quãtus sit nũerus in diuinis personis: vtrũ scz finitus. Et si finitus/ in quo nũero stat vt in termino. Uidetur autẽ q̃ infinitus. Si eẽ pfectio bonitatis ꝛ pfectio charitatis/ ꝛ pfectio virtutis vt dicit Dionysius: deus nõ sinit esse sine germine/ sed facit ex ipo pullurare vt diuinos flores/ꝛ diuina in mina filiũ ꝛ spiritũsancũ: tunc quãto plures pullulant/ tanto perfectior est virtus/ bonitas: ꝛ charitas cõior. Charitatis autem perfectio est in cõitare: vt dicit aug⁹. Priuatus eẽ amor vitupera-

t

bilis est: cõis autẽ laudabilis. Perfectissima autem charitas ꝛ incompabilis omi charitati/ est charitas diuina: ꝛ est infinita: ergo nõ stat nisi ad infinitos quos diligit vt seipm. Uidet q̃ q̃ nũerus psonarũ sit infinitus. Adhuc: Ad hoc idẽ facere cõuenientie supius adducte de Richardo ĩ tractatu de bono: ꝛ tractatu de vno. Adhuc pncipij primi nõ est deficere in principiãdo siue producendo. Pater principiũ est totiꝰ diuinitatis: q̃ nõ deficit in hoc/ quin semp producat. Sempiterna autem productio est ad infinitos: videt ergo q̃ et pater producat infinitos filios: ꝛ pater ꝛ filiꝰ infinitos spiritus. Adhuc: hoc modo in scõo de generatiõe ꝛ corruptõe probat Aristo. generationẽ infinitã ꝛ in quietã esse: quia scz accessus solis ꝛ recessus in circulo decliui/ siue obliqui inquietꝰ est ꝛ infinitus. Uidet ergo a simili cũ potentia pncipiãdi in patre sit infinita: ꝛ similiter in patre ꝛ filio sit infinita: q̃ productio infinita sit ꝛ infinitoꝝ.

Arg. 2m

Ar. 3m

Arg. 4m

Adhuc: Unũquodq̃ potẽtius est in sibi coessentialibꝰ/ q̃ in his que sunt diuerse essentie ab ipso. Deus infinitus est in creando que creata sũt in diuersitate essentie ab ipo: q̃ multo magis infinitus debet esse in ꝓducendo psonas que sũt eiusdẽ essentie cũ ipo. Si qs ad hoc dicat: sicut dicunt qdã: q̃ infinitũ esse cõfusionis ẽ/ ꝛ nõ ordinis nature: ꝛ ideo psone nõ possunt esse infinite: quia confusio in diuina nõ cadit. Cõtra hoc est: quia id quod est de demonstratione potẽtie: nõ est cõfusionis/ sed potius exigentie naturalis. Dici autẽ aristo. in pmo celi ꝛ mũdi: q̃ potentia actiua non demonstrat pfecte nisi in vltimo ꝛ maximo in quo est virtus eius: ꝛ vltra quod nihil potest: sicut ꝛ potẽtia passiua nõ demõstrat/ nisi in vltimo ꝛ minimo in quo est virtus passionis eius: ꝛ ex quo vt ex principio inferẽt omnis passibilitas eius. Et dat exemplum: quia si aliquid patit ab vno quod minimũ est: statim infertur q̃ patitur a duobus: ꝛ sic in infinitũ. Et si aliquid potentia actiua potest in cẽtũ quod maximũ est: statim infertur/ q̃ potest in nonaginta ꝛ in octogintta: ꝛ sic in infinitũ. Cũ ergo potentia pncipiandi in deo sit infinita ꝛ actiua: videt q̃ virtus eius nõ demõstrat nisi ꝓducat in finitos. In contrarium huius est quod disputatum est supra in tractatu de generatione filij: ꝛ in tractatu de ordine nature. Ubi ostensũ est: q̃ ꝓductio psonarũ stat ĩ trib: quoꝝ vnꝰ est pricipiũ: ꝛ alter medium: ꝛ tertius in ratõe termini: in quo stat productio nõ ex impotentia que sit in ipo/ sed ex hoc q̃ in ordine nature in ratõe termini est/ ex ratõe ꝓprietatis qua distiguit a patre ꝛ filio. Solutio: dicendũ est: q̃ nec sunt/ nec esse possunt in diuinis nisi tres personꝫ In illis eẽ sufficiẽtia perfectionis est/ bonitatis/ virtutis/ꝛ charitatis/ delectationis/ iocũditatis ꝛ amicitie. ꝛ hec omnia in prehabitis ostensa sunt. Si eẽ attendit ordo nature: perfectio in tribus est: in principio/ medio/ꝛ fine. Nõ eẽ sunt nisi duo principia cõicatiõis: natura scz/ꝛ voluntas. Si natura attendit: multiplicari nõ potest nisi in res: scz in eũ qui pullulat ex seipo: ꝛ in eũ qui pullulat ex alio: ꝛ in eũ q̃ pullulat tm̃ ex alio passiue. Siue in eum qui producit nõ productus: ꝛ in eũ qui producit productus: et in eũ qui producit nõ producens. Siue fm verba

Arg. 5m

Arg. 6m

Arg. 7m

In ꝛtrariũ Argm

B Solutio mẽbꝫ. III.

augustinia quo alius qui nõ ab alio: a quo alius qui ab alio: et qui ab alio a quo nullus. Si eẽ dicat q̃ est quartus: qui nec est ab alio/ nec ab ipo alius: ille nõ põt esse in cõmunicatione nature. in eadẽ eẽ natura nõ est fm cõmunionẽ: nisi qui vl' dat naturã/ vl' accipit. Nõ eẽ habet cõmunionẽ in natura/ nisi accipiens eã ab alio/ vel dans eam alij: vel vtroq; mõ. Si autẽ diceret: q̃ essent duo dantes/ꝛ nõ accipientes: illi ꝓprietate non differrent/ siue specie. nec materia differrent: quia materia non potest esse in diuinis. nec essentia differrent: quia essentia in diuinis nec diuiditur/ nec distinguitur. ꝛ sic sequeretur q̃ penitus idẽ essent et vna psona: Idẽ eẽ est vt dicit Aristoteles in. vij. topicoꝝ/ a quo nõ differt differentia. Penitꝰ eodem modo pbatur: q̃ si essent duo vel plures qui ab alio a quibꝫ alij/ q̃ essent vna ꝛ eadẽ persona et ꝓprietate ꝛ essentia. Et eodẽ modo probatur: q̃ si duo vel plures essent qui ab alio a quibꝫ nulli: q̃ essent vna ꝛ eadez persona. Si autẽ diceret: q̃ essent plures dij in diuersitate essentie: sequeret q̃ nõ essent in vno ꝛ eodez ordine nature. Et ideo dixit synodus nicena: q̃ si quis dicat duos innascibiles/ duos faciẽs deos: anathema sit. Sic eẽ dicens/ vt dicit hylarius/ destruit ordinẽ nature ad vnum: et per cõsequens diuersos esse deos ponit. Sil' perfectio cõmunicationis volũtatis in tribꝫ est/ꝛ non in pluribꝫ: scz in vno q̃ diligit eũ qui ab ipso est: ꝛ in vno qui diligit eũ a quo est: et in vno qui est nexus amboꝝ. ꝛ si ponant duo/ vel plures diligentes eos qui ab ipsis sunt: vel diligentes a quibꝫ sunt: vel qui sunt nexus ambozũ: probabitur q̃ omnes illi idẽ sũt/ sicut prius probatum est: cũ nec formalẽ/ nec materialẽ/ nec essentialem habeant differentiaz: ꝛ sic patet q̃ vtriusq; cõmunicationis perfectio in tribꝫ est. Hoc eẽ patet per verba Augustini: Omnis eẽ multitudo que procedit ab vno principio: per eadẽ principia reducitur per que exit ab ipso. Exit autẽ omne qõ exit ab intellectu agente per principiũ efficiens/ꝑ formã qua fit: et per spiritum qui formã inuebit ei qõ fit. si autẽ reducit: oportet q̃ spiritu appẽdatur: et spiritu ordinẽt. Dico autem spiritu/ quem concepit ex primo faciente. Et oportet vt formã qua exiuit sequatur: et sic in principium vnde exiuit reducatur. Sic ergo in tribus omnis factionis/ꝛ oĩs reductionis est sufficiẽtia. Cõicationis ergo nature/ꝛ cõicationis volũtatis/ꝛ pfectio factionis/ꝛ pfectio reductionis ẽ in tribꝫ: ꝛ supfluũ abijcit a natura ꝛ ab arte ꝛ ab oĩbꝫ. Nõ ergo pũt esse plures/ vel pauciores psone q̃ tres: pẽ scz formans oĩa q̃ sunt: filiꝰ forma oĩm eoꝝ. q̃ formanꝫ: ꝛ spũsanctꝰ inuehẽs virtures ꝛ dona formãtis/ et forme: ꝛ reductiõe spũs reducẽs forma/ q̃ est filiꝰ quã sequat: ꝛ pẽ in quẽ reducit. Ad primũ q̃ dicendũ: q̃ infinitꝰ numerꝰ cõfusionis est ꝛ supfluitatis: ꝛ ideo esse nõ põt. Licet eẽ infinitũ potẽtia sit in q̃busdã causatis: tm̃ actu nũq̃ est: ꝛ in ordine causarũ nec est/ nec esse põt. q̃cq̃d autẽ in deo ponitur: sicut in ordine cause ponit/ꝛ nõ sicut in ordine causati. Ad aliud dõm: q̃ cõuenientie supra adducte nõ probãt/ nisi q̃ solitudo nõ põt esse in diuinis: et q̃ sufficiẽtia cõmunicationis est in tribus.

E

Ad arg. 1m

Ad 2m

Ad 3m

Ad aliud dõm: q̃ illa ratio ꝓcedit ac si pẽ principium sit motu ꝛ sui diuisione/ꝛ ꝑ vices tpm: ꝛ hoc falsum est. vnde ratio illa nihil probat in diuinis.

Ad aliud patet solutio ꝑ idẽ. Sol eẽ nõ est pncipiũ generationis ꝛ corruptionis/ nisi ꝑ motus accessus et recessus: qõ in sphera circuli recti fieri nõ potuit/ q̃ fm angulos rectos spherales secaret horizontem: ꝛ ideo oportuit q̃ fieret fm angulos circuli obliqui/ q̃ horizõtẽ secat fm ãgulos acutos ꝛ obtusos. Nihil autẽ talũ est in diuinis: sed idẽ eodẽ modo se habẽs semp facit idẽ/ꝛ ab eterno.

Ad 4m

Ad aliud dõm ẽ: q̃ ĩ b ifinitas notat pducẽtis: qz de se pducit aliũ q̃ infinitꝰ est essentia ꝛ potẽtia sicut ipse/ꝛ nõ in hoc q̃ infinitꝰ numero pducat. talis eẽ pductio nõ sine diuisione fit: diuisio aũt nõ cõuenit nisi materie et cõtinuo. vñ Aristoteles in. iiij. physicoꝝ dicit: q̃ infinitũ ĩ numero causat ex infinito ꝛ cõtinuo. Talia aũt in diuinis esse nõ possunt: qz talis infinitas materiat' est ꝛ infirmi.

Ad 5m

Ad aliud dicendũ: q̃ dictũ illoꝝ bene dictũ est. Et ad obiectionẽ dõm: q̃ multiplicatio in infinitũ nõ demonstrat aliquã potentiã actiuã/ vel vtutẽ eiꝰ: sed cũ multitudo/ in infinitũ causet ex diuisione in infinitũ/ demonstrat infirmitatẽ et defectũ materialis pncipij: sed actꝰ infinitus in essentia et potentia sicut filiꝰ ꝛ spũsanctꝰ: q̃ sunt actus nihil potentie habẽtes/ siue impfectionis: demonstrãt infinitã potentiã pducẽtis eos. Et ideo phs dicit in libro de causis: q̃ oĩs vtus vnita magis est infinita q̃ multiplicata. Id qõ adducitur in contrarium conceditur.

Ad 6m

Astruitur arm in ꝛriũ

Tractatꝰ. X. De vsia: vsiosi: hypostasi: et persona.

Hinde q̃ritur de hoc

d noie qõ est psona. Et q̃runt in cõmuni tria. Quia eẽ intellectuz psone pcedit intellectus vsie/ vsiosis/ et hypostasis: Ideo pmo q̃rendũ est de his trib. Scõo de persona qd significet/ vel quid pdicit in diuinis. Tertio q̃renduz est de veritate psonarũ: vtrũ scz vere sint psone/ vel nõ. Circa pmũ hoꝝ querunt duo: scz de vsiosi pmũ: ꝛ de hypostasi secundũ. Cũ eẽ vsia sit essentia: ꝛ de essentia in antehabitis satis dictũ sit: de vsia quererẽ nõ oportet.

Hui⁹ qõis duo sũt mẽbra.

Queritur de vsiosi qualiter distinguat in diuinis.

A Mẽb ũ. I.

Questio XLIII

E vsiosi autem primo querendũ est: qualiter ipsum et alia tria secuz distinguant in diuinis. Et ponamꝰ primo distinctionem eoꝝ qui fuerunt ante nos. Dixit eẽ prepositinus: q̃ alia est substantia subiecta: ꝛ alia est substantia subiecti. Substantia subiecta ẽ prima substantia: que est subiectũ/ que scz primo et principaliter ꝛ maxime dicit: vt dicit Aristoteles in predicamentis. Substantia subiecti substantialis proprietas est eiusdẽ substãtie: hoc est secũde substantie cui substat prima. Et hec est triplex: scz generalis/ specialis/ꝛ indiuidualis. Generalis que tm̃ genus: qua scz socrates est substantia. Specialis que tm̃ species est: qua socrates est homo. Indiuidualis que nec genus/ nec speciẽ/ sed indiuiduum tm̃ constituit: vt qua socrates est socrates. et hec sicto nomine dicitur socracitas. Et pro his dicit

Opinio prima

in greco quattuor esse nomina: scz vsia/que generalis/substātia est. Et vsiosis/que specialis substantia subiecti est. Prosopon que inditiuidualis ē substātia. Hypostasis/que est substātia subiecta.

Opinio secunda

Sed quia in diuinis nec genus/nec species est nec indiuiduū, ꝓprie: ideo alijs nō placuit ista distinctio. Et dixerūt: q̃ vsia in greco siue essentia in latino/est idem q̃ prima forma: simpliciter faciens esse/z non esse hoc. Dicit eim̄ Boecius in libro de hebdomatibus: q̃ omne quod est: ab alio habet q̃ est/z ab alio q̃ hoc est. Vsiosim siue subsistentiam dixerunt esse formā generalem vel specialē/qua id quod est hoc est: vt animalitate animal est: z humanitate homo est. Et hi dixerunt: q̃ vsiosis siue subsistentia dicit esse id quod est/siue subiectū: prout sua substantiali vel speciali forma est quid non indigens accidentib̄ vt sit: z quia subiectū dicit: ideo translatū est quandoq̃ ad significandū personas: sicut pater z filius et spiritussanctus sunt tres subsistentie: id est tres vere subsistentes persone/nullo alio indigentes ad hoc q̃ sint. Vsia vero quia subiectum nō dicit/nec quod est: nō translata est ad significādā personā/sed simpliciter naturam significat. Unde quāuis pater sit vsia siue essentia: filij̄ vsia siue essentia: spiritussanct̄ vsia siue essentia: tamē hi tres nō sūt tres/sed vna vsia z vna essentia. Substantia vero dicunt q̃ subiectum est/quā greci hypostasim vocant: quod interpretatur suppositū: eo q̃ vt res naturē sub cōi natura posita ē: z sicut dicit Auicēna: est ens in se cōplerum/z alteri occasio existendi in eo: substat eim̄ accidentib̄. Et ideo hoc etiam dicunt esse translatum ad supponendū pro personis. Quia sicut substantia que est subiectū/substat nature cōi/ita persona: z sicut substantia que est persona substat accidenti/ita persona ꝓprietati. Prosopon autē siue persona ꝓprie dictus est homo larvatus: vt dicit Boecius in libro de duabus naturis in vna persona christi: q̃ histriones in comedijs z tragedijs personas heroum/siue heroicas: siue viros/siue mulieres: vt symonē/cremetem/hecubā siue helenam laruis pictis ad similitudinē facierū illarū personarū z sibi ante faciem circūligatis repzesentabant: z facta earum heroica canebant carmine. Propter quod personā dicebant trāsumi ad significandū hypostasim discretā ꝓprietate dignitatis alicuius ab alijs hypostasib̄ siue indiuiduis. Et ad hoc Boecius inducit ratōes duas. Unam ex compositione vocabuli: Aliam ex accentu. Ex compositione: quia componit̄ a pro/quod est ante z sopon/quod est facies: quasi ante faciem vel añ facies. Antefacies eim̄ siue anterior facies/larua est. Accentu vero: quia in greco dicit̄ prosopon: in latino persona/circūflexa penultima: eo q̃ canentes inter os ꝓriū z os larue breui vel acuto sono vti non poterant/sed circumflexo. Contra hāc autem distinctionem multipliciter obijcit̄. Dicit enim Augustinus in libro de trinitate: Subsistere vel substare dicit̄ de rebus in q̃b̄ est aliquid vl̄ aliqua que sunt in subiecto vt accidentia. Sed in simplici natura diuina nihil est vt accidens: ergo in diuinis nō potest esse subsistentia/vel substātia siue vsiosis/vel hypostasis. Adhuc: Sub/q̃ ē in compositō ē subsistentie vel substantie/videtur

B In ꝓrariū arg.1m

Arg.2m

notare respectum ad superius: z sic in diuinis ēt superius/z inferius: quod negat Hieronym̄ in expositione fidei catholice ad alipiū. Et Augustinus tractans illud Exod.20.d. Nō ascendes per gradus ad altare meū/dicit: q̃ altare fides trinitatis est. Non ē autem prorsus aliquis in trinitate gradus: nihilq̃ quod inferius superiusq̃ dici possit. Abuc: Cū hypostasis sit idem q̃ substantia fm̄ istos: si conueniens esset distinctio eor̄: seqū retur q̃ sicut pater z filius z spūssanctus dicunt̄ tres hypostases: ita dicerent̄ tres substātie: z hoc est contra Augustinū. vij. de trinitate sic dicentē: Tam substantia q̃ essentia vtrūq̃ ad se dicit̄ nō relatiue. Unde hoc ē deo esse quod subsistere. Et sicut vna essentia catholice dicit̄/nō tres: pater et filius z spiritussanctus: ita vna substātia dicetur pater z filius z spiritussanctus/nō tres substātie.

Ar.3m

Opinio tertia

Propter hoc dixerunt quidam alij/aliter distinguentes ista quattuor. Dixerunt enim: q̃ essentia siue vsia significat ens nec distinguibile/nec distinctum ex se vel ex alio. Subsistentia siue vsiosis significat ens ex se nec distinctum/nec distinguibile: sed ex alio distinguibile. Substantia vero siue hypostasis significat ens ex se distinguibile/sed nō distinctum. Persōa autem siue prosopon significat ens ex se distinguibile z distinctū. Et ideo dicūt q̃ essentia siue vsia nunq̃ stat pro personis: nec nūeratur/nec recipit notionalem distinctionē. Et ꝓ hoc nō dicit̄ tres essentie: nec essentia generans/nec essentia genita. Subsistentia vero notionalē quidē recipit aliquando determinationē: z similiter substātia siue vsiosis/z hypostasis in greco. et iō dī substātia de sustantia: vel subsistentia de sbsistētia sed neutrū numeratur vt dicat̄: tres subsistentie/vl̄ tres substantie. Contra hoc ē: q̃ in diuinis nihil ē in potentia: ergo nihil ē ibi distinguibile. Dicunt autem isti q̃ sic differunt subsistētia z substantia z persona: distinctio ergo eorū nulla est. Adhuc: Unde venit q̃ ista quattuor nomia ponuntur in diuinis? In creaturis autem nō sūt nisi duo: scz vniuersale/z ꝓticulare: cū tamē creature minus simplices sint q̃ natura diuīa. Adhuc: Cum hec in scriptura sacra nō inueniāt̄: z dicat Dionysius: q̃ vniuersaliter nō est nobis audēdum aliquid dicere de diuinis/ꝓter ea que in sacris eloquijs sunt nobis promulgata: videtur q̃ ista nomina nō sunt ponenda in diuinis: eo q̃ dicit̄ Apostolus prime ad Timotheū vltimo. d. Prophanas z ineptas vocū nouitates deuita. Adhuc: contra omnes distinctiones videt̄ esse quod dicit Boecius in cōmento/super predicamēta: q̃ vsia materia est: vsiosis forma: hypostasis autem compositum. Ulterius querit̄: vtrū nomen sbsistentie vel vsiosis sit essentiale/vel ꝓprie. Ut detur autem q̃ essentiale. Dicit enim Hieronym̄ in expositione catholice fidei: q̃ tres personas/vel vt greci ponūt hypostases: id est subsistentias cōfitemur. Ex hoc accipit̄: q̃ hypostasis z subsistentia idem sunt. Hypostasis autem est substantia: q̃ subsistentia substantia est: z sic subsistentia nomē essentiale est. Adhuc: Boecius in libro de duabus naturis in vna persona christi: Deus vsia est z essentia: ipe eim̄ maxime est a quo oim̄ esse proficiscitur. Est etiam vsiosis id est subsistentia: subsi-

Argu.2m

Argu.3m

Argu.4m

C Qō sicdēs Argū.1m

Arg.2m

stentia enim nullo indigens est. Unde etiā vnā dicimus esse vsiā vel vsiosim/id est essentiā vel subsistentiā deitatis: sed tres hypostases/id est tres substantias. Ex hoc accipit̄: q̃ subsistentia nomē essentiale est: z q̃ nō bene dicit̄/q̃ tres subsistentie sint in diuinis. In cōtrariū hui̇ est quod dicit Richardus in libro de trinitate: Subsistētia ē incōcabilis existentia. Incōcabilis autem existentia proprietate incōcabili determinata/ꝓprietate incōcabili nō determinatur nisi persona, subsistentia ergo persona est/z nomen personale. Solo: dōm q̃ distinctio horū nominū quolibet dicto mō satis bene potest fieri. Et ratio istor̄ quattuor nominū: ē acceptio eē diuini fm̄ nostrū itellectū. Natura eim̄ diuina/sicut z omnis alia natura cōcabilis: aut accipit̄ in se/hoc est in sua simplicitate: aut accipit̄ prout est in habente eam. Et hoc modo intellectus quo rem accipit/significat per dictionē. Regulariter enim verū est: q̃ hoc quod contingit intelligi: hoc modo quo contingit intelligi/contingit significari. Unde si pmo mō itelligat̄: latine significatur nomen essentie: z grece nomen vsie. Si autem in habente intelligatur: cum habēs determinatū sit/hoc contingit dupliciter: aut eim̄ significatur vt determinatū sub natura cōi indifferēti/quā nō numerant suppositā/nec numerat̄ i illis: sed indifferens z indifferēti simplicitate est res in eis vna fm̄ rē: z sic significat̄ nomē subsistentie/siue vsiosis grece. Unde Boecius in libro de duabus naturis in vna persona christi dicit: q̃ hoc sbsistit quod nō indiget alio/hoc est accedente vt sit. Et hoc est fm̄ compositionē vocabuli. sistit eim̄ qō in seipō stat, ꝓprio termino: z etiā alia sistit ne fluāt vlterius. Quod autem fluit ad aliud vt sit/non sistit vt accidens. Subsistit vero: quod stās sub aliquo/sistit in illo: z hoc ꝓprie subsistens/z modus existentie/siue subsistentia vocat̄ ꝓprie. Si autem intelligatur esse diuinū in habente prout illud distinguibile est z determinabile ex aptitudine suppositi/proprietate cōiter accepta: tunc significat̄ latine nomine substātie/que est subiectū. Per hoc eim̄ vt dicit Auicenna/q̃ est occasio alteri existēdi in ipo: translatū in diuinā predicationē: significat̄ ens completū i se/determinabile ꝓprietate: z hoc vocatur substantia latine/z grece hypostasis: q̃ neutrū dicit ꝓprietatem aliquā singulariter designatā. Si vero accipiat̄ vt actu distinctū incōcabili ꝓprietate: tunc significatur latine nomine prosopon: z grece nomine prosopon. Et hec est causa quare persona/z distinguit̄ z nūeratur in trib̄. Actu eim̄ distinguens facit numerum in diuinis: vt in prehabitis de numero personarū dictum est. Hypstasis autē/siue substantia determinabilis quidē ē proprietate: z sic numerabilis: sed quia nō ē actu determinata/ideo nō numerat̄ fm̄ latinos: precipue prout dicit substantiā subiecti cōi ꝓprietate: put suba dicit̄ ens in seipo/nō indigens alio vt sit. Et ideo dicit̄ pater substātia: filius suba: spūssanctus suba: z hi tres vna suba. Et si obijcitur: q̃ greci dicunt tres subas/siue tres hypostases. Dicendū q̃ greci accipiunt hypostases pro persona.

In ꝓrariū arg.m

D Solutio mēbri.I.

E Ad opinionē primā

Ad id ergo qō obijcit̄ contra distinctionē ꝓpositini: dōm q̃ ꝓpositin̄ noluit q̃ genus z species/z indiuiduū ꝓprie ēssēt in diuinis. scilicet eim̄ q̃ vniuersale z particulare ꝓter indifferentiā maxime simplicitatis in diuinis esse nō posset. Sed quia in vniuersali duo sunt: vnū quidē q̃ est i multis: z hoc quidē nobilitatis est z pfectionis. alterū q̃ est de multis: z hoc ignobilitatis est: quia per hoc innititur alteri vt subiecto. Et ratione primi dicit generale ꝓpositin̄/quod in oibus est suis suppositis: Speciale autē in eo/q̃ specie differt ab alio: sicut pater specie ꝓprietatis differt a filio. Indiuiduale autem quod est in vno solo: que licet re non differant in diuinis/differunt tamen modo significandi. Et hec est intentio ꝓpositini. Ad distinctionē secundā: dicendum q̃ satis conueniens est.

Ad opinionē secūdā et arg.1m

Ad id quod primo obijcit̄ in contrariū: dōm q̃ Aug̃ accipit ꝓprie subsistere: scz q̃ fm̄ suppositū sistit aliud ens in seipo vt sit: hoc eim̄ est accidens. Unde accidens potius est esse q̃ essentia: vt vult Aristoteles in nono prime phie. Et hoc modo nō est in diuinis: sed potiꝰ trāsferet̄ ad diuina: prout determinabile est ꝓprietate cuius esse nō sistit: q̃ ꝓprietas substantia est in diuinis: sed habet eam in se sicut determinatū habet determinans: et sic in diuina transfertur predicationem. Ad aliud dicendū: q̃ cum dicitur sub/sicut substantia vl̄ suppositum: ꝓpositio sub/nō notat inferioritatem ad superius aliquid fm̄ rem/sed fm̄ modū significādi tm̄: sicut cōe rei dicit̄ supra: z discretū z determinatū dicit̄ sub: cū tamē re idem sint determinatum z cōe. Unde per sub z supra nō notat̄ diuersus modus significandi habens z habitū. Et si obijcit̄: q̃ aug̃ dicit. xj. confessionū: q̃ pater z filius nō differūt natura/sed causa z gradu. Et cōtra maximinū dicē: q̃ differūt ordo natura, vbi aūt ordo est ibi gradus est. Dicendū: q̃ nullus gradus est in trinitate: vt dicit Hieronymus. Dictū autem augu. intelligit̄ de gradu fm̄ scz modū intelligendi/z nō fm̄ rem. Inter ea eim̄ quorū vnū itelligit̄ sine alio/z alterū nō sine alio/ grad̄ ē intelligēdi. Et tal̄ grad̄ in itelligēdo ē iter patrē et filiū. Pater eim̄ vt inascibil̄ sine filio itelligit̄: filiꝰ autem sine patre intelligi nō potest. Causā autem vocat Augustinus auctoritatē patris ex generatione. Ad aliud dicendū est: q̃ substantia dicit̄ vt substans in seipa siue subsistens: nullo indigēs ad hoc q̃ sit. z hoc modo substantia vna est triū ꝓsonarū. Et hoc mō accipit eam Augustinus. z sic accidens nō est substantia: z ꝓprietas nō significatur vt substantia. Dicit̄ etiam a substare proprietati determinanti: z sic trahit̄ ad standū pro persona: z sic dicunt̄ tres hypostases: z tres substātie.

Ad 1m

Ad 2m

Obiectio

Responsio

Ad 3m

F Ad opinionē tertiā

Aristoteles accipit fortunam stricte. z sic fortuna nec ẽ natura que sit matera: nec natura que sit forma: nec natura que sit ꝓsequens naturam cõmunem: sed est natura propria que est naturalis potentia vel impotentia inherens generato ex influẽtia virtutum ordinis causarum/quã greci vocant imarmenen: vel est influentia virtutum stellarum celestium ad centrum generati: vt in antehabitis dictum est. Et ideo nato nõ subditur arbitrio rationis/vel libertati voluntatis vt ex illis moueat: sed subditur ordini causarum/vel dispositioni celestium ex quibus accipit virtutem mouendi z dirigendi esse/virtutem/z operationez generato p̃. Et ideo dicit Aristoteles definiens eam ibidem: q̃ fortuna est natura pterer rationem impetum faciẽs/dico ãt ipetũ faciẽs ad electões z operãtões z successus. Et ẽ rõ Arist. quã ponit prolemeꝰ in quadripertito: quia circulus exemplatus z in toto z in ptibus mouet sicut circulus exemplaris/siue ad ꝓspera/siue ad aduersa. Unde sicut circulus exemplaris nõ subditur arbitrio rationis z libertati voluntatis: ita nec circulus exemplatus: qui nihil aliud est nisi dispositio generatis adherens ex circulo ordinis causarum/vel ex dispositione stellarũ. et tales dispositiones Prolemeus vocat stellas secundas. Et ex hoc patet qualiter est aliq̃d melius q̃z natura. fm enim q̃ circulus exemplatus refertur ad exemplarem regens z dirigens: est melius q̃z natura. Ad aliud dicendum: q̃ fortuna non Ad 10m.

est intellectus: sed sicut dictum est potentia naturalis vel impotentia causalꝭ radicata in ordine cãrum vel positione stellarum: diffoꝛmiter mouens fm diffoꝛmitatem circuli ordinis causarũ vel stellarꝝ. et ideo ab antiquis cultoribus suis dimidia alba/z dimidia nigra pingebatur. z vno oculo cecca. quia lumine rationis non perfecte regitur.

G

Ad id qõ vlterius queritur de eupraxia: dicendum q̃ fm philosophos stoycos z piparhericos/ Ad. I. qõnẽ incidentem

talis est ordo in intelligẽtijs qualis est ordo in orbibus celestibus. et dicebant intelligentiam decimi ordinis irradiare supꝝ anĩas generatorũ. Et q̃d

adheret lumen intelligentie limpidum purum et
sincerum: dicebant fieri studiosos z eupzacticos:
et lumen adherens illis eupzariam dicebant. In
quibus autem incumbit ex impuritate comple-
xionis / z ex inclinatione aie ad continuum z tem-
pus dicebāt fieri inertes z cacopzacticos: z dispo
sitionē qua sic disponūtur / dicebant esse cacopza-
riam. Et p hoc pater / q̃ eupzaria pars fortune ē:
et cacopzaria pars infoztunij: Et hec est cā q̃ dixit
socrates: i lib. menonis / sic narrat plato: q̃ vt q̃ ē
studiosi bonū: nec ē assuescibile nec discibile bonū:
sed donū deozum celestiū. Hoc etiā cōcozdat dict
auicē. in. v. pme sue phie sue: q̃ intellect bono p̃ re
ctozū z verozū est ab intelligentia: q̃ est extra animas
nostras irradiante sup animas nostras: qz intelli
gentias esse in nobis nihil aliud est / nisi splendozes
intelligentiarū esse in nobis vt ibidē dicit. Id qō
obijcitur in cōtrariū ꝓcedendū est. eupzaria enim
nō est fozturia / sed pars ei. Ad id qō vtert qri
tur: vtrum christus fm cozp / vel fm animā subia
cuerit fozture: dicendū q̃ nō. Cum ēm ipse sit con
ditoz dispositionis q̃ in rebus est vel ex ozdine cā-
rum / vel ex positione sidez: nō potest subiacere di
spositioni tali: necq̃ de est gubernās vnūqōq̃ ad
debitū ozdinem z finē p̃uidentia sua / ab alio quo-
dam potest gubernari z suo ozdini necti. Et hoc ē
qō dicit aug. in sermone de epiphania: de christo
verum nō esset / q̃ sub decreto stelle nasceret: si etiā
alij z alij homīes sub decreto stelle nascerent. Nā
christ dei filij. p̃pria voluntate homo factus ē: alij
homīes nascuntur ꝓditione nature. Ad id quod
obijcitur in ꝓtrariū: dicendū q̃ christ defect no-
stros assumpsit volūtate / z nō contraxit naturevi
tiose necessitate. z ideo nō subijcit ei: z ꝓponitur
q̃ passus fuit q̃ voluit z qñ voluit z a quibus vo-
luit. Ad aliud dicendū: q̃ christus mobilis fuit
fm corpus: sed mobilitas volūtati sue subiacuit /
et ipse nō et: fm animā autē nō fuit mobilis. Et qō
dicitur: q̃ proficiebat sapientia z gratia: tropice di
citur: tropo illo quo res dicit fieri quādo inotescit /
vt dicit ambzosi. Unde qñ innotuit p̃fectus ei
coram hominibus / p̃fecisse dicitur: ab instanti au
tem cōceptionis habuit gratiam / z oēm sapientiā
quā vnq̃ acceptur erat. Unde in sapientia z gra
tia nō p̃fecit in se / sed cozā deo: qui opa sapiētie ei
et gratie acceptauit: z cozā hominib / qui p̃ opera
sapientie sue z gratie p̃fecerunt. Ad aliud dicen
dum: q̃ stella ei dicit nō que eū regeret / sed q̃ ad
imperium ei facta est: z que nouam natiuitatem
regis celestis nouo signo celesti demōstraret. Est
autem hic notandū: q̃ sancti ꝓtra fatū qō est ex po
sitione sidez disputātes: quedam inducūt que fm
astronomos nō bñ intelligentes dicta coꝝ / calū
niam videntur habere. Obijcit ēm gre. z augu
stinus in. v. de ciui. dei duob gemis simul de vno
cōcubitu cōceptis: quozū vnus est bon / z alē ma
lus. sicut iacob z esau: qui ñ sub eadem ꝓstellatio
ne cōcipiunt z nascunt. Obijcitur etiam de regi
na z ancilla simul ꝓcipientib z parientib. cum ta-
men alter nascat liber / z alter seruus. Et quia pos
set aliquis dicere: q̃ licet simul concipiant / non ta
men simul nascuntur gemini: z ita in diversis bo-
ris nativitatis diversa accipiunt fata. Instar gre
go. q̃ eadem rōne quia nō membza simul egrediū-

Ad arg^m. in cōtrariū Ad. II. qō / nēi incidentē

Ad arg. I^m in cōtrariū.

Ad 2^m

Ad 3^m.

D Impugnatio catholicoꝝ ꝗ ma / thematicos de fato.

Argumē. I.

Arg. 2^m

tur ex vtero / sed successiue: singula membza diver
sa fata accipiūt: qō absurdum est. Obijcit etiaz
grego. dicēs: q̃ mathematici dicere solent: q̃ q̃sq̃
sub signo aquarij nascitur in hac vita / piscatozum
ministerium sortiatur. piscatozes vero vt ferē ge-
tulia nō habent: quis ergo dicat q̃ nemo illic in stel
la a quarij nascitur vbi piscatoz omīno nō habeē:

Adhuc gregozius ibidem: Dicūt mathematici
q̃ qui sub signo libze nascuntur trapezite sunt futu
ri: hoc est nūmularij z monetarij. In multis au
tem locis sub libza multi nascunt vbi trapezite pe-
nitus ignozantur: sicut in quibusdam ptibus ru-
schie / vbi cōmutatōes fiunt rostris spiritoloꝝ z va
riozum / z nō nūmismate. Similiter obijciēs in
v. de ciuitate dei / Augustin dicit de duobus qui
eodem tempe infirmabantur: z eodem ingraueſce
bat infirmitas in eis / z eodem tpe alleuiabat: que
situz fuit ab astronomo possidonio quare hoc esset:
respondit / q̃ in eadem cōstellatione nati essent. q̃
situm fuit ab hypocrate: z dixit q̃ hui causa erat /
quia ab eisdem parentib z ab eodez cōceptu z eo
dem partu editi essent. Et laudat aug. hypocratē
qui causam pzozimā z intrinsecam reddidit: z vi-
tuperat astronomū / qui reddidit causam extrinse
cam p̃ aliud z p̃ accidens opantez. Et in fine dispu
tationis concludit sic: Nos aduersus istos sacri-
legos ausus atq̃ impios deum dicimus omia sci
re anteqũ fiant: z volūtate nos facere quicq̃d a no
bis nō nisi volentibus fieri sentimus z nouimus:
omnia vero fieri faro nō dicimus: immo nulla fa-
to fieri dicimus. qm̃ fati nomen vbi solet a loquen
tibus poni in constitutione siderum qua quisq̃ cō
ceptus aut natus est: quoniam res ipa inaniter a
serere tur / nihil valere monstram. Ordinez autē
causarum vbi voluntas dei plurimum potest: ne-
q̃ negamus / neq̃ fati vocabulo nūcupamus: nisi
forte vt fatum a fando dictum est intelligamus: id
est a loquendo. Non enim abnuim in sacris scri
pturis scriptum esse in Ps. lxj. Semel locutus ē
dominus: hec audiui z ē. z Job. xxxiij. Semel loq
tur deus: z scōd idipsum non repetit. Loqui enim
dei facere est: z ozdiare creaturas in verbo per qō
facta z ozdinata sūt omnia. Hec autem calūnian
tur mathematici: z oportet respondere calumnijs
eozum z saluare dicta sanctozum. Primum er-
go dictuz de geminis sic calumniantur: q̃ licet
vno vtero concipiantur / z ex vno concubitu: tamē
non concipiuntur nisi ex diviso semine ad diver /
sa loca matricis. et sic diversa sunt centra siue coz
da conceptozum. Diversitas autem centri totum
variat circulum nativitatis. Impossibile est enim
plures circulos ad vnum centruz referri / nisi vn
contineatur ab alio. Circulus autem sicut pzeba /
bitum est / cum tota constellatione sita in ipso refer
tur ad centrum: z cum diversi sint circuli gemino
rum / diverse constellationes erunt et diversa fa
ta eozundem. Contra hanc calumniam ex ipsa
scientia mathematicozum sic obijcitur: Constat
stellam ad locum nativitatis non contingere nisi
per lumen. probatum est autem in scientia de vi /
su: q̃ omne lumen quod exit a luminoso / in figura
pyramidali exit ab ipso: z pyramis basis circula-
ris est stans sup locum illuminatū: z conꝝ ei est in
corpore illuminante in puncto illuminosi: vnde

Arg. 3^m.

Arg. 4^m.

Obiectio augustini

I Calūnia. I. mathemati coꝝ contra arg. primū.

Confutatio

egreditur lumē. Basis autē pyramidis plus dila
tatur quo plus a cono circulus pyramidis elōga
tur: ita tamē q̃ omīa q̃ infra circulum pyramidis
continentur / lumē eiusdē illuminantis z eiusdē
virtutis z eiusdē causalitatis z eiusdem effect imi
tatur. Impossibile est q̃ cum vter concipientis in/
tra pyramidē continetur / quin totū qō est in vte
ro vt cōceptuz eiusdē nature z eiusdem virtutis z
eiusdē cālitat / lumie iformet. z sic tenet obiectō gre
go. Scōm etiā calūniant. dicūt ēm in diversis
vteris cōcipi seruum z libeꝝ: z sic ad diversos cir-
culos nativitatē referri: z sic nō tenere dictum san
crozum. Sed hoc elidit ex doctrina ptolemei: q̃
docet / q̃ si ignozatur grad cōceptiōis z nativita-
tis inueniat gradus occult prime p̃uentōis vel
coniunctionis solis z lune antecedentis: qz ex illo
incipit scintillario ad gradū conceptiōis vel nativi
tatis cōsequētis. Constat ēm q̃ ille gradus equa
liter respicit conceptum regine / z cōceptum ancil
le sequentis: qñ in vna hoza z simul cōcipiunt. Sz
a quo incipit scintillario / incipit dispositio fati: er
go eiusdem fortune z eiusdē fati debent esse conce-
ptus regine z conceptus ancille. z sic p̃cedit san
crozum obiectio. Tertiū etiā calūniantur. Di-
cunt enim: q̃ fm astronomiā aquari nō ē signū
piscatōis / sed iusticie. et ita nō tenet instantia. Si
militer dicunt q̃ libza nō est signū nūmulariozum
et monetariozū / sed p̃hetie z p̃hetarum. Sed
hoc fruolum esse ostenditur: qz ptolemeus et al-
bumasar in libzis suis de cōiunctionib planeta p̃
saturni z iouis dicūt: q̃ si fozturnā vel infoztunium
stelle signant / q̃ hoc maxime referendū est ad ima-
ginem signi / z ad anial qō eiusdē figure est. Unde
abzaam in libzo suo de cōiunctiōib dicit: q̃ pha-
raō coniunctionē iouis z saturni videns in signo
aquarij directe sup quattuoz stellas / que dicūtur
effusoz aque: cōiecit infoztuniū fututum ex aquis.
et vt infoztuniuz deriuaret a se sup hebzeos: iussit
pueros eozū in aquā mergi. Ergo natus in aqua
rio ad ministerū aque refertur sup fozturnium z in
fozturnium: vt dicunt sancti. Similr cum i signo
libze sint lāx z brachia libze: q̃ dicūt eē tres stellas
in vna linea positas: preterq̃ q̃ media ad latitudi
nem pollicis exit extra extremas: z sint appēsa bza-
chijs receptacula ponderū in finib brachiozum /
quattuoz stelle versus meridiem / z quattuoz vsus
aquilonem: fm dicram doctrinā ptolemei z albu
masar / eufoztunium z infoztunium qō in natū sci
tillat a libza maxime / videt referri ad eos qui ma
xime vtūtur libza. Tales autē sunt mēsularij / mo
netarij / z nūmularij. Et sic iterū tenet instantia sā
ctozum. Non enim pōt dici: q̃ in natos eozū q̃ nū
mismate nō vtunt / nihil scintillet a libza: cum per
yodus cuiuslibet nativitatis cōponat ex revolu-
tione duodecim signozū: sicut ostendūt astronomi
ex figura quā vocāt figuram iudicij: que quadrā-
gula est: quadrangulo significante locū gnatōis:
linee autē p̃tracte p̃ medium quadrāguli de angu
lo in angulum / z de puncto medio in quolibet late
re ad punctum mediū alterius lateris / describūt
duodecim circulos revolutionum signozū sup lo-
cum generatiōis: que respiciunt oēm habitudinē
hominum fm totā latitudinem climatum. Et sic
patet q̃ dicta sunt vana mathematicozum: z vere

K calūnia. III ꝗ z 4^m

Confutatio

sunt instantie quas sancti afferunt ꝓtra eos. Ad
quarum qō aug. dicit: dicendū q̃ augustin ne-
gat fatum ex cōstitutione sidez: eo modo quo ma
thematici ponunt ipsum / scz q̃ necessitatem impo
nat generatis: hoc ēm falsuz est. q̃uis ēm influat
dispositionem inclinantē ad hoc vel ad illud: tamē
nō obligat ad necessitatē. Laudat etiā hypocratez
q̃ primam causam reddidit questiōis: qz illa vera
causa est. et ex probat possidonium / qui causam ex
astris reddidit: que non sunt causa nisi p̃ aliud et p̃
accidens: sicut in phabitis dictū est. Unde hoc mo
do res quā dicunt astronomi inaniter ponit. Non
negat tamen augustin: quin aliqua dispositio in
clinans / nō cogēs sit ex stellis. Unde dicit in. v. de ci
uitate dei: q̃ nō potest negari / vsq̃ ad cozpozū im
mutationē afflatus valere sidereos. Quod au
tem gregozi nixenus dicit stoycos dicere: q̃ in re
uolutionibus succedētibus restituent eadem nu
mero: patet etiā falsum esse. pbatum est ēm in. iiij.
de generatione z corruptiōe / et p̃ suppositione ha
bitum: q̃ in revolutionib quecūq̃ habent substā-
tiam corruptibilem motam / nō reiterant eodē nu
mero. Sequēs tñ dicta stoycozū hozatius dixit:
Multa renascentur que nūc cecidere: cadentq̃ q̃
nunc sunt in bonoze vocabula: si voleꝝ vsus

Ad obiectō nē augusti.

Ad opionē stoycoꝝ.

Queritur de libzo vite. Qō. LXIX

Einde querit de libzo vite. In libzo ēm vite nō scribunt nisi p̃ uisi z predestiati: z scripti i libzo vite de necessitate ozdinis consequūtur vitā: z sic cadit in eundem tractatum cum p̃uidentia z predestinatō ne. q̃uis magister in sen. de eo nō faciat mentionē. Et quia de nullo multipliciter dicto potest deter minari quid sit / nisi p̃us distinguatur multiplici tas ei: ideo p̃mo determinabim de multiplicita te nomis libzi vite. Scōo querem qd sit. Tertio cui vel quoꝝ sit. Quarto: vtrū aliq̃s deleri possit qui ibi inscriptus est.

Hui qōis 4. sūt mē.

Queritur de multiplicitate nominis libzi vite fm quā intentionē p̃prie accipiat.

A Membꝝ. I

Primū ergo determinandū accipiam dicta sancozū qui hoc nomine liber vite / vsi sunt. Ex dictis ei coꝝ cognoscere habem in quo sensu hoc noie vtantur. Dicit igit aug. ij. lib. de ci. dei tractās illud apoca. xx. d. Et alius liber aperꝝ est qui ē vite / sic: Quedam igitur vis est intelligenda diuina / qua fiet vt cuiq̃ opa sua / vel bona vel mala cuncta in memoriā reuocentur: et mentis intuitu mira celeritate cernantur / vt accu ser vel excuset scientia conscientiam: atq̃ ita simul et omīes z singuli iudicētur. Que nimirū vis di uina libzi nomen accepit. z fm hoc non videtur li ber vite esse / nisi quoddam lumen illustrās consci entias singulozū: vt quasi presenter appareant no te peccatozum relicte in conscientijs malozum: et note meritozū in conscientijs bonozuz. Noram ei sui z imaginē relinquit in ania z bonum z malū. vt dicit fulgentius super epl'am ad Ro. Et iō apoca lipsis. xx. dicit libzi aperti sunt: qui sunt libzi con scientiaruz. Et subiūgit: z alter liber apert ē q̃ est vite: qui lumie suo illustrās est sil'r libzis consciem

Argumē. I.

Arg. 2^m

Argu. 2m. tiarum. Adhuc augʼ ibidez parū infra/assignās libri vtilitatē z actū sic dicit: Nō tamē liber iste cōmemorat deo aliqd/ne obliuione fallat: sed predestinationē si significat eoꝝ qbus eterna dabit vita. Neqz eim̃ nescit eos deʼ z in hoc libro legit vt sciat: sed potius ipa eiʼ pscientia de illiʼ que falli nō potest liber est vite/in quo sūt pscripti. i. ante ī cognīti. Ex his colligitur ꝙ in duplici intentione augustinus accipit librū vite. Uirtus eim̃ libri est z actus ꝓprius/repsentare ea que in libro scripta sūt ad noticiam inspicientis. Et ab hac similitudine dicitur liber vis luminis a libro vite resplendētis: reuocans vnicuiqz ad memoriā que fecit. Dicit ei pbo: ꝙ transferentes/fm aliquā similitudinē se trāsferunt. Unde quia vis illa luminis repsentat vt liber/libri nomē accepit. Liber etiā dicitur: qz exemplariter cōtinet in eo omnia de quibʼ loquit liber. Et ad hanc similitudinem mens diuina fm puidentiā/pscia z pdestinationē qua oia exemplariter z cāliter bona ꝓnētur quo ad gratiā z quo ad gloriam: p que vita habebitur: libri vite nomen accepit. Unde patet: q̃ sic strictius accipit liber q̃ primo modo. Primo eim̃ modo est respectu bonoꝝ z maloꝝ: Isto autē modo respectu bonoꝝ tm̃. Et sumitur similitudo a similitudie scripture libri. qz sicut que in libro sunt apicibus litterarū continentur: ita exemplariter z boni z merita bonorū continentur in pscientia z pdestinatione dei. Et sic patz in quo sensu augustinus accepit librum vite. Adhuc Augustinus Apocal'. xx. d. sup illud: Et aliʼ liber apertus est que est vite: glosa: Ebristus/ qui tunc oibus apparebit potens: z suis dabit vitam. vel liber est prescientia dei: qz tunc apertescīet ma/li se nō esse predestinatos ad vitā/ quā in mūdo existentes sibi promittebāt. Ex hoc patet: q̃ in duplici intentione glosa accipit librū vite. Scōz enim ꝙ ebristus liber vite dr: translatio sumit ab informatione z instructiōe, qz sicut liber informat z instruit eum qui legit librū: ita omni verbo z omni actiōe ebristus informauit z instruxit ad vitam. Qualiʼ autem pscientia dicatur liber iam/ante dictum ē.

Argu. 3m. B

Arg. 4m. Adhuc Philip. iiij. a. sup illud quorum nomia sunt in libro vite/glosa. i. in predestinatione dei. qz enim diuersi meriti sunt/diuersas mānsiones habebunt in eterna domo. z iste modʼ sumit iuxta secundum modū augustini pdictum.

Argu. 5m Ad Heb. xij f. sup illud: Qui conscripti sunt in celis/dicit haymo: A simili dicit hoc: vt olim dicebant patres cōscripti/quia eorū nomia scripta sunt in libro vite. Idem ergo est cōscriptum esse in libro vite: q̃ conscriptum esse in celis. Unde patet ꝙ fm hāc glosā translatio attendit penes similitudinez finis. liber eim̃ vite finaliter ducit ad vitā eternā z incorruptionem. Dicit autē aristot. in. ij. de celo z mundo: ꝙ vita ꝓpetua z incorruptibilis z beata nō est nisi in celo.

Arg. 6m. Adhuc sup illud Ps. xxxix. in capite libri scriptum est de me: id est apud deū patrē qui est caput mei dicit ebristʼ. qui sum liber humani generis in quo quisqz legere debet: id est qui sum forma iusticie hominibus. Et iste modus sumit iuxta pmum modum glose sup apocalypsim.

Arg. 7m. Adhuc sup illo deleantur de libro viuentium/glosa augustini: Liber est noticia dei qua predestinauit ad vitam quos prescīuit cōformes fieri imaginī filij sui. Et similitudo istius trāslationis patet ex scōa acceptiōe augustini in verbis de ciuitate dei.

Argu. 8m. Adhuc sup illud Ps. 138. In libro tuo oēs scribent/glo. scribētur/ id est instruentur z nominabuntur in libro tuo. s. in me: quem dedisti formā iusticie hoibus. z sic iterum ebristʼ dr liber vite: eo ꝙ preceptis/consiliis/doctrinis z exemplis instruimur ad vitā.

Arg. 9m Adhuc Ecci. xxiiij. c. sup illud: Hec omnia liber vite et testimonium altissimi/glosa: liber vite est nouū z vetus testamentum.

Arg. 10m. Adhuc Malach. iij. d. sup illud: Attēdite dnis z audiuit z scriptus est liber mo nimēti coram eo. glosa: verba que dicūt hic blasphemi/cōtra timentes deū scripta sunt vt sunt in memoria pscientie dei. ergo prescientia dei liber est.

Arg. 11m. Adhuc danielis. vij. d. sup illud: iudicium sedit z libri aperti sunt. glosa: libri/hoc ē cōscientie z opa singulorum in vtraqz pte vel b ona vl mala oibus reuelantur. bonus liber est viuentiū: malus qui ē in accusatoris manu/q̃ est inimicus z vindex. Et hoc accipitur ꝙ liber vite aliquādo est bonoꝝ conscientia/cōtinēs merita vite: Aliquādo maloꝝz conscientia/cōtinēs merita mortis.

Arg. 12m Adhuc Zacha. v. a. sup illud: Et vidi z ecce volumen volans: grego. Quid est volumē volans/nisi scriptura sacra: que dum de celestibʼ loquit/ad suplora mentis nostre intentionē leuat: Querit ergo cum in tot intentiōibʼ liber inuenit: fm quid diuersitas illa accipiatur: z fm quā intentionē ꝓprie liber vite dicatur.

Solo mem bri. I. £ Solo: dicendū ad hoc: ꝙ fm magistruz bugonem de sancto victore in eplā ad beatum Bernardum de ordine iudicij sic dictum est: ꝙ omē illud dr liber q̃ ptērita quasi repzesentando ad noticiam z exemplar/vel vt exemplum ꝓtinet: z noticiam informat ad veritatem/z instruit ad ea q̃ repzesentat. Et hoc oportet vt in gne fiat vno trinum modorum. s. ꝙ repzesentet vt exemplar: vel vt exēplatum: vel vt signuz. Si vt exemplar: hoc ē duobus modis: scz vel vt exemplar tm̃: vel vt exēplar et cā. Si vt exemplar tm̃: ita q̃ large sumātur exēplar: fm ꝙ in exemplari repzesentatur habitʼ et pūatio: fm ꝙ ars dicit exemplar z boni z mali artificiati: boni quidē q̃ dr exēplar imitat z implet: mali autem q̃ ab exemplari decidit. sicut dicit aristoteles ꝙ rectum est index sui z obliqui. sicut in phabitis in questiōe: qualiter omia sint ī deo ostensuz est. Si q̃ sit in ratione exemplaris/liber dicit. Sic pscientia dei q̃ est de bonis z mal liber dicitur: qz ī ipsa omnia exemplariter continentur: z vis ab ipsa ꝓcedens z vnicuiqz sua ad memoriā reuocans/ dicitur etiā liber. Et sic liber est quid increatū: z dicit liber vite/qz nihil ꝓtinet nisi q̃ dr est vita in ipa. quia etiam si pscientie subiecta sunt mala z peccata: hec nō sunt ibi p ꝓprium exemplar/sed sicut dictum est per puationē qua ab exemplari decidunt. Si ē vt exemplar z causa: tunc pdestinatio est liber vite z puidentia. ipsa eim̃ est que exemplariter habet z effectiuum bonū nature/z bonū gratie/z bonū glorie in rationali natura. Si autē est vt exemplatū: hoc non potest esse nisi altero duoꝝ modorum. s. p gratiā vnionis/q̃ vnit cū libro vite. z ex hoc exēplar vite exemplificat in eo: z informat z instruit ad idem ad q̃ informat z instruit exēplar. Et sic ebristus est liber vite fm omnia que diuinitas sua opata est in humanitate eius. Per omnia enim illa in-

struit ad vitam. Si autē p grariam est: tunc nō potest esse nisi p talem gratiā/per quā exemplaria sapientie diuine z eterne impmunt z sigillant i ania Et hec gratia est vt dicit magister hugo studium eterne veritatis/z suspensio altissime cōtemplationis. hec eim̃ in mente describūt exemplaria z instituta vite: ex quibʼ qui liber legit an vita vel morte dignus sit. Et sic accipit liber daniel'. vij. z. ij. apocalypsi: qui libri sūt cōscientie sanctorū. per illam si multitudinem qua etiā algazel dicit in physica sua de anima: q̃ ania est sicut chartula b ceuis rerum scientias continēs. Et sicut dicit apocal yp. xx. d. q̃ mortui iudicati sunt ex his que scripta sunt in libris. Unusquisqz eim̃ tunc ad corda pfectorum illustrata diuino lumie respiciens/ conuincitur fm conscientiā ꝓter quid saluatur/z ꝓter quid damnatur. Si autē est vt signū: cū sicut dicit pscianus/ littera sit nota z signū elemēti: elemētorū autē cōpositio z articulatio nota z signum significate rei: sic dicitur vetus z nouū testamētuz liber vite/z sacra scriptura: In illa eim̃ designatur nobis qualiter instituimur ad vitā. z his tribʼ vltimis modis quid creatū est liber vite. Et his patet solutio ad omnia quesita. Patet etiam ꝙ in duobʼ pmis modis liber vite essentiam diuinā significat: z cōnotat effectum ī creatura: z ē cōis tribus psonis. Appropriatur tamē filio: eo ꝙ omnis liber ab alio quodā formante noticiā suam z discribente ꝓcedit. z ideo patri appropriari nō potest: quia ab alio nō est. nec spūsancto appropriari potest: qz sapiētia sibi nō cōpetit/sed bonitas: nec ab vno ꝓcedit/sed a duobʼ: Liber autē ꝓprie ab vna formata z descripta noticia est. Appropriatur ergo soli filio: q̃ solus ab vno est: z solus formata noticia siue verbū patris est: et solus sapiētia genita est de sapiētia ingenita.

D

Obiectio

Et si obijcitur ꝙ memoria attribuit patri. Dictum ei est ante in auctoritate augustini pinducta: ꝙ liber vite est vis quedā diuia/singulis quecū z fecerit mira celeritate ad memoriā reuocās. z sic liber vite videtur appropriari patri.

Responsio

Dicendum ꝙ duplex est memoria/fm augustinū z damascenū. vna est habitus mētis veri z boni/ex qua ad noticiam veri z boni format intellectus. z illa appropriatur patri: z de ea nō intelligit dictū augustini. Alia est vt dicit damā. coaceruatio formaꝝ sensibilium prius acceptaruz: vel vt dicit auicē. thesaurʼ formarum sensibiliū prius acceptarū. qz dicit Aristot. in lib. de reminiscentia: ꝙ oportet memorantē diuide re que prius nouit. Et hec memoria format ex noticia: z ideo patri appropari nō potest. z hec ē de q̃ loquitur aug. in auctoritate preinducta.

A Mēbr. II. Argumē. I

Queritur quid sit liber vite.

f Secundo queritur: Quid sit liber vite. Et dicit augustinʼ. ij. de ciuitate dei: ꝙ liber vite prescīentia dei est. Et si hoc est verum: tūc videtur ꝙ ita dicatur liber mortis sicut liber vite. prescīentie eim̃ diuine ita subiacēt peccata maloꝝ que sunt causa mortis: sicut merita bonoꝝ q̃ sunt causa vite.

Arg. 2m

Adhuc videtur ibidē ex verbis aug. prepositis. dicit eim̃ ꝙ liber vite est vis quedā diuina singulis mira celeritate ad memoriā reuocās q̃ cūqz fecerint siue bona siue mala. z sic videt ꝙ eq̃liter respiciat ea que sunt causa mortis/ sicut q̃ sūt causa vite.

Arg. 3m

Adhuc Aristo. in. ij. topicoꝝ: Una scientia est plurium velut ambozū finiū: vnius tangēs finis alterius/tangēs eius qd est ad finem. sicut dicit galienus in regni: ꝙ medicina est scientia sanozuz/ egroꝝ z neutroꝝ. licet eim̃ finis medicine sit sanū: tū qz ad finē illū nō pueniit nisi considerādo egra z neutra: tunc etiā est egroꝝ z neutrozū. tunc videt etiā ꝙ scientia vite eadē sit cū scientia mortis. quia oppositoꝝ eadē est disciplina siue scientia. z ita pscientia dei dicit liber mortis/sicut liber vite.

Arg. 4m Adhuc liber vite nō potest dici: nisi quia vel liber viuit: vel quia instituit vel instruit ad vitam: vel qz viuūt qui scipti sunt in libro. Si primo modo: tunc eū vita illa sit vita diuina/videt ꝙ equaliter sit liber vite respectu vite z respectu mortis eterne. Uita eim̃ dei que eadē est cū prescīentia/ equaliter se habz ad mortem z ad vitam. viuere enī tunc dicit fm vitā intellectualē. Et hec vita/ita demōstrat in ordine penarum ad culpam: sicut in ordine premiozū ad merita. Cum enim viuere multipliciter dicat: vt dicit Aristo. in. ij. de aia: pncipalt rñ dicit viuere intelligere: qd̄ eque manifesta in ordine penarū ad culpā: sicut in ordine premioꝝ ad merita. Si secūdo mō dicit liber vite: cū hoc modo liber vite vocat ebristʼ vel scriptura: vt patet ex phabitis: tunc sequit ꝙ liber vite nō sit ab eterno. q̃ dr est incōuenīēs: cū liber ille sit pdestinatio/siue pscīētia dei. Adhuc fm hoc eodē modo est liber mortis sicut liber vite: qz eadē scīētia z idem exemplū per auersionē est instituēs ad vitā: z per auersionē instituēs ad mortē. Si tertio modo dicit liber vite: scz quo viuunt qui scripti sunt in libro vite: tunc sequit ꝙ liber vite est respectu omniū: scz respectu dei/z respectu creaturarū. sic enī liber scientia dei est vel sapiētia. scit eim̃ deus maxime seipm: z scit etiaz oia anteqū fiant. vt dicit Ecci. 23. d. z scit per hoc omnia/ qz rōnes omnium sunt in ipo: que vt dicit augʼ oēs viuūt. vnde dicit Job. 1. Q̃d factū est/in ipo vita erat.

In ꝓtrariū huius

Q̃d si concedat: in contrariū est vt phabitū est ab augʼ: ꝙ liber pdestinatio est. q̃ liber vite non est nisi respectu eoꝝ quoꝝ est pdestinatio. sed respectu dei nō est predestinatio: qz deus nō pdestinat se/nec sibi aliqua. Et etiā pdestinatio est pparatio gratie in pseni/et glorie in futuro: q̃ nō cōuenit rebus rōnabilibʼ: que tamen vita sunt in ipo.

Arg. 5m Adhuc creatura rōnalis triplici vita viuit: scz nature/ gratie/z glorie. De vita nature dicit Act. 17. f. Non longe est ab vnoquoq̃ nostrū. In ipo eim̃ viuimus/mouemur z sumus. In ipo eim̃ viuimus sicut in pncipio pme vite omnibʼ viuētibʼ vitam influēte. Ps. 35. Apud te est fons vite. De vita gratie intelligit q̃d dicitur Bal'. 2. d. Q̃ aūt nūc viuo/in fide filij dei viuo: qui dilexit me/z tradidit semetipm pro me. Rom. 1. b. Justus aūt ex fide viuit. De vita glorie dicit Job. 10. b. Ego veni vt vitam habeant: z abundantius habeāt. Job. 14. Ego viuo z vos viuetis. Job. 17. Ut cognoscant te solum verum deum z quē misisti ie sum christum: hec est vita eterna.

B Solo mēbri secūdi

Queritur ergo fm quā rationē vite dicatur liber vite.

Solo: dicendū ꝙ liber vite dicitur z est fm definitionem predestinatio dei/lumie scīētie beneplaciti ad vitam eternā in se ostendens z pparando exhibēs ea q̃ per se sunt causa meritorū vite eterne. Et ideo quia non respicit noticiam tm̃/sed etiam ea q̃ sunt

causa meritoria vite: z quia denominatio fit a fine: nō dicitur liber sapiētie/ sed liber vite. Dicit etiam glo. sup illud. ix. e. ad romanos: Sustinuit in multa patiētia vasa ire apta ad interitū: quia deus iudicabit nō fm pscientiam/ sed fm iusticiā. Et apocalyp. xx. d. dicitur: q̄ mortui iudicati sunt ex his que scripta erāt in libris: nō tamē dicitur liber iusticie/ sed vite: eo q̄ nihil cōtinet/ vel ad ordinat nisi ad vitam beatā z ad ea que p se sūt causa vite beate. sicut dicit ipsa predestinatio ppparatio gratie in presenti/ z glorie in futuro: que eīs z quibus ppparat pdestinatio talia continet: z in se legenda exhibet liber vite. Et q̄ ita sit/ patz ex glosa phil'. iiij. superius inducta: que sic dicit: Quorū nomina scripta sunt in celis. i. merita. Et super illud Luce. x. c Gaudete/ quia nomīa vestra scripta sunt in celis. glosa: siue celestia/ siue terrestria opera quis gesserit: p hoc quasi litteris annotat⁹ apud dei memoriam eternaliter est affixus. Et quo patet: q̄ nihil aliud est scribi i libro vite/ nisi p opera celestia siue meritoria apud dei memoriā ad vitam annotari.

Ad arg. 1m Ad primū ergo dicendū: q̄ fm q̄ prescientia dicitur liber/ nō est in ea scriptū nisi id qd vite est. mala enim que mortis sūt p ꝓpriam speciem non sunt scripta/ sed p auersionē z priuationem ab illis cognoscuntur z scīa memoria diuina annotantur. vnde patet q̄ liber non equaliter se habet ad mortem z ad vitam. Ad aliud dicendū: q̄ licet equaliter quātum ad vtrumq̄z vis illa diuia ad memoriam reuocet bona z mala: nō tamen equaliter q̄ntum ad modum reuocandi. bona enī reuocat ostēdendo ea per propriam speciem: mala autem nō nisi quia boni specie priuantur. Ad aliud dicendū q̄ vna scientia est plurium z contrariorum etiam oppositorum: sed nō vtrumq̄z regulis suis ostēdit et principijs: sed vnū ostendit principijs suis: alterum autem cognoscitur ex defectu principiorū veri z boni qd docetur in scientia. Ad aliud dicendum: q̄ liber vite nō dicitur quia ipse viuat/ sz vita sit. sed sicut dictum est liber vite dicit: quia omnia que continet/ vel sunt vita/ vel ordinantia ad vitam eternam: hec enim omnia p propriam speciez annotata sunt in memoria dei: alia autem non/ sz per priuationem. Et bene concedendum est: q̄ nō dicitur liber vite sicut instituens ad vitam sicut p signum z exemplum: sicut de christo z scriptura in prebabitis dictuz est. sed liber vite dicitur sicut annotatā habens z affixā vitam/ z ea que sūt vite meritā: sicut dicit glosa p̄inducta de luce. x. Similit etiam tertio modo nō dicitur liber vite. non enim dicitur respectu vite dei viuētis in cognitione sui: quia hec vita nō scribitur/ sed est pseipsam. q̄d eīs scribitur/ ab alio est: siue a deo sit scriptum eternaliter: siue ab homine temporaliter. Alia vero q̄ per speciem sunt in cognitione dei: non dicuntur viuere nisi fm quid. nō enim viuunt nisi in alio. sicut artea in mente artificis. z in seipsis non habent principium vite. liber autem vite de his est que in seipsis habent principium vite beate. hec enim vita sola vera vita et libera vita est: eo q̄ hec nec morti/ nec cause mortis/ nec sequelis mortis est obnoxia.

Ad 2m

Ad 3m.

Ad 4m.

Ad 5m. Id autem qd cōtra hoc obijcitur procedit. Ad aliud dicendū: q̄ liber vite dicitur vt a contento et annotato in ipso. z hec est vita eterna z vita gratie ordinans ad vitam eternam: z non dicitur a vita natura/ vt probatum est. Et ratio est que dicta est: q̄ vita illa nō morti est obnoxia: nec cause mortis/ nec sequele mortis. Et hec vita in deo est sicut i fonte z obiecto: In gratia autem z meritis sicut in causa meritoria: In beatis autem sicut in fruentibus z participantib ea.

Queritur cuius vel quorum sit liber vite: vtrū scilicet boni z mali scripti sint in libro vite: vel boni tm̄.

A Mēb p. III

Ertio queritur: Cuius vel quorum sit liber vite. Et queritur: vtrum boni z mali scripti sint in libro vite: vel boni tm̄. Et videtur q̄ z boni z mali. Luc. 10. c. super illud: nomina vestra scripta sunt in celis: dicit glosa sicut in antehabitis inductum est: Si quis terrestria/ siue celestia opera gesserit: per hoc quasi lītis annotatus apud dei memoriam eternaliter est affixus. Sed si quis terrestria opera cōmittit/ malus est: ergo malus apud dei memoriam est annotatus. Idem autem est in libro vite scribi quod apud dei memoriam annotari: ergo malus in libro vite scriptus est. Ad huc Apocal. 3. a. sup illud: Non delebo nomen eius de libro vite. Blosa: delet reprobos. Sed quicūq̄z delentur de libro vite/ aliquando fuerunt scripti: ergo reprobi aliquando fuerunt scripti in libro vite. In contrarium huius est quod dicitur Exodi. 32. g. super illud: Si quis peccauerit in me/ delebo eum de libro meo. glosa: vt fm iusticiam iudicis videatur deleri cum peccat: ergo qui peccat deletur de libro vite. ois malus peccat: ergo ois malus delet de libro. q̄cūq̄z delet de libro nō ē script⁹ in libro: ḡ nullus malus scriptus est in libro vite.

Arg. primū

Arg. 2m

In ꝛrariū argumentū

Qō incidēs Argumētū

Ulterius queritur: si boni fm p̄sentem iusticiam scripti sint in libro vite: vel boni finaliter tm̄. Et videtur q̄ fm p̄sentem iusticiam. Rom. 9. e. super illud: Ut ostenderet diuitias glorie sue. glosa: sunt quidam quib̄z data est gratia in vsum: vt sauli/ z iude: z illis discipulis quib̄z in euangelio dñs dixit Luce. 10. c. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis: qui tamen abierunt retro. Job. 6. g. Multi ex discipulis eius abierunt retro. ergo illi fm p̄sentē iusticiam ibi scripti fuerunt. In contrariū huius est: q̄ sicut dicit Aug⁹: Liber vite pdestinatio est diuina. sed predestinatus non est nisi qui finaliter bonus est: ergo in libro vite nō est scriptus nisi qui finaliter bonus est. Adhuc Apoc. 20. d. Qui nō est inuētus in libro vite scriptus/ mittitur in stagnū ignis z sulphuris. glosa: hoc est ad vitam pdestinatus. ergo esse pdestinatū/ est esse in libro vite scriptum. Sed nullus est predestinatus nisi gratia finali: z sic fm p̄sentem iusticiam mali siue reprobi finaliter non scribunt ibi. Solutio: dicendū q̄ in veritate in libro vite dupliciter cōtingit aliquē scribi: scz simpliciter: z fm quid. Simpliciter nō scribuntur in libro vite nisi simpliciter z finaliter boni. Scriptura eīs fit ob perpetuā rei memoriam. Perpetua autem memoria ad vitam nō habetur/ nisi de bonis finaliter: z ex electione diuina bonis/ z non tm̄ ex presenti iusticia. z ideo non scribuntur nisi perseueranter boni z electione diuina. Scōm quid autem scribi/ est scribi fm causam que est causa vite fm quid z non simpliciter. p̄sens

Arg. 2m

B Solo mēbri tertij.

autem iusticia nō est causa vite nisi fm quid: hoc ē vt nunc. z fm illam scribi est scōm opinionē hominum scribi/ z nō fm noticiā dei que eterna z immobilis est. Et hoc est qd dicit glo. sup illud. j. esdre. ij. a. Hi sunt filij puincie. glo. nullus predestinatus in pperuū perire potest. Si quando eīs in babylonem adducitur: puisione diuina ad pacem ecclesie reducitur. Unde patet q̄ pdestinati scpti sunt: q̄ omnes finaliter boni sūt/ z nō alij. Ad primuz ergo dicendum: q̄ qui opera terrestria gesserit/ apd dei memoriaz scriptus est z annotatus. Sed apd dei memoriam scribi nō est in libro vite scribi: sed in pdestinatione dei scribi/ est in libro vite scribi: quia predestinatio dicit noticiā beneplaciti cum ppparatione eorum que faciūt dignū vita. Et cum obijcit in memoria scribi/ est idez qd in libro vite scribi: q̄ memoria dei eadem est cum libro vite. Incidit fallacia accētis: licet eīs eadem sint re/ tamē modo significādi nō sunt eadem. z ideo nō oportet q̄ id qd attribuitur vni credatur etiam alteri inesse. Ad aliud dicendum: q̄ reprobi nūq̄z fuerunt scripti in libro vite nisi fm quid: vt dictum est: z ideo nunq̄z fuerunt deleti simpliciter/ sed fm quid. dicuntur enim deleri/ quando deserūt presentem iusticiam: quia tunc fm opinionē suam z aliorū apparet eos esse deletos: eo tropo quo dicit res fieri quādo innotescit. Ad id qd obijcitur in contrariū/ iam patet solutio p dicta. Ad id qd vlterius queritur: dicendum q̄ simpliciter nō sunt scripti in libro vite/ nisi boni finaliter. quia sicut se habet pdestinatio ad saluandos/ ita q̄ est noticia saluandorum: ita liber vite se habet ad renumerādos z beatificādos/ ita q̄ est noticia beneplaciti remunerandorū z beatificandorū. Et illi qui abierunt retro/ z qui gratiam acceperūt in vsum quendā quo ad remp⁹ deseruirent. puidentie: sicut iudas in tradendo christū: z saul in significādo regnū abijciēdū z suscipiēdum regnum immobile. sicut dicit ad Heb. xiij. z danielis. ij. nō fuerunt scripti nisi fm quid: vt iam dictum est. Duo que obijciuntur in contrariuz simpliciter cōcedenda sunt.

Ad arg. 1m

Ad 2m

Ad argum

Ad arg. 1m

Ad oōnem incidentem

In contrariū argumentū

III. questio incidens.

Arg. pmū.

Arg. 2m

In ꝛrariū argumētū.

Utrum aliquis deleri possit qui script⁹ est in libro vite.

A mēb p. IIII. Argumē. I

Uarto queritur: vtrū aliquis deleri possit qui in libro vite scriptus est. Et videt q̄ sic. Exo. xxxij. d. Qui peccauerit in me/ delebo eum de libro meo. Adhuc Ps. lxviij. delebitur de libro viuētiū. Adhuc pdestinatus potest peccare/ z i peccato finaliter manere. z si finaliter permanet in malo/ delet: cum tamē ante scriptus fuerat/ quia predestinatus. ergo scriptus in libro vite potest deleri. In cōtrarium est: quia sup illud apoc. iij. a. Non delebo noia eorum de libro vite/ dicit glosa: liber vite est prescīēia dei in quo oia sunt cōstātia. si autē omnia cōstantia: nulla sunt delebilia. ergo nihil scriptū in libro vite deleri potest. Jacobi. j. c. Apud quē nō est transmutatio/ neq̄z vicissitudinis obumbratio. Ulteri⁹ queritur: Si aliquis nō scriptus potest ibi scribi. Et videt q̄ sic: quia qui vere prescitus est/ potest facere qd i se est ad habendum gratiā: z si facit qd in se est/ deus dat ei gratiam. In gratia autem acceptā pseuerare potest: z si pseuerat scribitur in libro cum aīs scriptus nō fuerat. ergo aliquis non scriptus in libro vite potest scribi in libro vite. Adhuc Apoc. 3. b. Tene qd babes/ ne alius accipiat coronam tuam. ergo vnus potest accipere coronā alterius. z si accipit/ constat q̄ scriptus est in libro vite: ergo nō scriptus in libro vite potest scribi in libro vite. In cōtrariū huius est glosa super illud: Deleantur de libro viuentiū: Non sic accipiendū est tanq̄z in hoc libro deus aliquē scribat/ quē postea deleat: sed sic accipiendū est: deleant de libro viuentiū fm spem illorū qui scriptos se putauerūt: id est/ constat illis non ipos esse ibi scriptos. Uidetur ergo q̄ nec aliquis ibi scribitur de nouo: nec inde deletur. Ulterius queritⁿ: Si distincte quilibet merita sua possit legere in libro vite. Et videtur q̄ nō. Dicit eīs Dionysius libro de diuinis nominib̄z ca. vij. q̄ in sapientia diuina multa sunt vnite. Multa autem in vno vnita nō leguntur distincte/ sed indistincte. In contrariū est qd dicit augustinus in auctorite supius inducta de ciuitate dei. ij. Liber vite vis quedam diuina est: qua fiet vt cuiq̄z opera sua siue bona/ siue mala cuncta in memoriā reuocentur/ et mentis intuitu mira celeritate cernantur. ergo distincte legūtur in libro vite. Ulterius etiam queritur: cum liber vite sit noticia diuina/ z noticia diuina sit diuina essentia: vtrum mali in iudicio videbunt libruz vite. Et videtur q̄ sic. Apocal. 20. d. Alius liber aptus est qui est vite/ glosa: id est christus/ qui tūc omnibus apparebit z malis z bonis.

Ad 2m

Ad arg. i

Arg. 2m

Arg. 3m

In ꝛtra, ar

I. qō incidēs Argu. 1m.

In cōtrariū argumentū

Solo mēbri quarti

Adhuc ibidē alia glosa: Liber vite est pscia dei: qz tunc aperte scient mali se nō pdestinatos esse ad vitam. sed nō possunt scire nisi videndo libzū vite: ergo mali videbūt libzū vite. In contrariū est illud Esa. 26. b. Tollat impi⁹ ne videat gloriā dei: fm trāslationē. lxx. nostra līa dicit: z nō videbit gloriam dei. glosa augustini dicit: q̄ essentiā diuinaz per speciē nemo sine gaudio videre potest. Solutio: dicendū ad primū/ q̄ nullus script⁹ in libro vite deletur simpliciter: hoc enim mutationē induceret in pscientia dei. Sed cum ordo rationalis nature ad vitam eternā annotatus sit in libro vite: z duplex sit ordo/ scz nature z gratie. de ordine nature dicitur p̄me ad Timo. 2. b. Qui vult omnes homines saluos fieri/ z ad agnitionem veritatis venire. Ordo autē gratie est/ quo per gratiam disponit z ordinatur ad vitā habendā. Et vter q̄z istorum ordinum annotatus est in memoria mentis diuine siue in libro vite. Unde cum aliquis excidit ab illo duplici ordine: vel quia naturā ordinatā habet ad vitam eternā/ z non consequit eam: vel quia habet gratiam ordinantē ad vitam eternā/ z cadit ab ipa: dicitur deleri a libro vite. quia quo ad opinionem hominū z suam deletur: cum tamen simpliciter nunq̄z fuerit ibi script⁹. Unde hec diletio est ex parte deletorum/ z non ex parte libri. quia sicut in prebabitis determinatū est: mutatio eorum que subiacent prescientie/ non inducit mutationez prescientie: que infallibilis z certa est. sicut mutatio illuminatorū non inducit mutationē in sole illuminante. Et per hoc patet solutio ad omnia que p̄mo quesita sunt. sic enim delentur: simpliciter autē non delentur. Ad id qd vlterius queritur dicēduz: q̄ sicut duplex est deletio/ sic duplex est inscriptio in libro vite: scilicz quo ad nos/ hoc est quo ad

In ꝛrariū argumētū

Ad. I. q̄stionē incidentē z arg. pmū.

opinionē hominū: ⁊ simpliciter Quo ad nos ē signum ꝙ sit scriptꝰ in libro vite. ⁊ potest homo facere qđ scribitur in libro vite: quia in ipso est ponere se in ordine nature ⁊ in ordine gratie ad vitam: sicut probat obiectio. Simpliciꝯ autē nō scribitur aliquis nisi p gratiam finalis electionis. ⁊ hoc nō est in potestate hominis / sed in deo ꝓparante: ⁊ ideo nūllus pōt tali modo aliquem ascribere vite nisi solꝰ
Ad 2m deus. Ad id qđ de apoc. obijcitur: dicendum ꝙ vnus non accipit coronā alterꝰ predestinatam / ⁊ memorie mētis diuine inscriptam: sed vnus accipit coronam alterius / hoc est alteri debitam ex presenti iustitia; scz qñ vnus cadit a iustitia / ⁊ alter cōuertiꝯ ad ipsum. Et hoc ꝓfirmaꝯ ex glosa pauloan te inducta. j. Esdre. ij. sup illud: hi filij sūt prouincie. vbi dicit: ꝙ etiam si pdestinatꝰ in babilonē abit: p uisione spiritus dei reducitur. qz predestinatorum nullus damnatur nec perdit coronam vite eterne. Et hoc est qđ dicitur Sap. v. c. Regnum decoris et diadema pulchritudinis suscipient de manu domini. Esa. lxij. a. Eris corona gloie in manu domini: ⁊ diadema regni in manu dei tui. Ad id qđ ob
£ ijcitur in cōtrarium patet solutio p distinctionem
Ad. II. qō/ nē incidentē inductam. Ad id qđ vlterius queritur: dicendū ꝙ distincte quilibet legit in libro vite quecunqz fe-
Ad argm. cit. Ad dictum dionysij: dicendū ꝙ multa sunt ibi vnite vnitate libri: sed illud vnum licet essentia vnum sit / virtute tamē ⁊ relatione est valde multiplex. Sicut vnum est centrum circuli: virtute tamen multiplex relatum ad omnes lineas que ab ipso ad circumferentia ⁊ deducuntur. Et hoc modo liber vite vnū est qđ est mens diuina: multiplex autem est relatum ad hoc ⁊ ad illud. ⁊ hoc modo distincte repzesentat quicqd est. ⁊ per hunc modum etiam distincte legitur in ipso omne qđ est in ipso.
Ad argm. Ad id qđ obijcitur in contrariū: dicendum ꝙ au-
Ad argm. in cōtrariū. gustinus non dicit / ꝙ vt multa distincta sint ī libro vite: sed ꝙ distincta ⁊ vt multa sint in memorijs eorum / qui ad salutem / vel ad damnationem iudicabuntur ex his que scripta sunt in libro: quē dicit esse vim diuinam distincte omnia ad memoriam re-
Ad. III. qō nē incidētē uocantē. Ad id qđ vlterius queritur: dicenduz ꝙ mali non videbunt essentiam diuinā / nec in se / nec in christo. quia tunc viderēt per speciez: que visio nō competit nisi beatis. Erūt tamē vt dicit augustinus / presentes noticie diuine. sicut tenebra p̄sens est luci: ⁊ lux nō est presens tenebre. sicut dicit glosa grego. super pmum iob. Non legent in libro sicut in ea ꝓtenta ⁊ annotata: sed in cordib̄ suis legent quare damnabuntur / sicut priuati ab annotatione libri. ⁊ per hoc ꝙ non sunt ibi / sciunt se esse
Ad 2m damnandos. sicut curuū legitur in recto: ⁊ malus
Ad argm. in bono: ⁊ tenebra in lumīe. Ad sequens patz so in cōtrariū lutio per dicta. Ad id qđ obijcitur in contrariū iam solutum est. nō enim legunt in libro prescientie sicut per speciem contenti in ipo: sed sicut priuati specie. ⁊ hoc est p auersionem a libro legere ab ipso. Et hoc est qđ dicit Esaias: Tollatur impius / vt scz per speciē nō videat. sicut lux videt tenebras et nō videtur ab ipsis. Et hoc est qđ dicitur Joannis. j. a. lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam nō cōprehenderunt. Super qđ dicit Ebryꝰ. ꝙ lux in tenebris lucet sua propria specie luminis tenebras dissipando: sed tenebre lucem non comprehendūt: quia nulla specie luminis tenebra informat sed potius priuatione speciei luminis ⁊ tenebra est ⁊ tenebra vocatur. Et hoc est quod dicitur Sap. 17. b. Ignis quidem nulla / vis nec siderum limpide flāme poterant illuminare nocem illam horrendam. Unde etiam fm gratuiticā tenebre a tenendo dicūtur: quia tenent visum ne specie luminis imuteretur vel informetur. Et per hoc patet solutio ad totū.

Tractatus. XVIII. De modis qbus deꝰ dicatur esse in rebus ⁊ locis: ⁊ mutare creaturam corporalem per locum ⁊ tempus: spiritalem vo per tempus tm.

Xecutis p ordinem

e de scientia / ⁊ pscientia / ⁊ predestinatione / ⁊ prudentia quibꝫ modis omnia dicū esse in deo: primo sententia ⁊ ū distinctione xxxviij. dicit magister addendū / quibꝫ modis dicatur deus esse in rebus. Circa qđ inquirit tria. Quoꝝ primū est de modis qnqz quibꝫ deus in rebus est. Secundū vtrū deꝰ localiter siue circūscriptibiliter sit in rebus. Tertiū qualiter deꝰ existēs in omnibꝫ / creaturā corporalē mutat per tempus ⁊ locum: creaturā vo spiritualem per tempus tm.
Circa primū querenda sunt quattuor: scz an deꝰ Hui⁹ qōnis
sit vbiqz ⁊ in omni re. Secundū vtruz idem sit esse ꝗttuor sunt
vbiqz ⁊ in omni re: vel ecōuerso. Tertiū vtrū idem mēbra.
sit esse vbiqz qđ in omni loco: ⁊ ecōuerso. Quarto queritur de modis quibus deus est in omni re: et si ab eterno ei cōueniat esse vbiqz.

Queritur vtrum deus sit vbiqz ⁊ in omni re. Questio. LXX.

D primum obijcitur

a sic primo per auctoritatem. Dicit enī augustinus ad dardanum. Sciendū est: ꝙ deus incōmutabiliter semper in se existens: presentialiter / potentialiter / essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui definitione: in omni loco sine circūscriptione: ⁊ in omni tēpore sine sui mutabilitate. Preterea in sanctis spiritibus ⁊ anīabꝫ est excellentius per gratiam inhabitans: ⁊ in homine christo excellentissime: in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat: vt ait apostolus ad Col. 2. b. Adhuc Damascenus: Siue fm virtu-
Ar. 2m tem / siue fm bonitatem / siue fm tempus / siue fm locum deficiat a perfectione: nunqz erit deus. sed fm locum deficit si non sit vbiqz: cum ergo in nullo deficit deus / vbiqz erit. Adhuc trimegestus in li-
Arg. 3m. bro de natura deorum dicit: ꝙ deus deorum principeps in omni re est. Adhuc hoc etiam per ratio-
Ar. 4m nem probatur sic. Mūdus est ⁊ ꝓseruatur in esse: ⁊ vbiqz conseruatur in esse. ergo conseruans mundum in esse est vbiqz. Hoc enim probatur sequi ex hoc: ꝙ conseruatum in esse non est sine conseruāte. conseruans autem ⁊ conseruatum differunt sicut causa ⁊ causatum. mundus autem non habet causam ante se / nisi deum: cum ergo differant causa ⁊ causatum ⁊ sint diuersa: eo ꝙ dicit Anselmus: ꝙ nec natura admittit / nec ratio intelligit: ꝙ id quod est ab alio sit idem cum eo a quo est. cōseruās ergo mundum / nec mundus est / nec aliquid mundi: et

est vbiqz ⁊ est causa. sequiꝯ ꝙ causa cōseruationis
Arg. 4m. mūdi est vbiqz. causa aūt ꝓseruationis nō potest esse nisi deus: ergo deꝰ est vbiqz ⁊ in omni re. Adhuc: Aut deus cōseruat creaturā in esse p se / aut p medium. Si p se: habeo ꝓpositum: qz cuz vbiqz cōseruet: sequiꝯ ꝙ vbiqz est. Si per medium: illud medium ꝓstat ꝙ nō ē creator / sz creatura. sz creatura inhilū tendit de se / vt dicit. greg. nisi manu omnipotentis contineatur. ḡ illud indiget cōseruante. Et tunc vlterius quero de illo ꝓseruante: vtrū hec sit creatura / vel creator: ⁊ ibit in infinitū in conseruātibus: vel dabitur ꝙ deus p seipsum conseruet: ⁊ tunc habetur ꝓpositum: quia vbiqz conseruās vbi
Argu. 5m. qz erit. Adhuc auicē. in scdo sue sufficientie / vbi loquiꝯ de causis: disputat hanc regulā: si scz posita causa fm actum / de necessitate ponatur effectꝰ: et si destructa causa fm actum / de necessitate destruatur effectꝰ. Et ponit instantiā: qz posito edificatore nō de necessitate ponitur domus: ⁊ destructo edificatore non de necessitate destruitur facta domus. Et soluit: ꝙ p certo regulariter verū est: ꝙ posita causa in actu / ponitur effectus ⁊ ecōuerso. Sed intelligitur de causa prima ⁊ per se. ⁊ taliter nō ꝓz ⁊ edificator ad domū: sz domꝰ potiꝰ cū sit esse figure cuiusdam / scz cōpositionis et cōpagina-
tionis: vltimū compaginans ⁊ cōtinēs figurā domus. sicut est clauꝰ vel colla / vel incastratura sūt proxima causa esse domꝰ: ⁊ qđiu actu continent / tamdiu est domꝰ: ⁊ quādo nō continent fm actū / domus dissoluitur. A simili ḡ: cum deus sit causa esse omnū creaturarū: ⁊ cū in tota natura sic sit / ꝙ idem est p essentiam dans esse / ⁊ cōseruās eē sive continēs in esse: sequiꝯ ꝙ creatura nō conserva-
tur nec continet in esse / nisi deo actu cōtinēte ⁊ conseruante. Contentū autē continenti est immediatum. cum ḡ in omni re ⁊ in omni loco contineat et
B conseruet in esse: sequiꝯ ꝙ deus in omni re sit / et in
Ad aliud dicendum: q̃ non sic comparatur angelus ad locum sicut anima ad corpus: vt dictuz est in obiectōe. Et ad dictū grego. dōm: q̃ intimū nō dr intimū celi empyrei/siue loc⁹ in celo empyreo: sed intimū dr intimū dei qui vbiq̃ est: in cuius intimis sunt qui eum facie ad faciem contemplantur: in exterioribus autem sunt/ qui videntur eum per speciem ⁊ in enigmate: hi enim sunt extra deum. Ad dictum raphaelis Tobie. 12. eodem modo dicendum est. In conspectu enim dei astare/non est in celo empyreo esse: sed in presentia contemplationis. Unde ⁊ helias. iij. Regum. 18. Uiuit dominus in cuius conspectu sto; cum tamen tunc non staret in celo/sed in terra. Ad id quod obijcitur cōtra hoc de euangelio dicendum: q̃ in celis dicuntur esse angeli per contemplationez celestem/⁊ non semp vt in loco. sicut. ij. ad Corinth. 12. a. dicitur/q̃ Paulus raptus est vsq̃ ad tertiū celum. quod exponens augustinus dicit: q̃ raptus est in visionem intellectualem que celum tertium est. Visio enim corporalis siue sensibilis in qua celantur celestia/primū celum est. Et visio imaginaria in qua eodem mō celantur celestia/scōm celum est. Et visio intellectualis in qua fulgent celestia p speciem/tertium celum est: vt dicit augustinus super gen. ad litteram libro. 12. Et sensus littere euā gelij est iste: Angeli eorum in celo existentes per visionem intellectualem/ semper videnr ꝛc. Ad aliud iam patet solutio. Genus enim ⁊ species nō comparantur ad plura vt ad loca: sed ad plura vt ad particularia in quibus habent esse/⁊ in quib⁹ non distinguuntur nisi fm rationem: sed idez manent fm totum in quolibet illorum. ⁊ talis nō est comparatio locati ad locum. Ad alia dicenduz: q̃ si vnus angel⁹ subuertit pentapolim: ille nō potuit esse in omnibus ciuitatibus simul/⁊ in omnibus partibus terre pentapolis fm presentiam et continentiam essentialem/sed fm virtutis extensionem. Angeli enim quādo ad ministerium mittuntur/in obedientiā accipiunt totam materiā corporum circa que ministrant: et tota obedit eis ad nutum. sicut dicit auicēna: q̃ omni motori naturali materia sui mobilis obedit ad nutum: et mouetur per appetitum naturalem vel animalem ad formam quā concipit motor. sicut patet in anima et corpore. quācunq̃ enim formam delectationis vel tristicie concipit anima/statim ad illam mouetur corpus: nisi valde dispositum sit in contrariū. sicut patet in imaginatione venereorum/ad quaz statim mouetur corpus: ⁊ imaginatione terribilium/ad quam statim tremit corpus ⁊ sentit horripilationem. Unde etiam dicit auicenna: q̃ quidam leprosi effecti sunt ex multa cogitatione de le

Ad 3m Ad 4m Ad 5m Ad 6m Ad ⁊m et 8m

pra. Et sic nō oportet q̃ angelus omni loco sit presens: nisi per extensionem virtutis/⁊ non p̃ presentiā essentie. Et de hoc antiqui theologi ꝓpositiū ⁊ q̃dā alij dederūt exemplū: q̃ adamas mouet ferrum per extensionē virtutis ad ipm/etiam quando nō tangit ipm per subaz. Et si talem virtutem habet corp⁹: multo magis spirit⁹ aliq̃s. Tria que in contrariū adducūt liquide probant veritatem: ⁊ ideo concedenda sunt.

Adarg^a in ꝓrariū.

Queritur vtrum angelus in eodem tempore possit esse vbiq̃ in omni loco.

A Articl. III Arg. 1m

Consequenter queritur: vtrū simul possit esse vbiq̃ ⁊ in omni loco angelus. Et videtur q̃ sic. Isaac enim dicit: q̃ intelligentia est vbiq̃: ⁊ hoc est ideo: quia fm phos intelligēcia est substantia incorporea ad orbem determinata/omnia que subiecta sūt illi orbi lumine sue cognitionis plustrans/⁊ virtute operatiua penetrās. Et si est vbi operatur/vt dicit Damascenus: tūc vbiq̃ est: hoc est in omnibus que subiecta sunt suo orbi. ⁊ cum intelligentia primi orbis subiectum sibi habeat omnē locum corporeū/intelligēcia illa erit vbiq̃. Dicunt tamen magistri antiqui: q̃ aliquis angelus ministrare potest deo in motu primi orbis, ergo ille angelus eadem ratōe erit vbiq̃ p essentiam virtutem ⁊ operationē. Adhuc: quod ex se nō determinat aliquē locū/equaliter se habet ad omnē locum. eadem ergo ratione qua est i vno loco/est in omni. sed constat q̃ est in vno: ergo ē in omni/⁊ per eandem rationē. In cōtrariū hui⁹ est: q̃ illud quod est in omni loco/impossibile ē moueri de loco ad locum: eo q̃ omnis motus localis transitus est de loco ad locū: ⁊ transire de loco ad locum nō potest quod est vbiq̃. Adhuc habitū est in precedentib⁹: q̃ augustin⁹ dicit/q̃ ꝓprium est diuinitatis esse vbiq̃. ⁊ quod ꝓpriū est alicui⁹ illi soli conuenit: ergo soli diuinitati cōuenit esse vbiq̃. non ḡ angelo. Adhuc: illud solū est vbiq̃ quod extensiā presentiā/essentiam/⁊ potentiā siue virtutem habet in omnia loca/⁊ in omnib⁹ que in locis sunt: vt in prehabitis probatū est. Nihil definitum per terminos essentiales intra quos totū esse ⁊ substantia continet/extēsiam habet essentiā ad aliquid extra se. ḡ nihil definitū per terminos essentiales est vbiq̃. Angelus est quid definitum per terminos essentiales: ḡ angelus nō potest esse vbiq̃. Solutio: dicendū q̃ meo iudicio non est intelligibile q̃ aliquid definitū sit vbiq̃ vel in pluribus locis: ⁊ hoc est ꝓter oppositos intellectus/ qui sunt essentialiter definiti: ⁊ existēter in pluribus locis vel vbiq̃. Intellectus enim eius quod est esse vbiq̃/est intellectus eius quod habet extēsam presentiā/essentiam/potentiam in omne q̃ō est. Intellectus autem definiti est comprehēsio totius esse/totius substantie/totius presentie/totius potētie essentialis intra terminos definitōis ei⁹. Comprehensio enim fm intellectum nihil aliud est nisi contactus intellectus super terminos rei. Et ideo dicit augustinus in libro de videndo deū ad probam: q̃ cognoscere deū possumus siue per intellectum videre: comprehendere vero minime: eo q̃ nullos habet terminos definientes intra q̃s esse suū totū ⁊ substantia contineant. ⁊ ideo solus est incomprehensibilis ⁊ immensus tpe/loco ⁊ intellectu. Et ideo dicit aristoteles contra platonē loquens: q̃ infinitū intellectu nō contingit p̃trāsire. ⁊ est in principio de anima: quia infinitū non habet terminos intra quos esse suū ⁊ quidditas contineatur. quia si tales haberet terminos: non esset infinitum/sed finitū ⁊ comp̃hendere⁊ comp̃hensione terminorū. Et ex his patet q̃ finitū essētie/presentie/⁊ potentie sue essentialis nihil habet extra se: ⁊ ideo ꝓtellectui ei⁹ repugnat ad eē vbiq̃ vel in pluribus locis. Omne enim cuius eē intra terminos eius est constitutū/circumstat⁊ circumponitur alijs in que esse suū nō extendit. Dicit autem Damascenus: q̃ locus est terminus circumstans definitiue vel circumscriptiue. ⁊ sic per hoc q̃ aliquid est definitum in se/de necessitate efficit locale in vno loco totū contentū ⁊ clausum. Ad id quod obijcit primo in contrariū: dicendum q̃ friuola est obiectio, nullus enim vnq̃ philosophus dixit/q̃ intelligentia essentialiter esset vbiq̃ ⁊ presentialiter, sed probat aristoteles in fine. viij. physicorū per passiones motus circularis finiti ⁊ infiniti motoris: q̃ motor sphere celestis nec finitus/ nec infinitus est/sed indiuisibilis ⁊ impartibilis: nullam habens magnitudinem penitus. Unde querit auicenna in sua sufficientia de celo ⁊ mundo: vtrum motor orbis presideat orbi loco stellet vel in centro orbis/a quo quasi lineas quasdam luminis ⁊ virtutis emittat ad circumferētiā/quibus voluat orbem: vel sitn aliqua parte circumferētie. Et determinat q̃ est in parte orbis que dicitur dextra: que licet figura in celo nō distinguatur: tamen distinguitur virtute. dextrum enim vt in secundo celi ⁊ mundi dicit aristoteles/dicit vñ motus: Sinistrū autem per quod virtute deficiente in ipo fit regratio ad dextrum/in quo virtus est motiua. Et quādo dicunt intelligentiā esse vbiq̃ ⁊ semper: nō intelligunt simpliciter vbiq̃/ sed vbiq̃ ꝯtum ad subiecta sui orbis/in quibus omnibus apparet effectus sui luminis ⁊ sue virtutis: etiam absq̃ hoc q̃ essentialiter/presentialiter/⁊ potentialiter essentiali extensione extendat in omnia, virtute enim extendi potest in multa: sicut antehabitum est: sed essentia non. Ad aliud dicendum: q̃ angelus ex se/hoc est ex natura sua nō sibi determinat aliquem locum corporeum in quo vel sit/vel fiat/vel saluetur: sed ex cōgruētia virtutis assistricis ⁊ ministratricis determinat sibi locum vel celum empyreū/vel alium ad quem mittitur vt in illo operetur. sed ex natura qua spiritus est ⁊ separatus a corpore/nullum locum corporeum sibi determinat: sed ex definita sua substātia/vt dictum est/localis efficitur: sed ex hoc sequitur/q̃ nō sit vbiq̃/nec i pluribus locis. Illa q̃ in cōtrariū sūt procedunt.

£ Ad arg. 1m

Ad 2m

Arg. 2m

In ꝓtrariū argu. 1m

Arg. 2m

Arg. 3m

B Solutio articuli. III

Ad argumēta in ꝓriū.

Queritur fm quā diuersitatē queniat corpi esse in loco ⁊ spiritui.

Mēbr. III

Cristis autem sic determinatis patet solutō ad hoc quod queri posset: fm quam diuersitatem conueniat corpori esse in loco ⁊ spiritui. Spirit⁹ enim ē in loco definitiue: corp⁹ autem circumscriptiue: deus autem quia nec finitus ē terminis cēntialibus: nec circūscript⁹ termis

ꝯtritatiuis: ideo in nullo loco vno est/ita ꝙ nō sit extra ipm. sed sicut dicit Gregorius inter omnia est non inclusus: extra omnia non exclusus: vltra omnia non elatus: sub omnibus non depressus.

Utrum spiritus creatus possit esse sine loco.

Membrū IIII.

Ex dictis etiam patet: quod quarto querē dum fuit: vtrū spiritus creatus possit esse sine loco. Probatū est enī: ꝙ ex hoc ipo ꝙ definite substantie est/localis est. Et ꝙ plures spiritus/vel plura corpa nō possunt esse in vno loco: ꝓter confusionē operationū. Utrū aūt plura corpa possint esse in eodem loco: ad phm naturalē pertinet/z nō ad theologū. Jn. iiij. eīs sufficientie auicenne demōstratiue probatū est: ꝙ si plura corpora sunt in vno loco/plura corpora erunt vnum corpus: quod est impossibile. Et causa que mediū est huiꝰ demonstratōis/est que ponit ab aristo. in iiij. phycoꝝ: hec scz/ꝙ vna numero est distantia loci z locati. Quidam tū contradicūt: sed dictū corū in nullo curandū est. quia sicut dicit apl's in. 2. ad Thimo. 3. b. Nō intelligunt que dicunt/nec de q̄bus affirmant: semp discentes/sed nunq̄ ad veritatem venientes.

Queritur de motu creature spiritualis p tēpus z locū. Questio. LXXIIII

Einde queritur: Quali

d ter deus existens in omnibꝰ/creaturā corporalē mutat p tempus z locū: creaturā vero spiritualē p tps tm. Hoc enī dicit mgr̄ ꝑmo sentētiarū distin. xxxvij. ca. Omne igit corpꝰ: ex verbis augu. sup Gen. ad litterā. Ubi duo oportet queri: scz quid sit moueri spūalē creaturā p tēpus. Et vtrū angelus moueat p tps tm: vel p tempus z locum.

Huiꝰ q̄stiones duo sūt mēbra.

Queritur q̄d sit moueri spiritualē creaturam per tempus.

A Mēbrū. I.

Primo q̄ queritur: Quid sit moueri p tps.

p Et dicit mgr̄ ꝙ mutari p tēpus est variari fm qualitates interiores vel exteriores/que sunt in ipa re que mutat. vt qñ suscipit vicissitudinē gaudij/doloris scientie/obliuionis: vel variationē forme/siue alicuiꝰ qualitatis exterioris. Adhuc mgr̄ ibidē: Hec enī mutatio que fit fm tps/variatio est qualitatū que fit in corpali/vel spūali creatura: z ideo vocat tps. Hoc aūt nō videt esse verū: tēpus enī nūerus motus est p prius z posterius: vt dic aristo. iiij. phycoꝝ. q̄ tps nō est nisi ciꝰ quod fm suā naturā subij cit motui. fm suā naturā ñ subij cit motui nisi q̄ntū: vt dicit aristo. q̄ p tēpus nō mutat nisi q̄ntū. Nulla spūal' creatura est q̄nta: q̄ nulla spiritualis creatura mutat p tempus: falsū q̄ est: ꝙ deus mouet spiritualem creaturā p tempus. Adhuc Dio. lib. de diuinis nominib. ca. xij. Tempus est q̄d in gnatiōe z corruptione metit. Angelica natura z spūalis creatura/de se nec generabilis/nec corruptibilis est: q̄ p tēpus nō mutat. Adhuc tēpus nō est aliquorū nisi eoꝝ que fm causā ad motū primi mobilis referunt. Angelica natura fm vicissitudines gaudij/z doloris scientie z obliuionis ad motum primi mobilis vt ad causā nō refert: q̄ p tēpus nō mutatur. Adhuc: Tēpus nō est nisi vbi est prius z posterius. priꝰ z posterius nō est/vt dicit aristo. vj. phycoꝝ nisi vbi in spacio est ante z post: et in eo qd mouet prim in eo qd est ante/z prim in eo quod ē post. hoc autē angelice nature siue spiritualis euenire nō potest: eo ꝙ simplex est z impartibilis: q̄ spūalis siue angelica natura/que sola pure spiritualis est inter creaturas/p tēpus non mutatur.

Arg. 4m

In ꝓtrariū argu.

B Solo mēbri. I.

In cōtrariū huiꝰ est qd dicit augꝰ sup Gen. ad litterā: Deus inq̄t omnipotens incōmutabili eternitate/volūtate/veritate semp idē mouet p tpus spiritualē creaturā: mouet z p tēpus z locū creaturam corpalem/vt eo motu naturas quas condidit administret. Solo: dōm ꝙ creatura spiritualis mouet per tēpus z mutat: vt dicit augu. Et Boecius in. ij. de consolatōe phie: ī motus stabilisq̄ manens das cuncta moueri. Dis enī motus vt dicit aristo. est ab immobili primo. z cū esse scōm nullo mō perficiat nisi per motū ad primū: necesse est omne scōm esse mobile. z cū motus sit actus mobilis/fm ꝙ mobile: erit actus mobilis imperfecti/exeūtis de imperfectione potētie ad actū in tpe continuo/nō subito. Et ideo dicit auicenna in sufficientia: ꝙ motus est exitus de potentia ad actum in tpe continuo/nō subito. quia enī illō qd exit de potentia ad actum continuo exitu/partim est in potentia/z partim in actu: necesse est omne quod mouet in tpe moueri. Jn tali enim transitu est prius z posterius: que motū faciunt diuisibilē z partes per quas diuidit continuas esse ad nūc ad quod continuat prius z terminatur: z quo incipit posterius z continuatio ipius: z sic nunc medium est in ratione finis z principij/z in ratione continuantis. Et dicit Boecius in quinto de consolatione: ꝙ quicquid tali motu accipitur/ꝙ hoc in vno indiuisibili nunc nō possidetur: z sic eternū z immobile esse nō potest. z hec est vera causa eiꝰ quod dicit Damascenus: ꝙ omne creabile vertibile est/vel fm substantiam/vel fm electionem/vl' fm vtrumq̄. Ad primū ergo dicendum: ꝙ verum est quod dicit magister Motus enim talis vt dicit commentator super tertiū phyſicorum/est forma post formam/vel vbi post vbi. forma autē post formam non est nisi vicissitudo forme: z vbi post vbi nō est nisi vicissitudo vbi. z sic vicissitudinem in talibus sustinere/est mutari per tempus.

Ad 2m

Ad secundum dicendum ꝙ dictum magistri fundatur super hoc: ꝙ tempus/vt dicunt Priscianus z Hilbertus/est mora. Jn mora autem id qd est ante/refert ad post: z tenetur quasi vnū cum altero/vel ad minus vnum ex altero. z ab hoc accipit nomen temporis. Omne enim quod talis more est: in vno indiuisibili stante esse suum nō possidet/sed potius in vno indiuisibili fm esse vicissitudinaliter accipit illud. Ad id quod obijcitur in contrarium: dicendum ꝙ fm Boecium in quinto de cōsolatione philosophie/nihil creatum esse suum habet simul. z dat exemplum in libro de trinitate: ꝙ esse quo futurū erit in crastinum/vl' post annum nō habet iam in presenti: z sic omne quod est creatum diuisibile est secundum esse/et habet protensionem virtualem in esse: z sic est quātum.

Argu. 1m

Argu. 2m

Argu. 3m

Ad argu. 1m

Dicit enim augꝰ in libro de ꝯtitate animeꝙ duplex est ꝯtitas: scz molis z virtutis. z hoc sufficit ad hoc ꝙ aliquid sit mobile z ꝓtinuo tpe moueat.

Ad 2m

Ad aliud dicendum: ꝙ Dionysius valde large accipit tempus: scz fm ꝙ refert ad subiectum eius primū/vt passio primi motus z mensura: z fm ꝙ per ipm refert ad alia que causant a primo motu. z sic tempus nō est mensura nisi quorundā corpaliū/gnabiliū z corruptibiliū. Si autē tempus accipiat pro prensione anime a primo in posterius/z vsq̄ in vltimū: illud est vere tps. quia dicit augustinꝰ in. xij. sup Gen. ad litterā: ꝙ longū preteritū nō est nisi lōga memoria in preteritū: Et longum futurū nō est nisi longa prouidentia in futurū. Et in hoc concordat aristo. in. iiij. phycorū et auerrois ibidē in cōmento: ꝙ tps fm suū esse principale est in anima. Et sic sumendo tempus prie/hoc est fm priū esse ipius: tps erit tā spiritualiū/q̄ corpaliū/z tam corruptibiliū q̄ incorruptibiliū que vices sustinent. erit enī protensio anime vl' intellectus fm modum extendentis se a prima vicissitudine ad vltimā.

In ꝓtrariū argu.

Ad 3m

Ad aliud dōm: ꝙ tēpus vsualiter acceptū z cōiter/ē eorū que referūt causaliter ad primū motū. Tempus autē acceptum fm priū esse z primū quod habet in anima/est etiā aliorū: vt dictū est. hoc enī tps nō habet continuationē a motu vel mobili/sed a protensione anime: sicut dictū est.

Ad 4m

Ad aliud dōm: ꝙ prius z posterius dupliciter sūt: scz fm diuisionē quantitatis molis. de talibus loquit aristo. Et fm diuisionem ꝯtitatis virtualis in esse/quod nō totum simul in vno possidet. z talis diuisio competit angelice nature z spūali. Jd qd in contrariū obijcit simpliciter concedendū est.

Utrū angelus moueat p tēpus tm. vel per tēpus z locū.

Mēbrū. II.

Secundo queritur: vtrū angelus moueat p

f tēpus tm/vel p tempus z locū. Et circa hoc queruntur tria: scz an angelus de loco ad locū moueat: hoc enī quidā negabāt. Et qualiter mouet p mediū quod est inter terminū a quo z terminū ad quē. Et vtrū motus eiꝰ sit in tpe vl' in instanti. Et hec querunt de motu angeli fm se.

Huiꝰ membri tres sūt articuli.

Post hoc autē q̄rendū est de motu angeli quē habet assumpto corpore: quo etiā deus mouet eū vt visibilis appareat hominib̄.

Utrum angelus de loco ad locum moueatur.

A Arti. I.

Primo q̄ queritur: vtrū angelus de loco ad

p locum moueat. Et de hoc sic dicit mgr̄ ꝑmo senten. dis. xxxvij. ca. de mutatiōe ꝓ loci: ꝙ sūt quidā qui dicunt nullū spiritū posse aliquo mutari loco: ab omni spiritu locū vniuersal'r remouere volētes. Et hoꝝ ratōes vel sūt/vel esse possunt iste: Omnis motus est ꝓter indigētiā suij ꝑtius/vel alterius. suij ꝑtius: sicut qñ id quod mouet est imperfectū/z motus eius est actus imperfectus z impfecti. alterius: vt qñ id quod mouetur pfectū est in seipo pfectiōe vltima: sed tamē ꝓt alterū mouet vt p ipm pficiat. sicut aristo. in ij. de gnatione z corruptione dicit: ꝙ causa continue z indere generatiōis z corruptōis est allatio solis in circulo obliquo/siue declui/siue zodiaco: cū tū sol sit in se corpus pfectū. Angelus aūt perfectōe vltima pfectus est: q̄ videt ꝙ ꝓter nullā indigentiā possit moueri que in ipo sit. Si dicat ꝙ mouet ꝓter indigētiā salutis hominū/que reparat p motū ageli. sic dicit ad Heb. 1. d. Omēs sūt administratorij spūs ī ministerū missi/ꝓter eos qui hereditatē capiūt salutis. Uidet hoc nō esse verū. quod enī fm se locale est nō determinantum ad locū vnū/sicut planta: sed equaliter se habens ad loca diuersa: illi quod sic mobile ē a natura datur motus ꝓcessiuus in loca diuersa: z nisi daret ei talis motus/imperfectū remaneret. z hoc est incōueniens: quia natura nō deficit in necessarijs: vt dicit aristo in. iij. de anima. Ergo a simili quod definitiue se habet ad loca mlta: ꝓt seipm z ꝓt indigentiā ꝓriā motum habebit ꝓcessiuū in diuersa loca. Inde a destructione consequentis: si angelus nullꝰ rei habet indigentiā ꝓter quam ad diuersa loca moueat: videt ꝙ angelus fm locum nō mouet. Si dicat ꝙ angelus mouet ꝓt indigentiā ꝓriā: nō in qua sit/sed in qua fuit. mouetur enī vt mereat premiū quod iam accepit in preterito. Sicut est in militijs. Milites enī in posteriori militia sepe merent donatiua que ante acceperunt a principe. Contra nihil inordinatū est in operibus dei. ordo autē rationis exigit ꝙ meritū sit ante premiū: q̄ hoc ē in opibus diuinis. Adhuc videt falsa suppositio. Si enim sufficiens demeritū fuit ad hoc ꝙ damnarent mali angeli/ꝙ auersi fuerunt a deo: tunc etiam sufficiens meritū fuit. ad hoc ꝙ in beatitudine confirmarēt boni angeli/ꝙ per charitatē conuersi fuerunt ad deum: z sic meritum precessit premiū: falsa q̄ est suppositio que dicit: posteriori eos mereri precedēs premiū: z sic videt ꝙ nō mouent. In contrariū huiꝰ est quod dicit mgr̄ senten ꝑmo distin. xxxvij. ca. Sz vt prediximus. z ca. Sunt q̄ spiritus creati. z inducit Bedam super Lucā sic dicentē: Cū ad nos angeli veniunt: sic exterius implent ministerium vt tamen ante deum interius per contemplatōez assistant. ergo ad nos veniunt: sed ad nos sine motu locali nō possunt venire: ergo localiter mouet.

Ad argu. in ꝓtrariū

Argu. 4m

B In ꝓtrariū argu. 1m

Argu. 2m

Adhuc ibidem inducit ambrosiū in libro de trinitate sic dicentem. Dixit Esa. 6. Missus est ad me vnus de seraphin. z spiritus quidem sanctus missus dicitur: sed seraph ad vnum/spiritus ad omnes. seraph mittitur in ministerio: spiritꝰ operatur ministeriū. Seraph de loco ad locum trāsit non implet omnia: sed ipse repletur a spiritu diuino. hic exprēsse dicitur: ꝙ angelus de loco ad locum transit. Adhuc positio illa falsa esse videt/ꝙ omnis motus fit ꝓpter indigentiam. glorificata enim corpora nullius rei habent indigentiā: z pro summa perfectione dotem accipiunt agilitatis: que est potentia disposita z perfecta ad motū. Potentia autem que est ad aliquid in fine perfectionis nō est/nisi quando est actu in illo ad quod est. agilitas ergo in motu existēs perfectio est glorificati corporis. in motu nō est ꝓpter indigentiam/sed potius in demōstrationem vltime perfectionis. z sic suppositio falsa que dicit omnem motū esse ꝓter indigētiā: z sic instātia nō valuit q̄ intulit ā gelū nō posse moueri localiter: eo ꝙ nullꝰ rei

Argu. 3m

Arg.4m haberet indigentiam. Adhuc: Angeli in ordinibus distinguuntur fm officia siue ministeria: vt dicunt gregorius ⁊ beda. Cum ḡ vt dicit priscian⁹ in maiori volumine ca. de cōiunctione/ordo sit ps potestatis: angelus distinguit in ordine videtur eē de perfectione ptātis sue. sed ordo est ad motū localem: quia sine motu locali ministerium ordinis nō potest implere. vt ptz Esa.18.a. vbi dicit. Ite angeli veloces ad gentem cōuulsam ⁊ dilaceratā. Zacha.1.c. Perambulauim⁹ terrā dixerūt angeli ad dominū. Dañ.10.a. venit ad me cito volans vir gabriel. Et Luce.10.c. Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē nazareth. ⁊ si tūc mouētur: motus est in demonstratione perfecte potestatis ex ordine. videtur ergo ꝙ angelus de loco ad locū mouetur: non ex indigentia/sed ex debito perfecte potestatis ⁊ ordinis. Solutio: oīno concedē dum est fm sacram scripturam: ꝙ angelus fm se ipsum/hoc est absq; corporis assumptione mouetur ⁊ transit de loco ad locum. sicut in secūda parte huius disputationis probatum est. Ad pmū ergo dicēdum: ꝙ indigentia multipliciter dicitur. simpliciter scilz: ⁊ respectu alterius qd̄ simpliciter perfectissimū ⁊ in fine perfectionis est. Indigētia simplicit̄ est defectus alicuius pertinentis ad eē/ vel ad bene esse: vel ad operationem fm esse ⁊ bene esse. sicut artificem dicim⁹ imperfectum si manū non habeat: si scientia edificandi careat: si dolabrum vel securim nō habeat. Manus enim pertinet ad esse: scientia ad artem que pncipiū est operis. quia dicit aristote. in. vj. ethicorum: ꝙ ars est factiuū pncipium in ratione. Securis autem vel dolabrum est instrumentum sine quo operari non potest. Et omnis motus talium ad aliqd̄ istorum trium est actus imperfecti/⁊ propter indigentiam tollendam: quia dicit aristo. in. iij. physicorum: ꝙ perfectus est cui nihil deest. Respectiue autem indigentia est dependentia omnis creature ad creatorem: sine quo nec esse/nec conseruationem in eē/ nec virtutem/nec operationem habet. Et sic omnis motus creature qui est fm dependentiā ⁊ ordinē ad deum/ ꝓpter indigentiam est: ⁊ solum illud immobile est qd̄ ad nihil dependet fm idigentiā ⁊ nullius eget. Primo ergo modo angeli motus nō est propter indigentiam/sed secūdo modo. Dionysi⁹ enim dicit libro de diuinis nominib⁹ ca. iiij. ꝙ oia desiderant summū bonum: ⁊ propter illud agunt quicquid agūt. Ad aliud dicēdum: ꝙ nō ēsimile de animalib⁹ que mouentur motu processiuo: ⁊ de angelo qui mouetur ad loca diuersa. Animalia enim ex indigentia propria dependēt ad loca diuersa: quia scilicet cibus eorum vel appetibilia in locis sunt diuersis: ⁊ ideo motus ad loca diuersa qui processiuus vocatur/est de perfectione ipsorū. Sed angelus ex se non dependet ad aliquem locum: sed ex congruentia operis virtutis contēplatiue/ vl̄ virtutis ministratricis: vt in antehabitis dictum est. ⁊ ideo motus localis nō est de perfectione ipsius: sed potius alterius circa quod operatur. Ad aliud dicendum: ꝙ in veritate illi qui dixerūt ꝙ angelus meretur premiū prius acceptū: non satis hoc dixerunt perspecta ratiōe. sed verū est ꝙ motu ⁊ operatione licet non mereatur pmiū substantiale/ tamen talibus operationibus et motibus potest mereri premiū accidentale: quod est gaudiū cordis de multis bonis operibus/⁊ de profectu hominis ex ministerio suo: quod se ita habz ad premiū substantiale/ sicut aureola ad aurū: et ꝓpter hoc ministrat ⁊ mouet. Ad aliud dicēdū: ꝙ per illud satis probat̄/ꝙ falsa est suppositio: sed ex hoc nō sequit̄ ꝙ nō possit mouēri angelus. Ad hec em̄ potest mouēri ꝓpter premiū accidentale: quod cōtinue acquirit̄ ⁊ accrescit in ipo vsq; ad die iudicij. Duo que in contrariū adducunt̄ simpliciter concedenda sunt. hec em̄ directe continent̄ in sacre scripture canone: cui⁹ sicut dicit augustin⁹ in primo sup Beñ. ad litteram/maior est auctoritas q̄ omnis humana ingenij pspicacitas. Ad aliud dicendū: ꝙ cum dicit̄/omnis motus ē ꝓter indigentiā: duplex est locutio actuali duplicitate equiuocatōis. Est em̄ indigentia ad esse perfectōnis fm esse ⁊ bene esse. Et est indigentia ad id qd̄ acquirit̄ motu locali vel alteratione: quod pertinet ad ministeriū. Propter indigētiā quidē ad esse vl̄ ad bene esse/fm beatitudinē nō mouet̄ angelus: sed ꝓpter indigentiā eius quod acquirit̄ motu locali vel alterationis. quod pertinet ad operatiōes ⁊ ministeriū mouet̄ angelus ⁊ fm locum ⁊ fm alterationē. fm locū enim acquirit vbi post vbi: qd̄ magis cōpetit ministerio ⁊ opationi q̄ aliud. In motu autem alterationis illuminationē post illuminationē regentē in operatōe ⁊ ministerio. Dicit auerrois sup tertiū phycorū: ꝙ motus localis est vbi post vbi: ⁊ motus alteratōis forma post formam. Et auicenna dicit in sufficientia: ꝙ motus localis est vbi fluens: ⁊ motus alteratōis est quale/siue forma fluēs. Ad quod vltimo obiicitur simpliciter est concedendū: quia per illa probatur ꝙ motus angeli fm locū ad potestatem ordinis/ ⁊ ad perfectionē ministerij pertinet: ⁊ non ad indigentiam angeli pertinet que sit fm esse vel fm bene esse. Et hoc secundum canonicas scripturas verum est.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Utrum angelus moueatur per medium vel non.

Secundo queritur qualiter per medium mouetur quo est inter terminū a quo/⁊ inter terminū ad quem: vtrū scz transit per medium vel nō. Et videt̄ ꝙ transit per medium. habitum enim ē ex verbis ambrosij pauloante inductis: ꝙ transit de loco ad locū seraph/⁊ quilibz alius qui mittit̄. Sed cum dico/transit/significatur motus siue moueri: cum dico/de loco ad locū significant̄ termini a quo ⁊ ad quem. Sed in tali trāsitu in termino a quo/siue de quo: angelus nō fuit in motu/sed in quiete: sed continue ab illo siue post illū mouebat̄/⁊ in motu fuit accipiēdo medīū spaciū. Similiter cum dico ad locū/ significo terminū ad quē: hoc est ad quē id quod trāsit siue fertur/terminat motū: ⁊ in quo est motū esse. Cū igit̄ tria sint in spacio quod trāsit angelus: ⁊ in termino a quo nō sit in motu/sed continuo post mouetur: ⁊ in termino ad quē nō sit in motu/sed in motum esse: relinquitur de necessitate ꝙ in medio sit in motu; vl̄ oporteret dicere/ꝙ nō mouerēt: quod est contra sanctos/⁊ contra canonē biblie. In omni motu em̄ sic ē: ꝙ in termino a quo deficit mobile: ⁊ in termino ad quē est in motū esse: ⁊ in medio est in motu. Adhuc: auicēna vult in sua sufficiētia: ꝙ motus localis est vbi fluens in eo quod ferit̄ siue mouetur. sed vbi nō fluit ex fluxu magnitudinis super quā est motus: quia illa immobilis est: sed fluit ex fluxu ei⁹ quod mouet̄ siue ferit̄ per spaciū magnitudinis. vbi em̄ est circumscriptio corpis a loci circūscriptione procedens. vt in sex pncipijs dicitur. Oportet em̄ ꝙ illud quod ferit̄ siue mouetur/ꝙ renouatione situs in loco diuersimode compet̄ ad locū. ⁊ ad hoc de necessitate sequitur/ ꝙ continue sit in diuerso vbi. Sed comparatum ad terminū a quo/nō renouat situ: quia in illo deficit/ q̄uis continue ab illo mouea̅t̄. Similiter comparatū ad terminū ad quem/non renouat situ: quia in illo est in motū esse/siue ad quod motus terminatur. ḡ relinquit̄ ꝙ si mouet̄ localiter/ꝙ meditū transit renouatione situs ⁊ fluxu continuo de vbi in vbi: ⁊ sic in motu ē in medio. Adhuc: Cōstat ꝙ angelus transit de extremo ad extremū. Esaie. 6.a. De solio volauit ad altare aureū. Sed nō potest intelligi ꝙ veniat de extremo in extremū/nisi vno triū modorū: scz ꝙ existens in vno extremo subito generet se in alio/ vel sibi simile: vel ꝙ sit simil̄ in vtroq; extremo: vel ꝙ transeat meditū quod est inter extremū ⁊ extremū. Prim⁹ modus impossibilis est/ꝓter duo: scz ꝙ angelus nō generat se/ nec sibi simile. quia si generaret se ⁊ sibi simile: generaret se vbi ipe est/⁊ nō in loco distante ab ipso. Similiter scōs modus est impossibilis: quia iam in antehabitis probatū est/ꝙ angelus simul ⁊ semel nō potest esse in diuersis locis. esset autem in diuersis locis simul/si simul esset in vtroq; terminо spacij: Relinquit̄ ḡ ꝙ solus vltimus modus sit possibilis: scz ꝙ de extremo veniat ad extremū transeundo per medīū. In cōtrariū hui⁹ fortissime opponit. Medīū enim fm medij rationem ad vtrumq; comparatur extremorum: ⁊ participat vtrumq; extremoꝝ: ⁊ maxime fm motum qui est fluens vbi de vno extremorū in aliud. Omne ergo quod accipit medium per motū/partim est in termino a quo/⁊ partim in termino ad quē. fm doctrinam aristotelis i sexto physicorū. Omne quod sic accipit medium/compositū est quātitatiua compositione. Si ergo sic angelus accipit medium/angelus habebit quātitatem: quod omnino falsum est. Adhuc omne quod transit in ratione medij/ita ꝙ est partim in termino a quo/⁊ partim in termino ad quem: sic transit ꝙ cōmeritur se partibus medij spacij. nō est autem cōmensuratio nisi eorum que vniuoce participant q̄ntitatem: ḡ angelus et spacium per quod transit/ vniuocam participant q̄ntitatem. Et ex hoc sequitur: ꝙ angelus corpora quantitate q̄ntus sit: quod penitus falsum est. Angelus enim vt dicit Damascenus/ substantia simpler ē ⁊ incorporea ⁊ indiuisibilis. Adhuc: si indiuisibilis est fm q̄ntitatem/videt̄ ꝙ immobilis sit fm locum. Et ad hoc obiicit aristoteles in fine. vj. phycorū sic: Omne quod mouetur per spacium loci/prius in spacio accipit minus se/ vel equale sibi q̄ maiꝰ se. Indiuisibile mouetur. Ponatur enim ꝙ angelus sit indiuisibilis ⁊ moueatur: ergo in spacio prius accipit minus se/ vel equale sibi q̄ maius se. Sed non potest accipere minus se: quia indiuisibili nihil minus est. ergo transeundo accipit aliquid equale sibi. sed equale sibi est indiuisibile: ergo trāsit spacium continue indiuisibilia accipiendo. sed in quātocunq; parvo spacio indiuisibilia sunt infinita/⁊ infinita non cōtingit pertransire: accipiēdo ergo q̄trumcūq; parvum sit spacium/nunq; potest angelus pertransire. Dicit enim aristotelis in. iij. physicorum: ꝙ infinitum est cuius partes accipienti semper est aliquid extra accipere. Si forte dicatur vt quidā ant. quorum dixerunt: ꝙ venit de extremo in extremū/non per medium: quia propter nimiam agilitatem eius/qua in voluntate sua habz motū/ suum medium efficitur sibi non medium. Et dāt exemplum: sicut si vacuum esset totum concauuz celi: tunc enim quia nullius distantia diuiditur centrum a circumferentia: centruz imediatum est circūferentie: q̄tuis distātia mathematice accepta distet ab ea. ⁊ si aliquid a centro moueretur ad circūferentiaz/ sine medio statim esset in circūferētia: eo ꝙ mobile physicum in motu physico mediuz sue spacium physicuz non haberet per qd̄ distaret extremum ab extremo. Et sic est in motu angeli: cui medium non est mediuz: sed statim est de extremo in extremū siue medio. Contra hoc est: ꝙ b̄ nulli rationi cōcordat/ nec alicui philosophie/nec dictis sanctorum: quia si etiam ponatur vacuum per impossibile/⁊ remaneat distantia spacij quod est in vacuo: sicut antiqui posuerunt esse vacuum/ locum scilicet in quo nihil est: qui tamen quātus est propter distantiam que in ipso est: adhuc non erit extremū immediatuz extremo: Intercidit em̄ distantia medij. et sic adhuc non est intelligibile/ qualiter aliquid de extremo veniat ad extremum nisi accipiendo partes medij. Distantia enim illa diuisibilis est/⁊ partes habz: sicut q̄titas mathematica diuisibilis est. patet ergo ꝙ hec responsio nulla est. Adhuc b̄ quidam dixerunt: ꝙ angel⁹ non transit per medium/sed transit medium ab extremo in extremuz veniendo. Sed ista solutio mirabilis est. spacium enim saltantis de extremo in extremum/arcus est: cuius chorda est rectum spacium inter extremū ⁊ extremū. saltans enim veniz per medium longius q̄z directe motus. Et sic queritur de illo medio sicut prius. ⁊ ideo solutio nulla est: nisi ꝙ maiorem difficultatem facit questionis. Et ideo alij sunt qui dicunt: ꝙ mobile localiter triplicitet se habet ad spaciuz per qd̄ transit. Quoddam enim sic transit/ꝙ cōmeritur se partibus spacij. ⁊ diuidit medium per quod est mot⁹. sicut mobile physicum. sicut est lapis vel homo/ qui non transeunt de loco ad locum per medium nisi fm partes: accipiendo spacium continue partorum medium/existendo partim in termino a q̄/ et partim in termino ad quem: et diuidunt aerem per quem transeunt partem a parte separando: quia aliter in toto medio duo corpora essent in eodem loco. Secūdum autem est quod se habz ad medium: ita ꝙ transeundo cōmeritur se spacio/ sed non diuidit medium per quod transit. et tale quidem dicunt esse lucem ⁊ radium: que cum cor-

Arti.II.

Arg.1m.

Argu.2m

Argu.3m

Argu.3m

Argu.1m

I. Solutio quorūdaz ipugnatio.

II. Solutio aliorum.

Arg.2m

Arg.4m

poze per quod transeunt sunt in eodem loco ⁊ nõ diuidunt ipm. Et ita dicunt ꝙ tertiũ est/quod ita transit spacium quod nec cõmetitur se spacio/ nec diuidit medium.sicut spiritus. Et hanc diuisionem probant.dicunt enim ꝙ mobile comparatur ad medium/ita ꝙ cõmetiť ⁊ diuidit:⁊ aliquid transit quod cõmetiť ⁊ nõ diuidit/ quod prius est in vna parte spacij ꝗ in alia:sicut de radio ⁊ luce dicitur. Et inferunt:ꝙ debet esse oppositũ primi si sufficiens debet esse diuisio:sc̃z ꝙ sit aliquid qõ nec cõmetitur/nec diuidit:sed tm transit. Sed solutio mirabilis est:quia fm rationẽ ipozũ deberet addi q̃rtũ mẽbrũ oppositũ scõ:sc̃z ꝙ aliquid esset transiens se nõ cõmetiẽs spacio/sed diuidẽs. Regula enim in logica est:ꝙ quotiens cũ ꝗz vnum comparať duobus/quadrimẽbris sit diuisio.potest enim vtrũq̃z inesse per affirmationẽ:⁊ vtrũq̃z abesse p negationẽ: vel alterum inesse per affirmationem/⁊ alterũ abesse per negationem:⁊ hoc dupliciter/sc̃z ꝙ scõm affirmeť ⁊ tertiũ negeť: vl' econuerso/ꝙ tertiũ affirmeť ⁊ scõm negetur:vt sc̃z sit transiens se cõmetiens nõ diuidens:⁊ sit trãsiẽs diuidens nõ se cõmetiens:⁊ sit transiens diuidẽs se commetiens:⁊ sit transiens nec diuidens/nec cõmetiens. Si forte dicatur:ꝙ illud mẽbrum: diuidens nõ se cõmetiens/esse nõ potest:quia q̃cquid diuidit cõmetiť se. Contra ẽ:quia etiam illud esse nõ potest fm naturam/ꝙ aliquid sit trãsiens se cõmetiens ⁊ nõ diuidens. Quicquid eim se cõmetitur spacio corporali/corpus est:⁊ sicut p q̃ntitatem corpalem cõmetitur se partib⁹:ita ꝑ corporeitatẽ obstat omni ei per quod transit ⁊ diuidit ipm transeundo. Aliter enim essent duo corpa in eodem loco:quod est incõueniens. ꝓter quod in vltimo capl'o.vj.phycor probat aristoteles:ꝙ motus localis eius quod fertur/cuius motus cõtinue permanet etiam post separationẽ p̃mi mouẽtis ab ipso:nõ potest esse in corpore determinate figure ⁊ incorruptibilis ⁊ indiuisibilis substantie:sed de necessitate est in corpore/cuius vna pars quecum eo quod fertur suscipit impetum mouẽtis primi/inundat super alterum:ita ꝙ prima ferat impetum secunde/⁊ secunda tertie/⁊ sic deinceps:et sic per totum motum impetus mouẽtis primi cõtinue aduehatur ei quod mouetur.⁊ sic nihil medium sit inter mouens ⁊ id quod moueť. Propť quod dicit talem motum nõ esse vnũ/sed simpliciter esse multos motus sibi succedẽtes:q̃uis vn⁹ videatur fm sensum. Adhuc:falsa positio est/vl' fictio nõ positio:ꝙ lux ⁊ radius sint corpora. Dicit enim aristoteles in.xij.prime phie:ꝙ fictũ est quod coactum ẽ ad positionem. Positio enim extranea est opinio alicuius notorũ fm phiam:vt dicit aristoteles in primo topicor. Unde quod nõ innotescit fm phicam rationẽ/⁊ tamen ponitur: fictum est ⁊ nõ positũ. Sz̃m philosophicã autem rationem nõ innotuit/ꝙ lux ⁊ radius sint corpora:sed potius oppositum:sc̃z ꝙ lux sit forma/siue qualitas/siue proprietas luminosi corporis:que de se emittit lumen per modum pyramidis i omne quod ei opponitur.⁊ radius sit immutatio recta ꝑpẽdiculariter egrediens ab ipo in id quod opponitur ei.⁊ ideo illa solutio nihil probat. Et ideo alij sunt qui dicunt:ꝙ nõ omnis mutatio est per medium:licet omnis motus per medũ sit. Mutatio enim generationis ⁊ corruptionis sũt inter opposita per affirmationem ⁊ negationẽ:iter que non est medium/nec esse potest:sed nunc idem/in quo aliquid est incorruptũ esse fm ꝙ est finis preteriti/in eodem est ingeneratũ esse:fm ꝙ est ⁊ initium futuri. Et ad modum illũ dicunt mouerī angelum:⁊ extrema motus dicunt esse nunc non esse hic/ vel fuisse hic in preterito/⁊ nũc primo hic esse: ⁊ inter nunc esse hic/⁊ nũc nõ fuisse hic nihil est medium:vt dicunt:⁊ ita angelũ de extremo in extremũ moueri sine medio. Sed hoc mirabile est:q̃z expresse medium in motu angeli est fm verba ambrosij:quia motus angeli nõ est inter nũc nõ fuisse hic/⁊ nũc esse hic:sed potius inter nunc esse hic/et nunc fuisse ante hoc alibi. Et sicut in magnitudine inter hic ⁊ alibi de necessitate cadit medũ spaciũ: ita inter nunc esse hic/⁊ ante hoc fuisse alibi de necessitate cadit tempus.⁊ sic illa obiectio nulla est.

Propter hoc iterum fuerũt aliqui:qui dixerũt ꝙ angelus est substantia simplex ⁊ intellectualis ⁊ non mouetur nisi fm intellecta.sicut intellect⁹ noster intelligit ea que vltra mare sunt:⁊ statim sine medio intelligit ea que sunt hic. Isti dicunt:ꝙ sicut dicitur in scientia que fascinatiua a phis vocatur:que ponit ꝙ videmus extra mittendo:virtus anime in radio egreditur de oculo/⁊ operať in eo in quod incidit radius/vel ad impedimentũ vel ad profectum operationum suarũ: Ita est i intellectu angeli ⁊ intellectu intelligentie:ꝙ virtus angeli cum lumine intellectuali egredit in id qõ intelligit/⁊ operatur in ipo id quod intendit. Et ideo dicunt:dicere Damascenũ:ꝙ ibi est vbi intelligibiliter operať. Sed hec solutio siue verum dicat/siue falsum nihil est ad propositum.nõ eim hic querimus de motu angeli fm intelligibilia: sed querimus de motu locali quo totus angelus fm substãtiam de vno loco transferitur ad alium.

Solutio:sine preiudicio alterius sententie videtur mihi esse dicendum fm dicta sanctorum:ꝙ angelus de loco ad locum transit per medium:q̃z aliud non potest intelligi.sed in transitu in nullo obstat ei medium. Dupliciter autem ei mediũ obstat quod mouetur per ipsum:sc̃z medij spissitudine ⁊ soliditate:fm ꝙ magis difficile ẽ transire spissum q̃ rarum.⁊ fm ꝙ solidum/vt ferrum vel lapis penetrari nõ potest. Et hoc obstat transeunti tangendo ⁊ repellendo. Secũdo modo obstat distantia longitudinis.propter quam sc̃z transiens mediam partem non potest accipere cum prima/ nec extremam cum media/nec in media posteriorem cum precedenti:et quo successiuus ⁊ prolixꝰ ⁊ longus fit transitus in tempore numero prioris ⁊ posterioris. Et sic obstat medium omni trãseunti localiter quod circumscriptiue locale ẽ. Neutro autem modo medium obstat angelo. Nõ primo modo:quia nõ contingit.contactus enim nõ est incorpoei ad corporeum. Nec secundo modo: quia motum suũ habet in voluntate ⁊ in potẽtia agilitatis ad motum:⁊ mouentis virtute vincit distantiam medij.sicut enim dicit aristoteles ante finem octaui physicorũ: Si potentia mouens magnitudinem vel multitudinem extendatur in infinitum in aliquo quod mouetur per medium:mo-

uebit ipsum de extremo in extremũ in nunc indiuisibili.quod non accideret ei qõ mouetur/ nisi cõparetur ad medium vt ad vnum indiuisibile. Et quo patet:ꝙ id quod mouetur per medium/ non semper comparatur ad medium sicut ad indiuisibile:sed si potentia mouendi super omnem proportionem vincit medium ⁊ ita scilicet ꝙ efficacius sit in mouendo/⁊ fortius q̃ medium per distantiam resistendo/siue protrahendo medium ad tale: qõ sic mouetur non comparatur vt diuisim accipiendum per trãsitum/sed vt vnum indiuisibile simul acceptum.⁊ tunc eius qõ mouetur sic mot⁹ in momento est: vel ad nutũ voluntatis.⁊ ita cito ẽ per plenum sicut per vacuum: et ita cito ad remotum sicut ad propinquũ. habet enim motum in voluntate/et non in necessitate nature. Ex his habitis facilimus est respondere obiectis omnibus. Ad primum ergo dicendum:ꝙ illa ratio de necessitate procedit: et angelus in termino a quo non mouetur/sed moueri incepit ab ipso: et in termino ad quem non mouetur/sed est in motum esse: vnde in medio mouetur. sed quia potentia motiua in ipso vincit medium:ideo equali facilitate transit spissũ ⁊ solidum:vt lapidem vel ferrum/ sicut rarum vl' vacuum.⁊ equali facilitate transit per multũ distans ⁊ propinquũ:⁊ equali velocitate.oportet tamen propter motum ꝙ tres termini saluentur: a quo scilicet/per quem/⁊ ad quem. ⁊ quia non põt esse in pluribus locis: vt in antehabitis probatũ est:non potest angelus simul eẽ in termino a quo/ per quem/⁊ ad quem. Et hoc est vt dicit Damascenus:ꝙ cum est in celo/nõ est in terra. Ad aliud dicendum:ꝙ angelus non proprie est in vbi:quia non localiter ẽ in loco/sed definitiue: hoc est ita hic vt non alibi. vnde motus angeli nõ est vbi fluẽs. Et dictum auicẽne intelligitur de his que sic mouentur ꝙ sunt in loco localiter siue circũscriptiue. sed verum est:ꝙ in toto transitu angelus diuersimode comparatur ad locum definitiue:⁊ talis cõparatio ad locum continue renouatur in ipo quãdo transit per medium. et si esset aliquid vbi simplex: sic est quando simplex:illud renouaretur in ipso.sed non est hoc verum:quia non potest eẽ simplex quod a composito in compositum procedit. vbi enim est circũscriptio corporis a loci circũscriptione procedens: vt dicitur in sex principijs.vnde quia locus compositus est q̃titatiua compositione: necesse est vbi compositum esse. Ad aliud dicendum:ꝙ angelus non venit de extremo ad extremũ/nisi transeundo per medium: et ꝙ duo alij modi impossibiles sunt.sed transit medium vincẽdo ipsum:sicut dictum est. Ad id quod in cõtrarium obijcitur:dicendum ꝙ illa obiectio procedit ac si nos dicamus ꝙ angelus circumscriptiue et localiter comparetur ad locum: ⁊ hoc non dicim⁹: et ideo non procedit obiectio. Per hoc etiam pz solutio ad sequens:quia non cõmetitur se spacio/ nisi quod est i loco localiter. Ad aliud dicendũ: ꝙ per rationẽ aristoteles optime probatur:ꝙ indiuisibile qõ est de natura continui habens positionem in continuo/nullum motum habere potest:⁊ similiter indiuisibile quod est de natura discreti:sicut vnitas.sed tali indiuisibilitate non dicitur indiuisibilis angelus:sed potius simplicitate naturę incorporee superioris/que mobilitate ⁊ virtute vincit omne q̃ntum/⁊ ad naturam q̃ntitatis ordinatum/siue sit discreta/siue continua:⁊ ideo ex hoc nõ probatur quin possit habere motum illi superiori nature conuenientem. Ad aliud dicendum:ꝙ illa respõsio nulla est:sicut bene improbata est. Sed ꝙ non accipit medium per partes medij/causa est que ante dicta est. Ad aliud dicendum:ꝙ si etiam verum esset quod supponitur de luce ⁊ radio:adhuc tamen per hoc quod dicit nõ soluitur questio:sed soluitur quedam conuenientia quarelta debeat esse. Unde meo iudicio solo illa nõ valet:quia nec vera supponit:nec nodum difficultatis dissoluit. Non enim sufficit/vt dicit aristoteles/falsum iterimere nisi etiam falsitatis ostẽdať causa. vnde illa solutio nulla est:sicut i obijciẽdo probatum est. Ad id quod dicitur:ꝙ motus angeli sit vt mutatio/non sicut motus:dicendum ꝙ fictio est.quia proculdubio fm dicta sanctorum motus angeli habet medium i quo est in moueri:quia non potest intelligi ꝙ de extremo in extremum veniat loci nisi per medium. Propterea generatio ⁊ corruptio/vt dicit auerrois in cõmento super tertium physicorum/sũt sine medio: ⁊ non in tempore/sed in nunc.quia sunt fines motus/⁊ nõ motus. Omnis autem finis motus ad quem motus terminatur ⁊ est ⁊ motum esse/indiuisibilis est/⁊ adiacet ei indiuisibile nunc:⁊ sicut generatio ⁊ corruptio sũt fines motus/qui est alteratio actiuorum ⁊ passiuorum adinuicem:ita illuminatio corporis luminosi finis est motus localis ipius luminosi corporis:⁊ ideo est in nunc/ non in tempore. Statim enim vt corpus luminosum in circulo eleuationis eleuatur ad aliquem gradum:eodem momento intensionem luminis proijcit ad oppositum. Et similiter est in speculo: Statim enim absq̃ mora temporis vt corpus id quod apparet in speculo/motum est ad oppositũ in speculo:a quo radius incidens in speculum a corpore illuminato reflecti potest sub angulo paricũ incidẽte ad corp⁹ illuminatũ:reflectiť forma a speculo in illũinatũ obiectũ sine mora tpis.ois eim reflexio ad parem angulum/fit illi angulo qui est inter radium incidentem ⁊ superficiem speculi cui incidit. Ad vltimũ dicendum:ꝙ sicut probatũ est/solutio nihil facit ad propositum.quia ⁊ si verum sit ꝙ lumine intelligẽtie ⁊ intellectus angelici multa fiant in his in que extendiť lumen illud:sicut arte extensa in artificiata multa fiunt. dicũt enim philosophi:ꝙ lumen intelligentie practicum est ⁊ operatiũ:⁊ operať in animã sic anima operať in naturam.tamen tali lumine nõ perficitur motus localis in quo tot⁹ angelus de vno loco trãsfertur fm substãtiam in aliũ.talem enim motum expresse dicit scriptura fieri in angelo etiam absq̃ corpore assumpto.

Utrum motus angeli sit in tempore vl' in instanti.

Tertio queritur:vtrum motus angeli sit in tempore/vel in instanti. Videť autẽ ꝙ in tempore:Omnis enim motus habz

prius ⁊ posterius vt pres essentiales sibi. Omne prius ⁊ posterius est in tempore. ergo motus an-
Arg.2m geli est in tempore. Adhuc: Omnis motus est de numero successiuorũ. Omne quod ē de numero successiuorum habet esse in partibus / quarum vna est post aliam: et quod tale habet esse / est in tempore. motus angeli tale habet esse: ergo est
Argu.3m in tempore. Adhuc: quod est de definitione alicuius aptatur omnibus de quibus predicat̃ nomen definiti. Esse in tẽpore est de definitione motus. Dicit enim auicenna in sufficientia: q̃ mot̃ est exitus de potentia ad actum in tempore continuo / nõ subito. motus autem angeli motus est: q̃
Arg.4m est in tempore. Adhuc: aristoteles in tertio physicorum: motus est endelechia / siue actus exñtis in potentia fm q̃ est potentia. motus ergo est et actus ⁊ potentia. Cõstat autem q̃ nõ est respectu eiusdem actus ⁊ potentia: Sed vt dicit commentator ibidem: potentia est respectu termini a quo: ⁊ actus respectu termini ad quem: eo modo quo via in actũ dicitur actus. sicut generatio dicitur natura / eo q̃ est via in naturam: vt dicit Aristoteles in secundo physicorum. Et ergo motus via ē quaid quod mouetur quotidie abijcit potentiam ⁊ induit actum. Sic autem abijcere ⁊ induere nõ fit nisi per successionẽ temporis: ergo motus oĩs
Arg.5m est in tempore. Adhuc: si detur q̃ motus angeli sit in nunc: ⁊ contingat angelum aliuꝫ fortiorẽ isto moueri per idem spacium: cum sicut dicit aristoteles in sexto physicorum / velox ⁊ tardum diuidant tempus: ille fortior angelus transibit idẽ spacium in minore q̃ in nunc. ergo in eodem genere est accipere minus q̃ indiuisibile: quod omino falsum ē: ergo ⁊ propositio ex qua sequitur / scilicꝫ
Arg.6m q̃ angelus moueatur in nunc. Adhuc: aristoteles in sexto physicorum dicit: q̃ ĩter quelibet duo indiuisibilia alicuius generis / est accipere continuum ⁊ compositum in eodem genere. Et inter quelibet duo nunc est accipere tempus: sicut ĩter quelibet duo puncta est linea: ⁊ inter quaslibet duas lineas superficies: ⁊ inter quaslibet duas superficies corpus. Ponamus ergo q̃ angelus moueatur ab a in b: tunc de a in b de necessitate est linea per quam mouetur angelus. sed in a toto nõ mouetur: ⁊ sic est in a in nunc a quo incipit motus: in b autem est in motum esse / et ideo etiam est in eo in nunc ad quod terminatur motus. sed inter quelibet duo nunc est tempus: ergo
B in medio tempore fuit ĩ moueri ab a in b: ergo mo
In ꝓtrariũ argu.1m tus angeli est in tempore. In contrarium huius obijciunt quidam sic: In quib̃ nullum ē medium / simul est fieri ⁊ factum esse. Angelus in motu est sic q̃ nõ sit medium: quia vincit medium et medij distantiam / ⁊ medij resistentiam: vt dictũ est prius. ergo videtur q̃ angelus simul sit in moueri / ⁊ motum esse: ⁊ ita mouetur in nunc vt vide
Argu.2m tur. Adhuc: quidam dicunt: q̃ aliud est nũc / ⁊ aliud instans / ⁊ alia ratione dictum. ⁊ dicunt motum angeli non esse in nũc / sed in instanti. Instãs enim dicitur quasi non stans: ⁊ est idem quod cõtinue fluens de preterito per presens in futurum: Unde diuisibile est fm rationem ⁊ fm esse: quia aliud habet esse fm q̃ est finis preteriti / ad quod scilicꝫ preteritum est in esse preteritionis: et aliud fm q̃ est signum presentis. ⁊ aliud fm q̃ est principium futuri. Nũc autem substantia temporis est / que vna ⁊ eadem est in toto tempore. Dicunt ḡ q̃ angelus mouetur in instanti / ⁊ non in nunc: et ideo motus ei̊ quodammodo est diuisibilis: scꝫ per respectum ad preteritum / ⁊ per respectum ad futurum. Simpliciter autem indiuisibilis: quia non diuiditur q̃ntitate eius quod mouetur / ⁊ q̃ntitate spacij per quod mouetur: eo q̃ id quod mouetur non commetiṫ se spacio per quod mouetur.

Sed isti non euadunt difficultatem questiõis. quia esse instantis a quo est motus / est esse fluentis in posterius: ⁊ esse instantis ad quod est mot̃ / ⁊ eẽ terminantis fluxũ illũ: ⁊ sic de necessitate ĩtercidit fluxus temporis in quo est angeli motus: et sic iterum sequitur q̃ motus angeli sit in tempore. Soluo: dicendum sicut supra dixim̃ / angelus habet motum suum in potestate: ⁊ ideo nõ Solo arti. III.
sequitur regulas aliorum motuum / et regulas motus medij per quod est motus. Mouetur enĩ per medium sicut vult: siue in tempore continuo / siue repente / siue subito. In tempore enim quod est tempus fm esse quod tempus habet ĩ anima / continuitatem facit mora: que protensio animi est continua a principio significati temporis vsꝫ in finem. ⁊ est ibi diuisio ex respectu animi ad principium ⁊ finem: ⁊ vocatur prius / quod est respectu principij: ⁊ posterius / quod est respectu finis. ⁊ tali cõtinuo tempore ⁊ diuisibili nihil prohibet moueri angelum / ⁊ aliam quãcumq̃ creaturam spiritualem. Talis enim continuitas nõ est ex spacio super quod est motus / sed ex protensione animi in mora a primo vsꝫ in vltimũ. ⁊ talis diuisibilitas non est ex acceptione spacij per partem ⁊ partem / sed ex respectu animi ad primũ ⁊ vltimum: dicentis prius quod principio est propinquius: ⁊ posterius quod vltimo est vicini̊ in mora illa: que animi protensio est / ⁊ extra animam nullum habet
E esse. Ex his habitis facile est respondere ad ob-
Ad arg.1m iecta. Ad primum ergo dicendum: q̃ motum habere prius ⁊ posterius dupliciter dicitur fm duplicem causam: scilicꝫ a commensuratione eius quod mouetur cum partibus spacij per quod est motus. ⁊ sic motus vere habet prius ⁊ posterius ⁊ compositus est. ⁊ talis est motus corporis. Vel a respectu quo cõparatur ad id quod fertur / ⁊ accipitur propinquius principio motus siue termino a quo / vel remotius ab illo. Et sic angeli motus habet prius ⁊ posterius: quia comparatur termino a quo fm principium motus: ⁊ comparatur ad terminum ad quem / etiam absq̃ eo q̃ commẽsuretur spacio. ⁊ sic in motu angeli est prius ⁊ posterius: quia accipitur propinquior principio / et remotior ab illo spacio quod trãsiṫ in motu: ⁊ hoc nõ facit tempus fm q̃ tempus est numerus motus per prius ⁊ posterius: sed facit tempus fm q̃ esse temporis in anima est. quod est protensio anime vel mentis a principio motus vsꝫ in finem. hec enim mora vocatur. ⁊ ex tali tempore non sequitur / quĩ angelus qui in potestate habet motũ suum / possit moueri ad propinquum ⁊ remotum equaliter: ⁊ equaliter per spissum ⁊ rarum / ⁊ soli /

dum / siue in tempori longiori / siue breuiori / siue
Ad 2m in nunc vt voluerit. Ad aliud dicendum: q̃ omnis motus successiuorũ est. Sed successio duplex est: scilicet successio partium cõtinui que per diuisionem cõmensurationis accipiuntur ex ipso. ⁊ sic motus physicus continů est / qui est motus corporis. Et est successio vicissitudinũ: qua scilicet id quod mouetur hic in spacio accipitur vna vice / et alibi in eodem spacio accipitur alia vice / et non simul in duobus locis. ⁊ sic est successio in motu angeli. Angelus enim non est in loco nisi definitiue: ⁊ sic totus locus ad angelum comparatur vt indiuisibile quoddam / qui est in toto totus fm partes non cõmensuratas. Unde vbi quod procedit a tali loco definitiuũ est et simplex: ⁊ p̃ talia vbi per totum spacium mouetur angelus: et talia vbi succedunt sibi in motu per vices per totum motum an
|| Ad 3m geli super spacium q̃ transit angelus. Ad aliũ dicendum: q̃ auicẽna nõ definit motum: nisi motum physicum ⁊ corporalem. Equoce autem dicuntur moueri corpus ⁊ angelus. vnde mot̃ angeli non est exitus de potentia ad actum: sed est actus purus demonstrans siue manifestans agilitatem angeli ⁊ virtutem ad motuꝫ. Ad aliud di
Ad 4m cendum: q̃ aristotelis dictum nõ tenet nisi in motu physico. Unde etiam dicit hic in libro physicorum / vbi ait de pncipijs corporis mobilis. dictuꝫ autem est iam q̃ motus equoce dicitur de motu
D corporis / et de motu angeli: Est enim nomen v-
Ad 5m num ⁊ ratio substantie est diuersa. Ad aliud dicendum: q̃ angelus mouetur in nunc si vult: et in tempore si vult / ⁊ ad propinquũ et ad remotum: fm q̃ tempus est protensio animi vel mentis ab vno nunc in alterum fm motum: ⁊ nunc est acceptio hic et in hoc nunc significato. Et qõ dr̃ q̃ velox ⁊ tardum diuidunt tempus / dicitur fm virtutem mouentis qõ fm rationem finiti vel infiniti incrementi se habet ad mouendum. Et hec est virt̃ q̃ntitatis mouentis finite vel infinite / maioris vel minoris: sicut ante finem. viij. physicorum determinat aristoteles. Virtus autem angeli simplex est: ⁊ ideo per incrementa virtutis talis non comparatur angelus ad angelum / sed equaliter se habet ad longum ⁊ ad breue: ⁊ ideo non tenet in mo-
Ad 6m tu angeli quod dictum est de veloci ⁊ tardo. Ad aliud dicendum: q̃ inter quelibet duo nũc est tempus: sicut inter quelibet duo puncta est linea. sed sicut motus equiuoce dicitur ō motu corporeo / ⁊ de motu angeli: ita tempus equiuoce de tempore dicitur quod est numerus motus corporei: et de tempore quod est numerus vicissitudinũ / quibus accipitur id quod fertur hic ⁊ ibi. sꝫ illud tempus non est continuũ / nisi continuitate prensionis mẽtis in mora acceptionis vicissitudinũ illarum: vt
Ad arg.1m in ꝓtrariũ dictum est. Ad id qõ obijcitur in cõtrarium: dicendum q̃ impossibile sit fieri / et factum esse et in motu corporeo ⁊ in motu angeli. Et quod dicit q̃ angelus vincit medium: non dicit propter hoc q̃ sic vincat medium q̃ nõ sit medium per distantiã: sed q̃ sic vincit q̃ non facit resistentiam siue retardationem qui angelus equali velocitate moueatur ad propinquuꝫ ⁊ ad remotum. nihilominus tamen est ibi successio vicissitudinũ: ⁊ vice qua accipitur ante in spacio / nõ accipiṫ post in eodem: sed alia ⁊ alia vice. Ad aliud dicendum: q̃ licet solutio sit ꝓbabilis: tũ insufficiens est vt in obijciendo probarũ est.

Queritur de assumptione corporũ angelorũ ⁊ motu eorundẽ. Questio. LXXV.

Einde queriṫ de mo
d tu angeli quem habet assumpto corpore: quo etiam deus mouet eum vt visibilis appareat hominibus. Et querunṫ quiq̃: Quorum primũ est: An angeli boni assumant corpora. Secundum ex quo elemẽto assumant. Tertium qualiter assumant. Quartum ad quem vsũ assumant. Quintum quid fiat de corporibus assumptis post ministerium expletum. Utrum autem aliquid agant vel patiãtur ex natura corporis assũpti / querendũ erit in scõo. Hui̊ qõis sũt membra.

Utrum angeli boni assumant corpora. A

Primo ergo queritur: An boni angeli as- Debẗũ. I.
p sumant corpora. Et videtur q̃ non. Di Arg.1m
cit enim Damascenus: q̃ angelus est substantia simplex incorporea. Simplex autem ⁊ in corporeum ad corpus proportionem nõ habet: ⁊ esset inordinatum si inter assumens ⁊ assumptum non esset proportio. Cum ergo nihil sit inordinatum in operibus diuinis: videtur q̃ angelus non possit assumere corpus. Adhuc: De intellectu Argu.2m
propter simplicitatem dicit philosophus / q̃ nullus corporis est actus: nec operatio intellectus ab aliquo corpore dependere potest. cum ergo angelus simplicior sit / ⁊ sit intellectus diuinus: vt dicit Dionysius: videtur q̃ multo minus potest vti corpore in operibus suis: ⁊ ita videtur q̃ nõ assumat corpora. Adhuc: In ordine creaturarum Argu.3m
est / vt dicit augustinus duodecimo super Genesim ad litteram: q̃ duo fecit deus: vnum prope se: ⁊ alterum prope nihil: Prope se angelicam naturam: vt ibidem dicit augustiñ. Prope nihil materiam primam. Sed materia que prope nihil est inclinabilis est in omnem formam ⁊ omnis forme susceptibilis: ergo angelica natura que prope deum est / per oppositum: ⁊ sicut dicit augustiñ / immutabilitatis diuine particeps nullius forme vel speciei est susceptibilis. Adhuc si assumunt / Arg.4m
ad quid assumunt: Constat enim q̃ ex natura nõ indigent. Si dicatur q̃ indigent in comparatione ad deum. Contra operationes quas habent ad deum: sicut assistere / laudare / contemplari: et hec omnia melius faciunt sine corpore q̃ in corpore. Si dicatur q̃ indigent ad operationes quas habent circa nos. Videtur non esse verum. quia cum operantur circa nos: aut operantur nos custodiendo: aut illuminando intellectum per visiones intellectuales / vel imaginarias / vel sensibiles: vel accendendo affectum. ⁊ hec omnia fiũt melius a spiritu sine corpore / q̃ cum corpore. ergo videtur q̃ non indigeant corpore propter aliquam operationem: ⁊ sic angelus frustra assumit corpus. frustra autem non est in operibus diuinis: ergo videtur q̃ angelus nõ assumit corp̃. Ad Arg.5m

hoc dicit aristoteles: q̃ in paucis via melior est. quod ergo potest fieri per angelum non assumpto corpore/melius est ꝗ si fiat corpore assũpto. Sed operatio circa nos/z illa que ē corporea potest fieri sine corpore: ergo pro nihilo ad hanc assumereť corpus. Probatio minoris: dicit Bregorius: Aliquando loquitur deus per angelum celestib⁹ substantijs: aliquando terrenis. Celestibus/vt cum vox illa facta est de nube: hic est filius meus dilectus. hec enim vox de celo dicitur esse facta. Luce 3. e. Et vox de celo facta est. Ex hoc accipitur: q̃ formatio illius vocis ministerio angeli facta est. ergo sine assumpto corpore potest formare vocem corporalem de nube sensibilem z audibilem: z sic
B de nihilo propter tales operationes assumeret
Argu. 6m corpus. Adhuc: Numeri. 22. e. Constat q̃ angelus formauit voces per linguam asine audibiles z articulatas z intelligibiles: cum tamen lingua asine debitum instrumentum nõ fuerit ad vocum formationem. videtur ergo q̃ nõ indiget assumptione corporis organisati. Et sicut dicitur est de lingua/ita est de alijs membris: z sic videť q̃ non indigeat ministerio corporum assumpto-
Arg. 7m rum. Adhuc: Rabbimoyses in libro qui dicit dux neutrorũ siue dubiorum/dicit: q̃ hec que leguntur ab angelis facta: nõ sũt per assũpta corpora facta/sed per visiones intellectuales. Sz quia visio intellectualis imaginationi non manifestatur/nisi modo possibili ipi imaginatiõi: ideo q̃ fulget per species intelligibiles in intellectũ: vt dicit augustinus in. xij. super Genesim ad litterã: hoc est p imagines corporeas in spiritu. ibidem enim dicit augustinus: q̃ spiritus est quedam vis natu re inferior/in qua imagines rerum imprimũtur/ siue depinguũtur: z id quod ē fulgẽs in intellecu per species sensibiles/repꝛesentatur in sensu. Et hoc modo angelus nõ assumit corpus ad operationes tales: sed potius ea de quibus illuminat intellectum facit imaginabiliter apparere in spiritu/z sensibiliter in sensu. Unde augustin⁹ in tertio de trinitate querit: vtrum species in quib⁹ apparuit deus ante incarnationem/facte fuerint p angelos/vel per deũ immediate. Et dicit sic: Antiquis patribus ante incarnationem saluatoris cum deus apparere dicebatur: voces ille ac species corporales per angelos fiebant: aut ipis agentibus aliquid ex persona dei/sicut prophetas solere ostendimus: siue assumentibus ex creatura q̃ ipi nõ essent/vbi deus figurate demonstrareť hominibus. Patet ergo q̃ augustinus relinquitin dubio vtrum angeli faciãt istas per solas species: vel assumptis corporib⁹. Sed cum per solas species hec fieri possunt/superfluum est assumere cor-
Arg. 8m poraz: z sic angeli corpora nõ assumũt. Adhuc: ante diluuiũ nõ legitur deus apparuisse: nisi per seipsum ade z abel z noe. post diluuiũ semper legitur apparuisse in angelo/vel per angelum. cuius signum est quod ibidem dicitur/semper vel freqn ter: q̃ angelus locutus est: q̃ angelus apparuit. sicut ante Josue apparuit armat⁹ precedẽs. Malachie. 3. a. dicit: Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem tuam. Similiter Galath. 3. c. dicitur de tota lege ordinata per angelos in manu mediatoris. post legem autem assumpto corpore apparuit z perfecit per seipsum operaz: z queritur quare hoc. Adhuc. 2. Ma- E
cabeorũ. 5. a. dicitur q̃ cõtingit p vniuersam hie- Argu. 9m
rosolymorũ ciuitatem videri diebus quadragita per aera equites discurrẽtes/armatas stolas habentes/z hastas quasi cohortes armatos. z cursus equorum per ordines digestos: z congressiones fieri comin⁹: z scutorum mot⁹: z gladiorum multitudinem gladijs districtis: z telorum iact⁹: z aureorum armorum splendorem/omnisq̃ generis lorica rum: quapropter omnes rogabant i bonum monstra conuerti. Ex hoc videť/q̃ talia melius fiunt per species simplices/sensibiles/z imaginarias/q̃ per assumptionem corporis: z sic superflue assumunt corpora. In contrarium ho- In contra-
rum omniũ est quod dicit Bernardus in quinta riũ ar. I.
homelia super cantica sic: Quattuor spiritus sũt: quorum vnus est diuinus corpore nõ indigens/ nec quo ad esse/nec quo ad operationem. Angelicus: corpore indigens ad ministerium. Spiritus humanus: corpore indigens ad esse z ad vitam. Spiritus iumenti sine corpore nec esse habens/
nec vitam. Adhuc: augustinus de ciuitate dei Argu. 2m
octauo capl'o. xiiij. facit comparationem iter tres substantias: deos scz/demones/z homines: z inducit apuleium in libro de deo socratis sic dicentem: Animalium in quibus est anima rationalis tripertita est diuisio: in deos/homines/z demones. dij excellentissimum locum tenent: homines infimum: demones medium. Nam deorum in celo sedes est: hominũ in terra: demonum in aere. Et infra capl'o. xvj. dicit apuleium dixisse: demones esse natura animalia/animo passiuo/mente rationalia/corpore aerea/tẽpore eterna. ergo demones qui eiusdem nature sunt cum angelis corpora habent naturaliter sibi vnita: ergo z angeli
multo magis possũt sibi assumere corpora. Ad- Argu. 3m
huc: augustinus tertio super Genesim ad litterã. Demones aera dicuntur animalia: quia corporũ aereorum natura vigent: nec per mozrem dissoluuntur. Ex hoc sequitur idem quod prius. Ad Arg. 4m
huc: Bregoriꝰ super Genesim ad litteram: Abraam angelos videre non potuisset/nisi corpus ex Arg. 5m
aere assumsissent. Adhuc: Abraam angelicum numerum non caperet/nisi propter nos ex celesti elemento aliquod solidum assumerent z gestarẽt. D
Solutio: dicendum q̃ in questione hac parum Solo mõ. I
potest philosophus/vel nihil: z ideo omnino intendum est auctoritatibus sanctorum z scripture biblie. Ad primum ergo quesitum: dicendum q̃ angeli assumunt corpora: vt Dionysius capitulo secundo celestis hierarchie dicit. z theologia figurat eos corporalibus formationibus/propter nostrũ materialem intellectum: qui propť hoc q̃/ vt dicit phs tertio de anima/coniũctus est continuo z tpi simplices intelligentias diuinas capere nõ potest: nisi fuerit corporalib⁹ assimilate. z ideo assumũt nõ corpa ꝓpter se: sed vt hoib⁹ congruãt ad quos mittũť purgãdos/illũinandos/z pficiendos/z custodiẽdos. Uñ eriã talũ corpꝰ sumũt figuras/ex q̃b⁹ significeť q̃ circa nos venũt facere. Sic̃ veniẽtes custodire ab isidijs/assumũt figu-

ras ministrorũ bellicorũ quib⁹ hoc ipsũ significeť quod intendũt. iiij. Regũ. 6. Ecce mons plenus
Ad arg. 1m equoꝝ z curruũ igneorũ in circũitu helisei. Et per hoc iam pater solutio ad primũ. Licet enim q̃ tum est de natura sua incorporei sint z simplices/ nullam habentes inclinationem vel proportionẽ ad corpus: tamen quia nos corporei sumus z corporalibus similitudinib⁹ facilius instruimur de celestibus excõuenientia ad nos: vt scilicet nobis congruant. vtile est eos assumere corpora: et talia in quibus nobis congruant: ex quoꝝ similitudinibus manifestetur quid circa nos acturi veniunt. Unde Tobie. 4. raphael angel⁹ apparuit in specie iuuenis pcincti ab ambulandum: vt ex hoc doceret/q̃ itinere recto z salubri ducturus eẽt filiũ.
Ad 2m Ad aliud dicendum: q̃ operationes angeli duplices sunt: scilicet interiores z exteriores. Interiores duplices sunt: circa deum: et circa seipsos. Quãtum ad operationes interiores non indigẽt corpore. z hoc et nihil amplius probat obiectio. Quãtum ad operatiões exteriores que circa nos sunt. non ꝓpter se/sed propter nos quibus nobis congruant assumũt corpora. quod patet. ij. Machabeoꝝ. 10. f. vbi angeli venẽtes ad animandũ z protegendum iudam machabeum z suos ad pugnam: tales figuras assumpserunt que ipsis figuris realiter hoc loquebãtur. ad confortandus em eos apparuit: pcedens eos in aere quidez in veste candida armis aureis/hastam vibrans cõtra inimicos: ex quo de celo intellexerunt se habere auxilium: z cõualuerunt animis. ad protegendũ aũt/ sicut ibidem dicitur/apparuerũt aduersarijs q̃nq̃ viri: ex quibus duo medium habentes iudam machabeum scutis suis inuulnerabilem custodierunt: tres autem alij ignea tela in aduersarios p̃iecerunt/ex quibus perturbati et excecati cecide-
Ad 3m runt. Ad aliud dicendum: q̃ illud argumentũ procederet si nihil attribueretur angelo nisi ꝓter seipsum/z proprer ipsius naturam. Sed quia in toto ordine nature sic est: q̃ semper superior prouisua est inferioris: ideo fm prouisionem illam attribuitur angelo ministerium circa hominem/vt ministrans congruat homini: z congruere nõ potest nisi conformetur: ideo concessum est eis q̃ possunt assumere corpora: z q̃ possunt illa mutare in
Ad 4m formas z figuras ministerio congruentes. Ad aliud dicendum q̃ assumũt corpora propter operationes suas quas habent circa nos. z q̃tuis illas possint perficere sine corporibus q̃tum est de se: tamen conformiter nobis non possunt fieri sine corporibus assumptis: vt dictum est. Unde etiaz Matth. 1. et. 2. vbi venit angelus illuminare ioseph de his que debebant fieri circa saluatorez in somnis/per imagines corporales instruxit eum.
Ad 5m z sicetiam factum est de regibus Matth. 2. Ad aliud dicendum: q̃ duo exiguntur ad instructionem hominis si aptissime debeat instrui: scilz q̃ figura vel species apparẽs quasi ipsa loquitur hoc de quo homo debet instrui. Et q̃ instructor cõformis z familiaris per omnia congruat ei qui instruitur. Et q̃tum ad primũ sufficeret illuminatio ostẽsa in sensibilibus speciebus vel imaginibus vl intelligib⁹libus: sicut factum est prophetis. Sed q̃tum ad secundum exigitur assumptio corporuz in quibus hominibus congruant comedendo bibendo/ambulando/loquendo. Ad aliud dicẽ- E
Ad 6m dum: q̃ sicnon indigent corpore q̃ sine ipso nõ possint facere operationes illuminationis. Unde aliquando etiam sonant de nube voces articulatas z significatiuas: quas nõ formant per linguã/sed indigent eis vt aptissimo modo homo instruatur: vt dictum est. Ad aliud dõm: q̃ rabbimoyses
Ad 7m et aliq̃ alij iudei: vt rabbi eleazar et rabbi yosua/ z rabbi iobãna/et isaac non referebant appartiones angelorum nisi ad actum illuminationis que fiebat per eos. Et verum est: q̃ illa potest fieri ex solis speciebus sine assumptione corporum. Sed vt dictum est: sancti alij attendentes conformitatem angelorum cum hominibus in actib⁹ humanis: ex quibus per amorem capitur/z per significationem quasi manuducit: vt dicit dionys⁹ animus hominis apertissime instruitur: dixerũt hec que scribuntur de angelis in corporibus assũptis esse perfecta. Ut expꝛesse apparet in tribus angelis Gen. 18. qui comederunt apud abraam. z Tobie. 12. vbi angelus comedit. Et Actuũ. 12. vbi angelus corporaliter p̃cessit petrum z eduxit euz de carcere. De formis autẽ in quibus apparuit de⁹ ante incarnationez/dicit augustin⁹ expꝛesse in. iij. de trinitate: q̃ angeli eas preparauerunt: sed virtus diuina formauit eas et distinxit. Ad aliud
Ad 8m dicendum: q̃ licet illud nõ sit multum ad propositum quod ante queritur de hoc: tamen ante diluuiũ deus magis familiaris videbatur hominib⁹: eo q̃ peccatum non tantũ inundauerat: z ideo apparuit per seipsum. Cum autem peccatum inundauit/post diluuiũ min⁹ familiarem se ostendit hominib⁹/z apparuit per angelos. Tãdem quia vt dicunt anselm⁹ z ambrosius/q̃ opus redẽptiõis non potuit fieri nisi per eum qui debuit vt homo/ et potuit vt deus: oportuit vt apparens per seipsum veritatem humani corporis assumeret. Ad
Ad 9m aliud dicendum: q̃ apparitio que scribitur in. ij. Machabeoꝝ. 5. a. facta nõ fuit nisi vt significaretur illuminatio de bello futuro: et ideo ad hoc sufficerunt imagines sine corporibus. sed ex hoc nõ sequitur quin necessaria sit assumptio corpis ad familiarem instructionem quarũdam personarũ: vt abrahe z tobie. Id quod primo in contrariũ Ad arg. 1m
obiicitur de beato Bernardo/ concedendum est: in ꝓtrariũ
angelic⁹ enim spiritus propter ministerium indiger corpore: non propter se/sed propter nos vt dictum est. Ad dictum augustini dicẽdum: q̃ nõ Ad 2m
dicit aug⁹ q̃ demones sint aãlia z corpe aerea/ nisi fm opinionem stoycorum: z illa erronea fuit. vnde ex hoc non sequitur: q̃ angeli habeant corpora/vel assumant ea propter indigentiam ꝓriam.
Ad aliud dictum augustini eodem modo dicen- Ad 3m
dum est. dicit enim hoc recitando opinionem stoy coꝝ/z nõ asserẽdo. Ad aliud dictũ q̃ dictũ gre- Ad 4m
goriꝰ z sequẽs dictũ simpl'r ꝓcedenda sunt. z 5m

Queritur ex quo elemento angeli assumant corpora.

Secundo queritur ex quo elemento angeli assumant corpora. Et sicut dictum A
auctoritati innitẽdũ est. habitũ ē aũt nuq Mebrũ. II
Arg. 1m

quod dicit Gregorius: Abraam angelos non potuisset videre nisi corpora ex aere assumpsissent.

Arg.2m Adhuc Beda in libro de natura rerũ sic dicit: Celum superioris circuli proprio discretũ termino/ꝛ equalibus spaciis collocatũ virtutes angelicas continet: que ad nos exeuntes etherea corpora sumũt/vt possint hominibus medendo assimilarie ademq; reuerse ad celum deponũt. Ether autẽ est superior pars aeris: vt in libro metheororũ dicit Aristoteles. In contrariũ huius est: q̃ sicut dicitur Genes. j. ꝛ iam habitũ est: locus corporeus qui magis cõuenit angelo/celum empyreũ est. Dicit autem philosophus: q̃ locus ꝛ locatum connaturalia sunt: propter quod vnũquodq; mouetur ad locum sibi connaturalem. videtur ergo q̃ magis cõgruum sit angelo q̃ sumat corpus de corpore celesti/q̃ de aere. Et hoc videtur etiam ex signo Actuũ. xij. a. Angelus domini astitit: et lumen refulsit in tabernaculo carceris. constat q̃ loquitur de lumine corporali: quod non potuit fulgere nisi tm̃ de corpore angeli, cũ ergo corpus de se non luceat nisi celeste: videtur q̃ corpus angeli assumptũ fuit de substantia celesti. Adhuc augustin⁹ super Genesim ad litteram: ꝛ inducitur a gistro sententiarũ distinctione. viij. dicit sic: Demones quibus ante peccatum congruebat locus celestis quantũ erat de prima natura sua instituta: post peccatũ ceciderunt de celo in hunc aerem caliginosum: ꝛ de illo assumunt corpora ad temptandum. Si ergo boni angeli non ceciderunt de celo: congruitatem non habent assumendi corpora de aere/sed de celo. Adhuc antehabitum est de agilitate angelorum/q̃ in potestate habent motum suum. tante autem agilitati non competit corpus alicuius elementi/sed de celesti assumptum: ergo videtur q̃ boni angeli non assumant corpora de aere/sed de celo. Sed hoc videtur esse impossibile: corpus enim celeste/vt dicit aristoteles/est indiuisibile. sed si angelus assumit corp⁹ de celo: oportet de necessitate q̃ corpus assumptũ diuidatur a reliquo quod nõ assumit: ꝛ sic videtur q̃ impossibile sit q̃ assumat corpus de celo. Adhuc dicũt quidam celum esse corpus inalterabile f̃m qualitates: alterationes em̃ nõ accipit: sicut calidum/frigidum/humidum/siccum/rarum/spissum. corpora autem assumpta ab angelis vt dicũt sancti/densabilia ꝛ densata sũt/vt cõtineãt figuras mẽbrorum humanorũ ꝛ aliorum animaliũ terminata in seipsis. quia si essent in raritate aeris vl' etheris: quocunq; moueretur angelus/corpus suum continuaretur illi aeri ꝛ fluereret in ipsum: ꝛ sic angelus indistinctus esset ab aere per quẽ moueret.

In ꝛtrariũ argum. 1m

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

B Solo mẽbri. II.

Solutio: dicendum q̃ f̃m sanctos oportet dicere/q̃ angeli ex ethere corpora assumant: ꝛ q̃ habeant potestatem densandi ea: nõ cõmixtione alterius corporis/sed simpliciter: prout densitas ẽ situs quidam partium ꝓpinque stantium in toto. ꝛ q̃ habeant potestatem ad solidum redigendi ea vt resistant tactui ꝛ nõ cedant impellenti. sic enim ꝛ figurata sunt ꝛ formata. Ether autem licet multipliciter dicatur. vt dicit aristoteles in metheororum: tamen principaliter dicitur corpus nõ igne/sed lumine inflammans ꝛ inflammatũ. ꝛ talis est superior pars aeris: que pura ẽ/eo q̃ vapores ad ipsam non attingunt: luminosa est siue inflãmata lumine ex ꝓpinquitate siderũ. Sapientie. xvij. b. dicitur: siderum limpide flãme. Ex hoc ergo meo iudicio corpora assumunt: f̃m q̃ potest elici ex dictis sanctorum. hoc enim magis obedit densationi ꝛ solidatione in figuras corporales ministerio eorum congruentes. Ad primũ ergo dicendũ: q̃ Gregorius vocat ethera aerem: quia superior pars aeris est. Ad dictum Bede patet solutio: quia hoc concedendum est. Ad id quod obiicitur in contrarium dicendum: q̃ licet celum empyreum inter corpora plus congruat nature angelice: tamen non ita congruit ministerio: quia non ita potest solidari ꝛ densari sicut aereum: vt dictum est. Dionysius tamen in celesti hierarchia capitulo secundo huius ponit etiam aliam rationem: dicens q̃ sapienter prouidit theologia angelos formans figuris ignobilium corporũ: vt boum/leonum/aquilarum/equorũ igneorum: ne scilicet imperiti ꝛ ideote qui nihil estimare sciũt nisi quod vident/crederent esse angelos eiusdẽ nature cuius est corpus in quo apparẽt: sed ipsa vilitate ꝛ ignobilitate elementi cõiuncti/scirent angelos esse supermundanas substantias: habẽtes potestatem hec inferiora mouendi ad vsum sui ministerij. Ad aliud dicendum: q̃ non intendit augustinus dicere/q̃ demones ante peccatum ꝛ angeli boni quantũ est de se dependerent/vel connaturalitatem haberẽt ad aliquem locũ: sed quantũ est de cõgruentia corporis ad spiritum/lux corporalis plus congruit luci spirituali q̃ aliud corp⁹: ꝛ sic debebatur angelo bono celũ/ꝛ etiam demoni ante peccatum. Quo ad assumptionẽ vero corporum que non respicit nisi ministerij congruitatẽ: sic demoni post peccatum ad congruitatem tẽptationis debetur aer caliginosus: quia caliginoso corpore assumpto magis congruit temptationi. ex ipsa em̃ caligine signanter respondit q̃ temptator est ꝛ mendax. Aliquando tamen transmutat se in angelum lucis/vt hac simulationẽ decipiat. sicut dicit apostolus secũde ad Chorinth. xj. c. Et quod obiicitur in precedenti argumento Actuum xij. dicendum q̃ sicut dicit Auicena in sufficientia celi ꝛ mundi: Omne perspicuum densatũ lucet: ꝛ ideo omne lucens actu tegit ꝛ videri non permittit corpus quod post se est. Unde flamma candele alteri candele obiecta/vmbrã facit: ꝛ sol tegit stellas. Propter quod etiam philosophi dicunt ignẽ non lucere in propria sphera/propter nimiam raritatem ipsius. Non ergo est inconueniens si corpus angeli ex ethere densatum luxit in carcere.

Ad arg.1m

Ad 2m

Ad arg.1m in cõtrariũ.

Ad 2m

Ad 3m

Ad aliud dicendum: q̃ agilitati angeli nõ repugnat ether. tanta enim est vis angeli ad mouendũ q̃ vincit omnia talia: sicut panloante in prehabitis ostensum est. Ad aliud dicendum q̃ dictum Aristotelis ꝓcedit. Ad aliud potest dici: q̃ illud procedit. licet enim corpus celeste/vt dicit messealach in libro de sphera mota: ꝛ auerrois in libro de substantia orbis/sit inspissabile ꝛ rarefactibile q̃ ad positionẽ partiũ ꝓpinq; vl' remote: eo q̃ aliter seqrẽr q̃ intercideret vacuũ inter sphaeras orbiũ: tm̃ non est rarefactibile ꝛ densabile ad diuisionẽ substantie/ꝛ alterationem passiuã abiicientẽ a formam ꝛ a specie: ꝛ ideo ab angelo nõ est assumptibile.

Ad 4m

Ad 5m

Queritur qualiter angel⁹ assumat corpus: vtrum scilicet sit in corpore assũpto vt perfectio in perfectibili: vel vt motor in mobili.

B Mẽbri. III

Tertio queritur: qualiter angeli assumãt corpora. Et queritur hic: vtrum ꝛ angelus sit in corpore assumpto vt perfectio in perfectibili: vel vt motor in mobili. Si enim est vt perfectio in perfectibili: cum ex perfectibili ꝛ perfectione naturaliter fiat vnũ/ex angelo ꝛ corpore assumpto naturaliter fieret vnũ: quod falsum est.

Argu.1m

Argu.2m

Adhuc: Quotiescunq; spiritualis substantia corporali vnitur vt perfectio perfectibili/spiritualis substantia viuificat corporalem. si ergo angelus assumat corpus vt perfectio perfectibile: corpus assumptum viuificatur ab angelo: q̃ absurdum est. Si dicatur: q̃ assumat vt motor mobile. Contra f̃m hoc assumit omne corpus q̃ mouet. Sed in ciuitate dei libro. viij. dicit aug⁹: q̃ angeli omnia corpora possunt mouere: ergo oia corpora possunt assumere: q̃ falsũ est. Adhuc Zacharie. i. dicitur: Angelus qui loquebatur in me. ergo angelus mouebat zachariam ꝛ membra eius. ꝛ si assumit omne corpus quod mouet/vl' in quo operatur: tunc sequit q̃ assumpsit zachariã: q̃ absurdum est. Ulterius queritur: a quo/vl' quomõ fiat corpus q̃ assumitur ab angelo. hoc enim corpus organizatum est. Queritur ergo q̃s organizat corpus. Et videtur q̃ non angelus. organizatio em̃ cum vltima perfectio sit corporis animati: videtur q̃ ad deum pertineat. vltimum enim ꝛ optimũ in vnoquoq; deo est attribuendũ.

Argu.3m

Argu.4m

Argu.5m

Q̃ incidẽs

Arg.1m

Adhuc augustin⁹ dicit: q̃ in formatione corporis eue angeli preparauerunt materiam: extrahẽdo scilicet de adam costam: sed de⁹ perfecit corp⁹/distinguendo in organa. A simili ergo videtur: q̃ in corporibus suis preparatores tm̃ sint/ꝛ dominus adhibeat organizationem.

Argu.2m

Argu.3m

Adhuc: Aia in generatione hominis nõ facit organizationem in corpore/sed organizato iam infunditur. sicut dicitur. ij. Mach. 7. c. Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Neq; enim ego spiritum et animam donaui vobis ꝛ vitam: ꝛ singulorum membra nõ ego ipsa compegi: sed mundi creator qui formauit hominis natiuitatem: quiq; omniũ inuenit originem ꝛ spiritum: iterum vobis cum misericordia reddet ꝛ vitam/sicut nũc vosmetipsos despicitis propter leges eius. g̃ videtur q̃ nec angelus organizet corpus assumptum ab ipso. Adhuc: videtur q̃ organizatum corpus nõ comperat angelo. Dicit enim cõmentator super scõm de anima: q̃ multitudo organorũ in corpore est propter multitudinem potentiarum in anima/que non nisi organis operari possunt. sed talis multitudo potentiarum nõ est in angelo: ergo non competit sibi assumptio corporis organizati.

Argu.4m

Argu.5m

Adhuc: Cum fictio cõtraria sit veritati/vt dicit gregorius: et angel⁹ quãdo mittitur veritatis nũcius sit: videtur q̃ in operibus eius non debet esse fictio. ergo oculus eius vere est oculus: ꝛ pes vere pes: et lingua vere lingua: ꝛ auris vere auris: ꝛ manus vere manus. ſz oculus vere oculus/ꝛ vere auris: ꝛ sic de aliis organis sensuũ immutantur passibilibus qualitatibusq; corporum: ergo angelus imutatur et recipit a corporibus passiões ꝛ passibiles qualitates corporũ inferentes vel illatas: q̃ valde absurdũ est/ꝛ contra beatum dionysiũ: qui dicit q̃ angeli cognoscũt hec singularia nihil recipiẽtes ab ipsis.

Arg.6m

Adhuc: sicut in prehabitis dictum est: frustra fit mediante corpore q̃ sine corpore fieri potest. Sed sonare/locutiones formare/accedere hominẽs/mouere corpora/ꝛ defendere a periculis ꝛc. huiusmodi potest angelus facere sine organis ꝛ sine corpore: frustra ergo ad opus suum corpus organizatur.

B Solutio Mẽbri. III

Solutio: dicendũ q̃ angelus assumit ex ethere siue ex puriore parte aeris corpus: quod ipse virtute diuina spissat/solidat ꝛ organizat ad singulas operationes organorum singulorum: ꝛ cõiungitur ei ꝛ vnitur quasi vt motor mobili. Probauit enim aristoteles in. viij. et. viij. physicorum: q̃ mobile determitate figure et solide substantie ꝛ incorruptibilis nõ mouetur in actu/nisi a motore cõiuncto sibi. assumptio ergo corporis est cõiunctio siue vnio talis angeli cum corpore: ita q̃ angelus cum corpore intrinsecus sit vt q̃st vnũ fiat de angelo motore ꝛ corpore moto/in omnibus operationib⁹ q̃ fiunt ad manifestationẽ diuinam/vel ad manifestationem angeli. Dico autẽ ad manifestationem diuinam: ꝓpter hoc q̃ aliquãdo angelus apparet in persona dei: ꝛ tunc operatio eius ordinatur ad manifestationem diuinam. Aliquãdo apparet in persona propria: ꝛ tunc operationes eius ordinantur ad manifestationẽ angelicam. ꝛ dico quasi vnũ/nõ vnum: quia non fit vnũ ex angelo ꝛ corpore assumpto vere ꝛ f̃m naturam. Corpus em̃ assumptum est sibi quasi habitus congruus in quo boi manifestatur. vnde Beda dicit in libro de natura rerum: q̃ in ministeriũ missi induũt corpora/ꝛ misterio expleto deponũt.

Ad arg.1m

Ad 2m

Ad 3m

Ad primũ ergo dicendum: q̃ angelus nõ est in corpore vt perfectio i perfectibili/sed vt motor in mobili tm̃: in potestate voluntatis habens mobile ꝛ motum mobilis/ꝛ omnes operationes organorum corporis assumpti. distinctus tamẽ ab ipso in essentia ꝛ esse: idcirco ex ipso et mobili non fit vnum per naturam. sicut ex nauta et naui non fit vnũ: licet nauta vt motor cõiunct⁹ sit naui. Ad aliud dõm q̃ hoc procedit: et ideo nõ coniungitur corpori vt perfectio perfectibili. Ad aliud dicendum: q̃ est motor extrinsecus: ꝛ est motor intrinsecus: ꝛ est mobile motũ ad conformitatem hois: et motum simpl'r quocũq; motu. Angeli omnia corpora possunt mouere quocũq; motu vt motores extrinseci: quia non est eis determinatũ a deo q̃ corpus moueant/ꝛ quod non moueant. Sed cũ superior sit creatura spiritualis ad corporalem: ꝛ in omni ordine nature superior natura sit vt mouens/et inferior vt mota: dicit augustinus/q̃ angeli possunt mouere corpora: sed ad talem motum corporibus nõ indigent. Sed motor intrinsecus distinctus f̃m esse ab ipso mobili/in motu q̃ est ad manifestatioem diuinam/vel angelicam factus f̃m conformitatẽ ad hominẽ/non indifferẽ

ter se habet ad omne corpus: quia quodam corpo
re potest perficere hoc / ⁊ quodã non: ⁊ ideo quod-
Ad 4m dam assumit / ⁊ non omne. Ad aliud dicendum:
q̃ angelus loquebatur in zacharia per medium.
inspirabat enim siue illuminabat quod melius est
animã zacharie de his de quibus loquendũ erat:
⁊ anima zacharie mouebat linguam ⁊ corpus. et
ideo angelus nec zachariam / nec corpus eius af-
sumpsit. quia in corpore assumpto immediatus
motor est angelus / ⁊ per seipsum operatur in or-
£ ganis eius. Ad id quod vlterius queritur pro-
Ad q̃stionẽ incidentẽ ⁊ argu. 1m babiliter dici potest: q̃ in corporibus talibus sub
stantia ipsius corporis preparatur ab angelo: di-
stinctio vero ⁊ figuratio in organis fit etiã ab an-
gelo / sed virtute diuina. sicut etiam locatio in loco
corporali angeli non potest esse virtute corporis:
quia corpus non potest contingere angelum: sed
virtute dei / qui proprius locus est angelorum / vt
dicit Beda: Locus angelorꝫ deus est: intra quem
currunt quocunq; mittuntur. Dei enim solius est
continere angelum: a quo et ipse angelus habet
virtutẽ contentiuam qua continet corpus assum-
Ad 2m ptum / ne defluat / nec dissoluatur. Ad aliud pa
tet solutio per antedicta. Concediturenim fm au
gustinum / q̃ preparatores sunt angeli / licet non
creatores essentie ⁊ esse rerum. essentias ẽm ⁊ esse
Ad 3m rebus solus deus dat. Ad aliud dicendum q̃
non est simile. Anima enim non potest facere orga
na in corpore. quia ipa ante organizatum corpus
non est: ⁊ cum non est / nec virtute propria / nec vir
tute diuina operari potest. Angelus autem ante
assumptum corpus est: ⁊ ideo assumendo corpus
potest organizare virtute diuina: vt dictũ est. quod
Ad 4m nõ potest anima / que organizato iam infunditur
corpori / ⁊ infundendo creatur. Ad aliud dicen-
dum: q̃ illa obiectio nõ probat / nisi q̃ angelus nõ
indiget organis quantũ ad seipsum. ⁊ hoc verum
est. indiget tamen organis propter hominẽ circa
quẽ ministrat: cui cõueniente r significari non pñt
manifestationes diuine ⁊ angelice / nisi in corpore
Ad 5m qõ est cõforme corpori hũano. Ad aliud dõm:
q̃ nõ est ibi fictio / sed veritas. Sed veritas est du
plex. verum ẽm organum fm naturam est / quod
vere agit ⁊ patitur ad naturalis indigẽtie supple /
tionem. ⁊ sic dicitur oculus verus: qui vere nun-
ciat conueniẽs animali per lumen ⁊ colorem. ⁊ au
ris vera que conueniens nunciat per signum: Et
naris vera / que nunciat conueniens per odoris
susceptionem ⁊ passionem. Et gustus verus / qui
passione nerui gustatim diffusi in lingua ⁊ fauci-
bus / tactu cibi iudicium saporis est. Et tactus ve-
rus: qui sensibilibus ⁊ tangibilibus qualitatib.
immutatur. Et hec est veritas rei. ⁊ hac veritate
non sunt vera organa assumpti corporis ab ange
lo. Sed est veritas signi / qua significatur res vt
res est. ⁊ sic auris sub figura auris significat pote
statem audiendi / hoc est percipiendi sensibilia sen
sus auditus: Et oculus significat potestatem vi-
siuam / ⁊ pes virtutem processiuam / ⁊ manus vir-
tutem operatiuam: ter vnũquodq; istorum verum
est quando directe significat potestatem ⁊ verita-
tem virtutis que in ipso operatur. Sic enim dici-
mus deum habere oculos / aures ⁊c. Et sic assum
ptum corpus habet vera organa: hoc est tales po-
testates angelo inesse spiritualiter / ⁊ nõ materia-
liter demonstrantia. Nec est fictum quod vere de-
monstrat talem potestatem inesse: q̃uis angelus
sine his eosdem actus possit operari. quia sicut di
cit Boecius: quicquid potest potentia inferior / po
test potentia superior eminentius ⁊ excellentius.
Unde quod anima facit per organum: angelus
sine organo potest operari. Ad vltimum dicen- Ad 6m
dum: q̃ illa obiectio procederet / si propter se dice-
rentur angeli assumere corpora: sed hoc nõ est ve-
rum. assumunt ẽm propter conformitatem ad ho
mines. ⁊ sine eis nõ adeo competenter possent in-
struere ⁊ custodire homines: ⁊ ideo non sunt fru-
stra / sed ad magnam vtilitatem hominis a diuina
prouidentia pordinata / et ab angelis assumpta.

Queritur ad quem vsum angeli assumant corpora.

A Mem. IIII Argu. 1m

Uarto queritur ad quem vsum angeli
q assumant corpora. Et videt q̃ ad vsum
comestionis / locutionis / ambulationis: ⁊
ad alios quosdã. Unde augustinus. xiij. de ciuita
re dei: Hoc faciebant visibiliter ⁊ tractabiliter his
quibus apparuerunt: non quia indigebant: sed
quia volebant vt hominibus congrueret / sui mi-
nisterij quadã humanitate hec fecerunt. Nec fan-
tastice angelos edisse credendum est / quando eos
hospicio homines receperũt. sicut dicitur Genes.
xviij. a. q̃ abraam recepit tres angelos. Et Gen.
xix. q̃ loth recepit angelos. Et hoc accipit: q̃ vere
comederũt angeli. sed ad veram comestionẽ exigi-
tur masticatio ⁊ lingue reuolutio / ⁊ in corpus cibi
glutitio. ergo videtur q̃ omnia hec organa / os scz
⁊ linguam dentes isophagum ⁊ stomachũ accepe
runt angeli: quia sine his organis isti actus vere
fieri non possunt. Adhuc constat q̃ etiam eadẽ Arg. 2m
ratione vere loquebantur. sed vera locutio non fit
nisi interpretatiua potentia mouente linguam et
formante voces articulatas. ergo assumpserũt / et
interpretatiuã potentiam que est rationalis ani-
me / ⁊ linguam ⁊ os ⁊ dentes / ⁊ alia ad que flectit
lingua quando format voces: ⁊ sic assumpserunt
animã rationalem / non tm̃ corpus hominis vel
simile corpori hominis: quia aliter hos actus nõ
vere / sed fantastice fecissent. Adhuc: Ex p̃dictis Arg. 3m
constat / q̃ angeli ex aere densato et solidato corp̃
assumũt / in quo operant circa nos. aer aũt densa-
tus ⁊ solidatus in corpus figuratũ ⁊ solidum non
mouet per spacium / nisi cõmetiendo se spacio ⁊ in
tẽpore determinato. angelus ergo in corpore mo-
to non in voluntatis potestate habet motũ ⁊ vt in
nũc / vel in tempore transeat spaciũ sicut vult / sed
exigit tempus determinatũ. ergo spaciũ transire
potest ita q̃ in minori transire nõ possit. Adhuc Arg. 4m
aristoteles in secũdo de anima dicit: q̃ viuere dici-
tur multipliciter: scilicet nutriri / augeri / moueri
fm locum / sentire / ⁊ intelligere. Sed in omnibus
inferius semper infert suũ superius. Si ergo an-
gelus comedit in corpore corporaliter / ⁊ si loca-
liter mouebat in corpore: cũ motus localis nõ sit
nisi animalis sensibilẽ animã habentis: hoc enim
solum vt dicit Auicẽna / participat motũ processiuũ

si est perfectum: vel motum contractionis ⁊ dila-
tationis si est imperfectum. Impfectum autem di
co / quod est quasi medium inter plantam et anima
l: vt spongia et quedam alia. Si ergo an-
gelus vere mouebatur localiter / ⁊ motu proces-
siuo corporaliter: sequitur q̃ in eodem corpo
re vere ⁊ corporaliter vixit: ⁊ sensit fm omnia or-
gana sensuũ. ⁊ sic non assumpsit tm̃ corpus / sz ro-
Nõ incidẽs tum animal fm sensum ⁊ motum. Adhuc vlte-
rius queritur: quid factum sit de cibo quẽ cõme
dit. Indignum ẽm est dicere de angelo q̃ digesse-
rit vel egesserit eos: dubium est ergo quid de eis
sit factum. Et videtur q̃ fantastice comederit et
non vere. Et hoc videtur accipi ex verbis angeli.
Tobie. 12. d. dixit Raphael. Cũ ẽm eẽm vobiscũ
eram cum voluntate dei: videbar quidem vobis-
cum manducare et bibere: sed ego cibo inuisibili et
B Solutio. potu qui ab hominibus videri non potest vtor.
mẽbri. IIII. Solutio accipiendum est verbũ Augustini. Iz.
de ciuitate dei vbi dicit: Angeli potestate comede
runt / non necessitate. Et ponit exemplum duplicis
comestionis. quia aliter terra sitiens absorbet
aquas pluuie / ꝓter indigentiam siue siccitatis: et
aliter consumit eandem radius solis virtute pote
statis celestis. Et ita vult: q̃ omnes istos act̃ q̃s
angeli fecerũt in corpore: ꝓter nos ad demõstra-
tionem siue potestatis fecerunt / ⁊ non ad indigen-
tiam aĩalis necessitatis. sicut paulo ante dictũ est:
quicq̃d potest potentia inferior / eminẽtius potest
hoc idem potentia superior: vt dicũt dionysius et
boecius. Unde angeli hec opera nõ fantastice / sed
vere fecerũt veritate demonstrationis potentie: ⁊ z
hoc non fecerũt aĩali necessitate. Unde comeden-
do vere in se comestiuã potentiã demonstrauerũt:
⁊ loquendo vere in se potestatiuam interp̃tationẽ
ostenderunt: ⁊ deambulando demonstrauerunt
ptãtem mouendi fm locum sibi inesse / ⁊ non ad ne
cessitatem indigentie. vnde etiam illa organa siue
similitudines illorꝫ organorꝫ in corporibus assũ-
ptis leguntur assumpsisse: ex quorꝫ actibus ⁊ ope
ribus nobiles potestates demonstrantur. Sicut
caput in quo demonstrant̃ potestates discretiue p
neruos ante a cerebro descendentes: ⁊ potestates
motiue p neruos a posteriori parte capitis descen
dentes. ⁊ ideo dicũtur oculosi siue pleni oculis: vt
dicit dionysius deiuidi / potestatem diuinam ha-
bentes in videndo deo ⁊ diuinis. Et cum aurib̃
leguntur: quasi facile audituri corꝫ que a deo pre-
cipiuntur. ⁊ cum manibus humanis: quasi poten
tes ad intellectuales operationes. Dicit ẽm arist.
in. 12. de animalib̃: q̃ manus est instrumentũ in
tellectus practici. Et legũtur alati per pennas et
alas / nihil demonstrãtes indigẽtie: sed sicut dicit
Dionysius q̃ altiuoli sunt in diuinas contempla-
tiones. ⁊ sic est de aliis organis mobiliũ operatio
nũ. Et nõ legũtur assumpsisse epar vel stomachũ /
vel intestina / vel etiam exteriora membra turpiũ
operationũ: ex quorꝫ actibus non demonstratur
nobilis potestas / sed indigẽtia animalis necessita
tis. Quãuis augustiñ dicat: q̃ demones effigies
talium mẽbrorꝫ in corporibus assumptis in signũ
sue prauitatis ⁊ turpitudinis leguntur assumpsis
se. Sicut dicũt de incubis ⁊ succubis: qui nõ cor
poraliter tales turpitudines exercuerunt: sed q̃
spiritualiter ad talia instigent / ⁊ hoc per turpes ef
figies corporum ostendunt. Ex his notatis est
£ facile respondere obiectis. Ad primũ ergo dicẽ-
Ad arg. 1m dum: q̃ corpora receperũt in organis nobiles po-
testates demonstrantibus per propriãs operatio
nes. Unde figuram oris habuerunt / ⁊ corporꝫ que
in ore sunt potestatiuam comestionem demõstran
tium: ⁊ nõ fantastice comederunt / sed vere: ⁊ pote-
statiua veritate comestionis / nõ indigentie. Ad
Ad 2m aliud dicendum: q̃ vere loquebantur potestatiue
locutionis demonstratione. sed ad hoc non indige
bant q̃ assumerent animam / vl' partem anime ho
minis: cum sicut dictũ est / natura superiores sunt
q̃s anima: ⁊ possunt hoc eminenter per seipsos spi-
ritualiter q̃ anima potest animaliter ⁊ indigẽter
⁊ materialiter. Unde Numeri. 22. glosa dicit: q̃
ad locutionem formandam per os asine: nõ opor-
tuit q̃ lingua asine fieret lingua humana: vel ani
ma asine mutaretur in rationalem animam. cum
hoc possit facere angelus etiam sine lingua: vl' per
contrariam linguam / q̃ anima hominis per lin-
guam hominis operatur. Ad alius dicendum:
Ad 3m q̃ hoc esset verum q̃ obiicitur / si angelus motor
determinate virtutis proportionem haberet ad
corpus motum: sicut motor naturalis. vt dicit ari
stoteles: q̃ si celũ plures stellas haberet q̃s habz /
a motore suo moueri non posset. Sed in antehabi-
tis dictum est: q̃ angelus vincit potentiam mo
bilis ⁊ medij per quod est mot̃: ⁊ ideo si assumat
corpus aereum densatum / non propter hoc retar
datur motus eius. Ad aliud dicendũ: q̃ in om-
Ad 4m nibus inferius infert suum superius / in quib̃ su
perius vt natura superior actũ et intellectu est in
inferiori. ⁊ sic non est in vita ⁊ sensu ⁊ motu locali
in quibus ista sunt animaliter ⁊ indigẽter. vbi au-
tem sunt ad potestatis demonstrationem nõ opor
tet: eo q̃ in illis superius nõ est in inferiori: ⁊ in il-
lis inferius demõstratiuũ est nobilis potestatis:
quã non demonstrat superius nisi potentialiter ⁊
imperfecte. Cuius causa est: quia sicut innuit ari-
stoteles in. ij. priorum: inferius non est in suo supe
riori nisi potentia: superius autem in inferiori ac-
tu ⁊ intellectu. Ad id quod vlterius queritꝫ ⁊ z
Ad q̃nẽ in- pare solutio. In potestatiua enim comestione con
cidentẽ. sumitur cibus: ⁊ sicut antiqui dixerunt / redigitur
in preiacentem materiam elementalem. sicut ra-
dio solis consumitur humor aque. sed in indigen-
tia comestiõis reꝗcitur ⁊ digeritur ⁊ egeritur. Et
quod dicit angelus: videbar quidem vobiscũ mã
ducare et bibere: intendit / q̃ videbatur comedere
et bibere ad indigentiam: cum tamen non come-
dit ad indigentiam / sed ad potestatis demonstra-
tionem.

Queritur quid fiat de corporibus assũptis post ministerium expletum: vtrum rediant in preiacentẽ materiam.

A Mẽbrũ. v. Argu. 1m

Uinto queritur: quid fiat de corporibus
q assumptis post ministerium expletum.
Et dicit beda in libro de natura rerũ:
q̃ missi in misteria corpa sumũt: ⁊ cõdẽ misterio ex
plero deponũt. Et sic videt q̃ corporib̃ vtunt vt
habitib̃. habitus aũt post depositionẽ ĩegri ma-
nẽt. ḡ videt q̃ corpa assũpta ab angelis ⁊ deposita

integra ⁊ saluata manent in figuris organorum

Arg. 2m Adhuc habitū est q̃ spissum rea et solida faciūt. spissum autē ⁊ solidū post depositionē eriā retinet figurā: quia ex spissitudine ⁊ soliditate cōfortatur in eo potentia tenendi formā ⁊ figurā. videt̃ ergo q̃ corpora deposita ab angelis in formis suis manent ⁊ figuris. Sed cōtra hoc est: q̃ sicut dicit

In ptrariū argum. 1m Beda: Figura corporis in quibꝫ apparuit deus/et pleno ministerio resoluta fuit in p̃iacentē materiā. sicut colūba in qua apparuit spūsanct⁹. Matth. iij. et Joh. j. ⁊ stella q̃ in aere apparuit ⁊ duxit magos. Matth. ij. ergo multo magis corpora in q̃bꝫ apparent angeli/ pacto ministerio resolucda sunt

Argu. 2m in p̃iacentē materiā. Adhuc si manerēt: vbi manerēt: vel ad q̃d manerēt? Si eim er aere sunt/ vt dicit auctoritas: nō habēt locum cōnaturalē vbi

Arg. 3m manerēt nisi aerē: ⁊ sic a q̃busdā viderent̃. Adhuc: fortior est vnio aīe ad corpus cui naturaliter vnitur/ q̃ angeli ad corpus assumptū. sed corpus q̃d vnit̃ anime exuta aīa a corpore statim resolut̃. Dicit eim aristoteles in fine p̃mi de anima: q̃ egrediente aīa marcescit corp⁹ ⁊ exspirat. ergo multo

B magis corpus angeli resoluitur post q̃ ab angelo

Solutio mēbri. V depositū est. Solutio: dicendū q̃ corp⁹ angeli resolut̃ in p̃iacentē materiā pacto ministerio. p̃iacens autē materia aer est tenuis/ nō tenēs figurā in quā resolut̃ corpus angeli: ⁊ disparet. Et hui⁹ causa est: quia spissans ⁊ cōtinēs corpus nō est aliqua natura/ vel qualitas naturalis que sit in ipso corpore assumpto: sed ex virtute angeli assumētis corpus cōtinet̃: ⁊ ideo relictū ab angelo nō habet quo spisset̃ ⁊ quo cōtineat̃: ⁊ cōsequenter ex virtute elementali que in ipso est/ in tenuē aerem resol-

Ad arg. 1m uitur ⁊ disparet. Ad primū ergo dicendū: q̃ habitus figurā retinent: quia in se habēt potentiam sicci ⁊ duri quibꝫ in eis confortat̃ potentia tenēdi figuras quas receperunt. Et contrariū corp̃ sunt per naturā in corpore angeli: hūmidū scz/ q̃d p̃prio termino non terminat̃: ⁊ spiritualis raritas/ que nihil tenet sibi impressum: nec tenet angelo p̃ figuram: ⁊ p̃terea statim resoluitur depositū ab ange-

Ad 2m lo. Ad aliud dicendū: q̃ spissus nō tenet figurā/ nisi principia potētie solidi ⁊ spissi radicent̃ in ipso spisso p naturales qualitates. Jam autē dictū est/ q̃ sic nō ē in corporibꝫ angelorꝫ: ⁊ ideo resoluunt̃.

Ea que obiciunt̃ in contrariū procedūt.

Tractatus. XIX. De potentia dei.

Abitis his que de

b sciētia dei/ et qualiter res sunt in deo: ⁊ ecōuerso qualiter deus est in rebus: querenda erant: tractanda sunt ea de quibꝫ tractat magister p̃mo sententiarū distinctione. xliij. et. xliiij. et. xliiij. hoc est de omnipotētia dei. Que vt ordinatī⁹ inq̃rant̃: in genere p̃mo quēremus duo: quorꝫ primū est de potentia dei. secūdū de possibili q̃d ad potentiam dei dependet. De potentia quēremus duo: scz de multiplicitate huius nominis potētia/ vt habeatur sensus in quo deo potentia conueniat. Secundū de conditionibus potētie p̃m quas perfecta dicitur in deo esse potentia. De his eim querit magister p̃mo sententiarū distinctione. xliij. xliij. xliiij.

Querit̃ de multiplicitate huius nominis potentia. Questio LXXVI

Rimo ergo queritur

a p de multiplicitate hui⁹ nominis potentia. Dicit eim aristoteles in quinto pri- Arg. 1m me phic. q̃ potentia est actiua: ⁊ potentia passiua. Potentia actiua definit̃ ab eo sic: potentia actiua est principiū trāsmutationis in aliud p̃m q̃ aliud. potentia passiua sic: potentia est principiū trāsmutationis ex alio p̃m q̃ aliud. Adhuc Richard⁹ Argu. 2m de sancto victore: Constans est deū esse potentem potentie plenitudine/ nō potentie participatione.

Adhuc in deo potentia est ad intelligendū: potentia ad generandū: potētia ad spirādū: potētia Arg. 3m ad creandū. ⁊ cōstat q̃ nō vno modo dicit̃ potētia in omnibꝫ. Querit̃ ergo si potentia actiua p̃m notificationem aristotelis cōueniat deo. Et videtur q̃ nō. potentia eim actiua est principiū trāsmutandi in aliud: ⁊ illud aliud nō potest esse nisi materia subiecta potentie in quā agat. potentia autem dei nō requirit subiectū materie: a qui eim ex nihilo per creationē adducens ad esse. ergo videt̃ q̃ potentia actiua non cōueniat. Adhuc: Omnis potentia Arg. 4m dependet ad actum/ ⁊ est completa cum est in agere. sicut figura anguli acuti in gladio/ potentia est ad incidere siue secare: et est in vltimo complero quando incidit vel secat. Sz p̃ophanum est dicere deum qui est sua potentia: quia sua potentia est sua substantia siue essentia/ ad aliquid depende re vel ab aliquo perfectionē accipere: ergo potentia deo cōuenire non videtur. In contrarium In ptrariū est q̃d dicit aug⁹/ et in p̃habitis determinatū est: argumētū. q̃ actionis p̃dicamentuz vel soli deo/ vel maxime deo cōuenit. ⁊ cui⁹ est actus illi⁹ est potentia: ergo potentia agendi ⁊ patiendi attribuenda est deo.

sic: Dns lazarū suscitauit in corpore: nun quid dicendum est: non potuit iudam suscitare in mente? Potuit qdē/ sed nō voluit. Gratia hui⁹ querit: si deus aliquid pōt de potentia quod non potest de iusticia. Et videtur q̄ sic. Ben. 19. e. sup illud. Non possum quicq̄ facere donec introeas illuc. glosa augustini. Potuit quidē de potentia: sed nō potuit de iusticia. non enim iustū fuit perdere iustū cum impūs. ergo potest aliquid de potentia quod non potest de iusticia. In contrarium huius est Balath. iiij. c. super illud: si fieri potuisset/ oculos vestros eruissetis ⁊ dedissetis nobis. glosa: Non potest fieri quod iuste nō fit. Adhuc verbū legis est: hoc solum possumus quod de iure possumus.

Adhuc: ordinatio est potētia diuina q̄ humana, humana autē recipit ordinē iusticie: ergo ⁊ diuina multo magis. Deutero. xxxij. a. Deus fidelis absq̄ vlla iniquitate iust⁹ ⁊ rectus. Adhuc: si potest aliquid de potentia quod nō potest de iusticia: ereat illa potentia ad actū. Id qd̄ sic factum est/ aut est iustū: aut iniustū. Si iniustū: tūc deus auctor est ⁊ actor iniusticie: ⁊ sic auctor ⁊ actor est mali/ quod est contra augustinū: qui dicit q̄ causa mali esse nō potest. Si iustū: tunc sequitur q̄ nihil potest facere de potentia nisi quod potest facere de iusticia. Ulteri⁹ hic antiqui quesierūt: Si de⁹ de potentia potest saluare damnatū in inferno/ vt iudam: ⁊ damnare saluatum/ vt petrum. Et videtur q̄ non. secunde ad Timotheū secū do/ super illud: Si negaueritis ille fidelis permanet: seipsum negare nō potest. glosa augustini: Seipsum negaret si suam iusticiā negaret. Unde quod seipsum negare nō potest/ laus est voluntatis diuine: sicut q̄ quidā credere non potuerūt/ culpa fuit voluntatis humane, sed iusticia diuina est reddere vnicuiq̄ fm merita: sed si saluaret dānatū/ ⁊ damnaret saluatū/ negaret iusticiā suam: quia non redderet vnicuiq̄ fm merita. ergo non potest damnatum saluare: nec saluatū damnare. Adhuc hoc cantat ecclesia: In inferno nulla est redemptio.

Adhuc expresse dicit euangeliū Luce. xvj. f. inter his omnibus inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint: neq̄ inde huc transmeare. Et hoc enim accipitur: q̄ nec saluati sociari possint damnatis: nec econuerso damnati saluatis. In contrariū huius est quod legit in vita beati Gregorij pape: q̄ ad preces eius suscitatus est mortuus traian⁹ imperator/ qui infidelis ⁊ idolatra mortuus fuit: ⁊ pter hoc constat eum esse damnatū. Si enim suscitauit eum: tunc ad vitam istam reuocat⁹ fuit/ ⁊ in vita ista potuit acquirere gratiam ⁊ mereri/ ⁊ perseuerare in gratia: ⁊ per consequens saluari: et et sic de damnatis transferri inter saluandos.

Querunt etiam quidam quę iusticia sit: inter equales vnum assumere/ et alterum relinquere, sicut iacob assumpsit/ esau reliqt. Solutio: fm catholicam fidem dicendum: q̄ omnipotentia dei nec mensuratur actu siue limitat̄: nec bono/ nec iusto/ nec voluntate/ nec ratione/ nec scientia: sed transcendit hec omnia. Et hoc est quod dicit magister Hugo de sancto victore in sententijs: Sicut eternitatem dei non equat tempus: nec immēsitatē locus: nec sapientiā sensus siue intellectus:

E I. q̄stio incidens

Argumētū

In ꝓtrariū argum.1m

Arg.2m

Arg.3m

II. q̄stio incidens

Argu.1m

Argu.2m

Arg.3m

In ꝓtrariū argum

III. questio incidens

D Solo mēbri.II.

nec bonitatem virtus: sic nec potentiam opus, excedit enim in infinitū potētia opus. Et hec ē cōfessio fidei catholice. Unde nullo limitat̄ vltra quod nō possit. Ad primū ḡ dicendū q̄ falsū est hoc quod illi dicūt: q̄ nō possit facere nisi quod facit.

Ad argum tū primū

Ad obiectū dōm: q̄ tali positione facta q̄ sim⁹ in instanti creatōis: si querit vtrū de⁹ possit crea re omne quod creabile est: distinguendū est, quia aut querit de potentia absoluta: aut querit de potentia disposita ⁊ ordinata. Sicut enim materia indisposita infinita potentia siue indeterminata hz se ad omnē formā/ ⁊ nunq̄ recipit tot quin possit habere plures: nec sistit potentia eius ad vnā formā vel plures/ nec ad vnā rationē forme vel plures/ nec ad vnū modū vel plures/ nec ad vnū ordinem vel plures: sed potentialitas eius excedit omnia hec: Materia autē disposita ⁊ ordinata stat ad formā ad quā disposita est: ita q̄ potentia eius in nullo excedit eam. Ita est de potentia p̄mi agentis: q̄ potentia sua absoluta actiua excedit omne quod est. Sed potentia disposita per ordinē q̄uidentie ad hoc vel illud/ stat in effectu quē producit/ vl in opere: ita q̄ nec excedit ipm/ nec exceditur ab ipo. Unde cū querit: Si omne creabile possit de⁹ crea re in vno instanti: si creabile dicit potēs creari de potentia absoluta: dicendū q̄ in vno instanti omne creabile creari nō potest: quia si creatura in vno instāti crearet̄/ finiret̄ potētia ei⁹ ad op⁹ vni⁹ instantis: quod impossibile est. hec enim potentia infinita est. Infinitū autē ad finitū finiri nō potest: vt dicit aristo. in. iij. phycor. Si autē creabile dicit̄ a potentia creantis disposita p̄ prouidentiā ⁊ p̄ordinationē: illa potētia finita est ad hoc quod prouisum ⁊ p̄ordinatū fuit, ⁊ de hac potest concedit q̄ omne creabile illa potentia in instanti creari pōt. Ad aliud eodē mō dicendū est: q̄ quecūq̄ potest facere/ ⁊ que potētie est facere disposite ⁊ ordinate ad prouidentiā vniuersa potest facere simul: ⁊ extra illa tali potentia nihil potest facere. Sed quecūq̄ potest facere potentia absoluta: hec nec simul pñt vniuersa fieri: nec de⁹ ea simul potest facere, quia si faceret/ derogaret potentie sue. Nunq̄ enim pñt tot accipi/ quin potenti a absoluta infinita extendat se ad infinitū plura/ ⁊ ad infinitū maiora que subiciunt potentie infinite absolute. Ad ratōes istam soluit mgr̄ sic: q̄ duplex est intellectus hui⁹ propositōis: nō potest deus facere nisi quod bonū est ⁊ iustū. Si enim sic intelligatur: nō potest deus facere nisi illud/ quod si faceret bonū ⁊ iustū esset: verū est quod dicit̄. Si autē sic intelligat̄ nō pōt facere nisi quod nūc actu bonū ⁊ iustū: falsū est: qz multa potest facere que nec actu sunt/ nec erunt/ nec fuerūt, que autē nec fuerūt/ nec sūt/ nec fiēt nec bona nec iusta sunt: ⁊ ita multa potest que nec bona nec iusta sunt. Et videt̄ inartificialis solutō, sed ad artē sic redigēda est, quia cū dicit̄ nō potest deus facere nisi quod bonū ⁊ iustū est: fm regulā logicam in sophisticis datā/ hoc vbū potest/ vim habet ampliandi suppositū ei⁹ sup quod transit. Cū enim dicit̄: possū aliquid facere: hoc quod dico aliquid/ nō supponit pro pśenti tm: sed ampliatur ad quodlibet qd̄ in tpe a me pōt fieri, ⁊ hoc vocat̄ pñs confusū. Unde cū dicit̄: nō potest deus facere nisi quod bonū ⁊ iustū est eū facere vel fieri ab ipo: si hoc quod dico bonū ⁊ iustū/ recipiat transitum hui⁹ verbi potest/ an tē restringat̄ ad pśens nūc a verbo est/ cui supponit: tūc verbū est/ cui supponit nō potest dicere nisi pśens confusū: ꝓter ampliationē suppositi eius quod est bonū et iustum. ⁊ tunc sensus est: nō potest facere nisi quod bonū ⁊ iustū esset si fieret ab eo. Si autē contra/ hoc qd̄ dico bonū ⁊ iustū/ a verbo pñtis tpis est/ intelligatur primo restringi ad nunc pśens quod in actu est: tunc nō potest suscipere ampliationē hui⁹ verbi potest/ ad standū pro alijs q̄ illis que nunc in actu sunt bona ⁊ iusta, ⁊ sic falsa est ꝓpositio, de⁹ enim multa potest facere que nunc in actu nec bona nec iusta sunt. Et iste ē intellect⁹ solōis magistri.

Ad aliud dicendū: q̄ consequētia nō valet/ q̄ē eandē causā que dicta est: quia cū dicit̄: nō potest facere nisi quod iusticia exigit: hoc ipm quod dico quod iusticia exigit: potest recipe transitum verbi potest/ ante restrictionē ad pñs vel post restrictionem. Unde duplex est ꝓpositio sicut in prima: ⁊ in vno sensu est vera: ⁊ in alio falsa. Tamē dicit magister ⁊ bene: q̄ verbū exactōis non ꝓprie dicit̄ de deo: quia coactionē ⁊ obligationē quandā sonat que in deū cadere nō potest: nisi forte (vt dicit anselmus) ex igentia iusticie dicat̄ congruentia ⁊ condecentia diuine bonitatis, bonitas enim diuina potentiā operatiuā nō in deo mouet ad faciendum omnia que facit, quia etiā ordinare malū ne inordinatum aliquid remaneat/ bonitatis diuine est.

Omni eodē mō soluendū est ad sequens: ꝓter hoc q̄ hoc verbū debet/ nō ꝓprie de deo dicit̄. Deus enim nulli aliquid debet ex cōmisso/ sed forte debet ex promisso: quia promissū est ex seipo/ non ex alio: ⁊ si obligat/ ex seipo obligat, sicut dicitur Michee. 6. Quid vltra debui tibi facere ⁊ nō feci: ⁊ in Ps. 50. Ut iustificeris i sermonib⁹ tuis, hoc est in promissis iustus appareas ⁊ verax. Ad sequens eodem modo dicendū ⁊ per eandem distinctionem. Sicut enim dictū est: debitū iusticie decentia bonitatis est: nec oportet deū aliquid facere vel dimittere ex necessitate/ sed ex decentia sue veritatis ⁊ bonitatis. Ad id quod tertia ratiōe obijciunt: q̄ nō potest nisi quod vult. dicendū q̄ hoc verbū vult/ potest dicere voluntatē comparatam vd volitū vt nūc: vel voluntatē comparatā ad volitū simpliciter. Si primo mō: tūc dicit̄: nō potest deus facere nisi quod vult/ sensus est: nisi quod nunc vult, ⁊ tūc falsa est propositio, multa enim potest facere que nūc nō vult: quia nō sunt. Si secundo modo: tunc vera est, quia tunc sensus est: non potest deus facere nisi que vult se posse ⁊ velle. Ad quartum quod obijciunt de ratione fere eodem modo dicendum est. Si enim dicitur: q̄ ratio est eum facere quod facit vt nunc: ⁊ nō potest aliud facere: falsum est, multa enim potest facere de quibus non est ratio vt faciat nunc: quia nec sunt/ nec poterūt esse fm rationem facta. Si autem ratio dicat rationem factorum simplicit̄: tunc sensus est: q̄ non fit ab eo nisi rationabiliter fiat ab eo. ⁊ hoc verū est. Si autem sic inferat: potest facere de quo non est ratio vt fiat: ergo potest irrationabiliter facere, procedit a diuisa ad composita: ⁊ incidit fallacia cōpositionis. Ad q̄ntū quod de pscientia obijciūt codē mō dōm est: sicz q̄

Ad.I.rōez

Ad argu.I.

Ad 2m

E Ad 2m

Ad 3m

F Ad.III.rationē

Ad.IIII.rationē

Ad.V.rōez

pſciuit vt nūc: vel q̃ pſciuit ſimpl'r. Multa eīm potest facere q̃ nō pſciuit vt nūc faciēda: ſz nulla pōt facere q̃ nō pſciuit ſimpl'r faciēda: q̃ ſi factur⁹ esset/ pſciuisset esse faciēda. Et ſi ex hoc inferat: ergo pōt facere aliqua ſine pſcientia: fit p̃cessus a diuiſa ad cōpositā, ſicut: hic pōt videre qui nō habet oculos/ſcz cōceptus cui⁹ oculi firmati non ſunt: ergo pōt aliq̃s videre ſine oculis. Et ſil'r: hic pōt te docere litteras qui nō ſcit lr̃as q̃s modo non ſcit/ z postea te docebit: ergo neſciēs lr̃as pōt te docere litteras. Et ſimil'r: hic pōt eq̃tare q̃ nō habet equū: ergo aliq̃s ſine equo pōt equitare. Ad ſexta rationē dōm: q̃ deus nō cogit̃ ad aliq̃d. Et cū dicit̃: voluntas tua nō est maior q̃ potentia tua: voluntas aut cōparat̃ ad eternū p idēptitatē ſubſtātie: aut cōparat̃ ad tpale ſicut ad volitū. Si p̃mo mō: tūc equalia ſunt volūtas z potentia: q̃ eadē ſunt: z in diuinis idēptitas cauſa est eq̃litatis. Si autē ſecūdo mō fiat cōparatio volūtatis ad volita tem poraliter: tūc ſicut dicit mgr̃: nihil prohibet plura esse ſubiecta potentie q̃ voluntati, volūtati eīm nō ſunt ſubiecta niſi bona que actu ſunt: potētie autē facienti z ordināti ſubiecta ſunt bona z mala/z ea que ſunt actu/z ea que ſunt potētia. z ſic nō ſequit̃ quin multo plura poſſit q̃ velit. Qō autē mgr̃ in cōtrariū adducit ſimpl'r cōcedendū est. Ad id qō vlteri⁹ de auguſtino obj̃cit̃ ſil'r cōcedendū est.

Ad aliud dicendū: q̃ occultū dei iudiciū est/ q̃ re miracula cōuertentia boīes ad fidē z ad penitētiā fecit apud quoſdā q̃ nō erant credituri: ſicut apud corozaim z bethſaidā: z nō fecerit apud eos/ qui ſi vidiſſent credidiſſent: ſicut apud tyrū z ſydonē. Et ad hoc poteſt dici: q̃ nulla cauſa fuit/niſi quia voluit apud iſtos facere: z apud illos non voluit: cū tū apd vtroſq̃ potuiſſet ſi voluiſſet. Que tamē volūtas irrationabilis esse nō potuit/nec iniuſta: q̃ apud quos nō fecit/indigni fuerīt vt apud eos faceret. ſicut vas luti indignū ē vt fiat ad honorē a figulo/ex ipſa luti vilitate. Apud quos aūt fecit/ in decentiā ſue bonitatis fecit: vt oſtenderet̃ q̃ nihil omiſſit eoꝝ q̃ ptinebāt ad ꝓuerſionē eoꝝ: z ideo ſi nō crederēt/iuſtior esset eoꝝ condēnatio. Sicut figulus q̃ de luto facit vas ī honorē: nō facit hoc ꝓter vilitatē luti/ſed in demonſtrationē potentie ſue artis. Ad aliud dicēdū: q̃ iudā potuit ſuſcitare de potentia abſoluta: ſed nō potuit de potentia p̃ordinata z diſpoſita. vtrāq̃z eīm iſtarū potentiarū potuit copulare hoc verbū/potuit. de potentia enim p̃ordinata et diſpoſita vult reddere vnicuiq̃z ſm merita. Ad aliud dōm: q̃ cū dicit̃: de⁹ pōt aliq̃d de potentia qō nō pōt de iuſticia: intelligitur de potentia abſoluta. z ſic verū est q̃ iuſticia ſupponit potentiā diſpoſitā p ordinē iuſticie: qua non omnia pōt deus/ſed qua reddit vnicuiq̃z ſm merita. Ad duo que obj̃ciunt̃ in contrariū: dicendum q̃ loquunt̃ de iuſticia humana. Iuſticia eīm bois actus est eius/q̃ iure regulatur: Iuſticia autē dei eſſentia ſua est q̃ regula oīm ē/ z nullo regulat̃. Et in p̃mo quidē de geneſi est proſopopeia/ que antropoſtpathos dicit̃. ſecundū autē z tertiū loquunt̃ de humana iuſticia. Ad id qō obj̃cit̃: q̃ ordinatio⁹ est potētia diuina q̃ humana. dicendum q̃ ex hoc debet inferri oppoſitū. quia eīm ordinatiſſima est in ſe: ꝓter hoc nō indiget ordinante. Ad aliud dicendum: q̃ ſi illa potentia exibit in actum/iuſtum erit quod fit: ſm q̃ iuſticia dicit̃ decētia diuine bonitatis. ſed non oportet q̃ iuſtum ſit ſm q̃ iuſticia ſit redditio ſm congruitatem meritoꝝ: eo q̃ plura ſubj̃ciunt̃ potentie abſolute dicte/q̃ iuſticie que est redditio ſm congruitatē meritoꝝ. Ad id qō vlterius queritur: ſi damnatus poſſit ſaluari: vel ſaluatus damnari. dicendū q̃ vtrūq̃z poſſibile est deo de potentia/ſed nō de iuſticia. Et qō obj̃citur de gloſa ſecūdo ad Timotheū ſecūdo dictū est ꝓter hoc/vt dicit auguſtin⁹ in. viij. de trinitate: quia rectitudo ordinis iuſticie prima ſicut exemplar est rectitudo mentis diuine: z exemplatū ab illa est rectitudo iuſticie ſcripta in mente angelica z humana: et vlterius exemplatur; ab illa/est rectitudo deſcripta in legibus z canone. Et id quod est contra exemplatū/est cōtra exemplar. Et ideo dicit auguſtin⁹: q̃ ſicut deus nō poteſt facere contra ſeipſum/ſiue negare ſeipſū: ita nō poteſt facere contra iuſticiam ſuam quā impreſſit in mēte angeli z hominis/z expreſſit in canonib. Et hoc tamen nō ſequit̃: q̃ potentia abſoluta tali iuſticia cōmenſurēt̃: quia multo plura ſubiecta ſunt tali potentie q̃ ordini talis iuſticie. Ad aliud dicendū: q̃ nō cantat eccleſia q̃ in inferno de potentia abſoluta dei nulla poſſit esse redemptio: ſed nulla ſit redemptio de potentia ordinata per iuſticiā/que est redditio ſm merita. Ad aliud dicēdū: q̃ chaos magnum profunditas est z infinitas iudicioꝝ dei que ſunt ſm ordinē iuſticie retribuentis pro meritis: ſed ex hoc nō ſequit̃ quin de potentia abſoluta poſſit tranſferre iſtos ad illos: z ecōuerſo illos ad iſtos. Ad id quod in contrariū obj̃citur dixerunt antiqui: q̃ traianus nō ſententialiter z finaliter condēnatus fuit mortuus: ſed potius vt manifeſtentur opera miſericordie dei in ipſo. ſicut in ceco nato. Job. ix. Unde potuit ſuſcitari a gregorio: quia p̃deſtinatio iuuatur orationibus ſanctorum: vt in p̃habitis determinatū est. Sed ſi finalem ſententiā condemnationis per iuſticiā/que est retributio pro meritis/accepiſſet: ſuſcitari non potuiſſet: nec reuocari ad viam penitentie. Et hoc mihi videtur. Ad id quod quidam querūt: que iuſticia ſit q̃ quoſdā aſſumit/z quoſdā non. Reſpondet anſelmus in proſologion: dicēs q̃ hoc nō facit de potētia/ſed de iuſticia. Sed duplex est iuſticia: ſcz condecentia diuine bonitatis: z retributio pro meritis. Et dicit ſic: Si parcis peccatoribus/iuſtum est: hoc eīm decet tuam bonitatē. Si punis peccatores/iuſtū est: hoc eīm competit meritis eorum. In primo iuſticia dei est: In ſecundo iuſticia hominū. Unde querere quare vnum aſſumit/z alterū reprobat: est querere quare ſicut dicitur Romanos. ix. poteſtatem habens figulus luti/ex eodem luto aliud vas facit in honorem: et aliud in contumeliā: cum vtrumq̃z iuſtum ſit. ſed quod facit in cōtumeliā/hoc debetur luti vilitati: quod autem facit in honorē/debetur ſue artis ſpeciositati. Et eīm cuius vt dicit Gregorius/esse est bonitas/natura dulcedo: proprii⁹ miſereri z parcere/debetur vt conuerſis ad ſe parcat: vt ſciatur quid valet bonitas in opifice. peccatori aūt debet̃ reprobatio z pena: vt ſciat̃ q̃d valet iuſticia.

Ad 1m rationem. VI.

B Ad arg. 1m ꝓ rōnes.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Ad 2m

Ad 3m

Ad argumentū in ꝓtriū

Ad 4m

Ad. I. qōem incidentē

Ad duo argumēta in ꝓtrariū.

Ad 3m

Queritur de pfectiōe opis dei ſm quā dicit̃ optime facere quicquid facit.

Mēbr. III

Inde querit̃ de perfectione in opere ſm quā deus dicit̃ facere optime quicq̃d fac̃.

Hanc eīm questionē tractat mgr̃ p̃mi lib. ſenten. diſtin. xliij. Et videt̃ eā diuidere in tres. Primo eīm querit: Si res meliores poſſit facere q̃ fecit in genere. Secundo vtrū poſſit facere vniuerſū melius q̃ fecit. Et ſub eodem cōprehendit: vtrū melius potuit facere hominē/qui aliq̃d vniuerſi est. Tertio querit: vtrū meliori mō potuit facere q̃ fecit. z in hoc finit questionē iſtā. Quarto ex incidenti adiungit: vtrum deus ſemper poſſit omne quod olim potuit: ita q̃ potentia eius inuariabilis ſit.

Vui⁹ membri. 4. ſunt articuli.

D II. qō incidens

Ad arg. 1m

Utrum deus res meliores potuit facere q̃ fecit.

A Arti. I

Arg. 1m

D primū diſputat ſm hunc modū: dicēs q̃ ſolent ſcrutatores maieſtatis dicere: q̃ ea que fecit de⁹ nō potuit melioza facere. Et ponūt rationē ex diuiſione. Quia aut potuit z voluit melioza facere: aut nec potuit nec voluit: aut potuit ſed nō voluit: aut voluit ſed nō potuit. Nis eīm quartuor modis/vel aliquo illorū oīm is artifex per voluntatē organs ſe habet ad op⁹ ſuū. Si autē potuit z voluit: g̃ z fecit: cum impedimentum in ope habere nō poſſit. Ps. IIz. Oīnia quecumq̃z voluit dōs fecit in celo z in terra/z in mari z in oīnib⁹ abyſſis. Sed res ſūt in bonitate ī qua fecit eas deus. g̃ ſi meliores fecit q̃ ſūt/tūc melio res ſūt q̃ ſūt: q̃d est impoſſibile. g̃ primū impoſſibile: q̃ potuit z voluit facere meliores res q̃ fecit. Si autē nec potuit nec voluit: tūc habet̃ ꝓpositū/ q̃ nō potuit facere meliores q̃ fecit. Si vero potuit/ſed nō voluit: ſequit̃ q̃ inuidēs fuit: q̃ facere ſue inuidit bonū q̃d cōicare potuit. Et q̃ hoc ſequat̃ cōfirmāt auctoritate augu. ī lib. 83. q̃ſtionū vbi ſic dicit: Deus quē genuit q̃m meliorē gnare ſe nō potuit: nihil eīm deo melius est: gignere debuit equalē. Si aūt voluit/ſz nō potuit: infirm⁹ fuit: ſic ſi potuit z nō voluit inuid⁹. A ſimili volūt obj̃cere de mūdo. Sz hoc ē impoſſibile q̃ de⁹ ſit inuidus. Dicit̃ eīm in p̃ma pre tymei platonis: q̃ oīs inuidia a deo longe relegata est. g̃ z hoc falſū ē: q̃ deus potuit ſz nō voluit res meliores facere. Si aūt voluit/ſed nō potuit: ſequit̃ q̃ infirm⁹ fuit ſm augu. z ſi infirmus fuit/oīnipotēs nō fuit. z hoc etiā impoſſibile est: ſicut in añhabitis ꝓbatū est. g̃ hoc impoſſibile: q̃ voluit/ſed nō potuit. relinq̃t̃ g̃ q̃ nō potuit res meliores facere q̃ fecit. Si q̃s velit ad hoc reſpōdere: ſicut mgr̃ reſpondet in fine eiusdē capl'i ſic dicēs: Sed nō valet but⁹ ſimilitudinis inductio: quia filiū genuit de ſubſtātia ſua: ideoq̃z ſi poſſet gignere equalē z nō gignere/inuidus esset. Alia ꝓo q̃ nō de ſuba ſua fecit/melioza facere pōt. Cōtra hoc esse videt̃ qō dic̃ aug⁹ ſuper Geñ ad lr̃am: Si bona facere nō poſſet/nulla esset potētia: ſi poſſet z nollet/magna eēt inuidentia. q̃z g̃ ſūme potēs z ſūme bon⁹ est: ſingula fecit valde bona. g̃ hec ſilitudo etiā in creaturis tenet.

Arg. 2m

Arg. 3m

Ad huc obj̃cit̃ a ſil'tudīe ſapientie: q̃z nō dicit̃ aliquis ſapiēntiſſime aliq̃d facere/niſi ſūma ſua ſapiētia reluceat in ope. g̃ a ſimili nō dicet̃ optīe facere/niſi ſūma ſua bonitas reluceat in ope. Sed deus optime ſingula facit. g̃ ſūma ſua bonitas reluceat in ſingulis. ſed optimū est in quo relucet bonitas ſūma. ſicut albiſſimū est in quo relucet ſūma albedo. g̃ oīs creatura est optīa. optio aūt nō pōt fieri melius: g̃ nulla creatura pōt fieri melioz q̃ ē: g̃ nec de⁹ pōt eā melioze facere. Adduc dio. lib. de diui. no. ca. iiij. Optimi est optima adducere. ſed deus optim⁹ est/qui p̃ creationē res in esse adducit. g̃ p̃ creationē vnūquodq̃z adducit optimū/ z ſic nō pōt melius facere. In cōtrariū est: q̃ ſi nō poteſt vnūq̃d melius facere q̃ facit: ſeq̃t̃ inuitabil'r q̃ potētia ei⁹ limitat̃ ad opus. qō est cōtra p̃dicta: z cōtra mgr̃m bugonē in ſenten. q̃ dicit: q̃ ſicut eternitatē nō equat tēpus/nec immenſitatē locus/nec ſapientiā ſenſus vel intellectus: ita nec potentiā opus. Sol'o: dōm q̃ cōfeſſio ſi dei est: q̃ nulla creatura facta est a deo/quin de⁹ poſſit eā facere melioze: quia aliter finitū op⁹ (oīs eīm creatura finitū opus est z finite bonitat̃) equaret potentiā infinitā: q̃d impoſſibile est: quia ſicut probabitū est in. iij. phycorū. ꝓbat ariſto. q̃ in finitum nō menſurat̃ finito q̃ntū cumq̃z multiplicet̃.

Ad arg. 1m z 2m

Ad arg. 1m

B Solutio articuli. I.

Unde dōm q̃ cū dicit̃ aut potuit z voluit facere z ē. concedēdū est q̃ potuit/ſed nō voluit. Et ſolutio mgr̃i bona est: q̃ ſcz ſil'tudo inducta de gñatione filij nō valet. quia in generatōe filij duo ſūt ſm rationē intelligenti e: ſcz q̃ pater z potuit z voluit eū generare equalē: vt dicit aug⁹. z ex pte filij genitū: quia eadē ſuba est cū patre/potuit fieri p̃ generationē equalis: z idcirco ſi potuiſſet z non voluiſſet/inuidus fuiſſet. Sic autem nō est in creatura: quia licet creator ex omnipotētia ſua poſſet facere melioza que ſunt: tamē hec creatura in potentia ſua nō habet vt poſſint fieri. Et hoc patet p̃ ariſto. in fine p̃mi phycoꝝ: vbi dicit q̃ materia appetit formā vt femina masculū: z turpe bonum. vnde capax nō est boni niſi ſibi p̃proportionati. Et hoc nō est in ſūmo bono cui nō poſſit fieri additio. vnde ex parte facientis non est dubiū/quin deus poſſit facere ſingula melioza q̃z ſunt. quia pōt eis ampliare capacitatē boni: poteſt etiam ſupaddere bonitatem eoꝝ. Ex parte autem creature facte triplex est conſideratio. Poteſt enim conſiderari ſm bonū inherens ſibi. Poteſt etiam conſiderari ſm comparationē ad bonum a quo denominat̃. Et poteſt conſiderari in ſe/vel in cōparatione ad vniuerſum. Si cōſideratur in ſe z ſm bonum formaliter ſibi inherens: nō est dubium quin omne creatum poſſit fieri melius q̃ est. Omne enim finitū habet quo creſcat. bonum enim dicitur per modū ſpeciem/z ordinem: vt dicit auguſtinus. z poteſt habere meliorem ſpeciem/meliorē modum/z meliorem ordinem. Si autem conſideratur ſm comparationē ad bonum a quo denominatur: tunc ſicut in tractatu de bono determinatum ē: bonum dicitur quod a bono est plantatum in bono/z ordinatum ad bonum: z quia est a bono est bonum. vt dicit Boecius: z quia plantatum in bono/est valde bonum. Geneſis decimo. b. Uidit deus cūcta que fecerat/z erant valde bona. z quia ordinatum ad bonum est perfectum bonum: vt dicit dionyſius. Si autem conſideretur in ſe: melius fieri poteſt vt dictū est. in priori autem cōſideratōe que

dicta est/ꝛ in comparatione ad vniuersum melior esse nō potest: nec fieri. nō eim̃ potest denominari a meliori q̃ est primū ꝛ summū bonuꝫ. sic eim̃ fit ab optima sapiētia/ꝛ efficacissima potētia/ꝛ dulcissima voluntate creatoris quibus maius ꝛ melius nihil cogitari pōt. In cōparatione autem ad vniuersum/optimū est: ꝛ melio⁹ fieri nō pōt p̃m statū ꝛ ordinē ꝛ actū suū quem habēt in vniuerso/ꝛ quo cōgruit vniuerso. Sic eim̃ bonū vniuersi/vt dicit aristoteles in. xj. p̃me phie/est in p̃mo oim̃ p̃ncipio sicut in duce exercitus. Dux eim̃ exercit⁹ nō sequitur bonū victorie ꝛ gloriā nisi p pugnam militis. miles nō pugnat nisi habeat arma impugnationis ꝛ defensionis: que fiunt ꝛ optrant̃ militi ab armoꝝ opifice, nec vebit̃ in pugna nisi equo ꝓparato: qui parat̃ ab equestri potentia: que a ciuili philosopho vocat̃ marescalcia: nec confortat̃ viribus nisi cibo ꝓparato a coquo. Ut̃ vnū quodq̃ istorū in ordine exercit⁹ optimū est in statu suo: nec posset esse meli⁹: sine quolibet eim̃ isto perit bonū ducis exercitus. Et ita est in ordine vniuersi: vnumquodq̃ optimū suo loco ꝛ suo ordine positum/nec posset esse melius q̃ est p̃m ordinē illum. Ad id quod obiicitur de summa sapientia: dicendum q̃ quantū ad denominationem non potest denominari a meliori q̃ denominatū est: vt dictū est. Sꝫ q̃ dicit summa sapia debet relucere in opere p inherentiā: dicendū q̃ falsum est. quia q̃d in artifice est eminenter ꝛ vt participatio/vt dicit dionysi⁹: hoc in opere est participatū p̃m analogiā ꝛ potentiam operis siue capacitatē, ꝛ cū relucet summū in eo q̃d non summū bonū est/sed p̃m analogiā sui q̃d participat: declarat ꝛ ostendit id q̃d summū bonū est. sed ostēdit in alio esse summū q̃d in se est participatū: ꝛ similit̃ de bonitate summa q̃ relucet in bonitate participata. Ad id q̃d obiicitur de dionysio: q̃ optimi est optima adducere. dicendū q̃ hoc intelligitur q̃ adducit optima p̃m analogiā adductorum. sic eim̃ dionysius exponit seipsum. Q̃d autē in contrariū obiicit̃ procedit.

Ad 3m

Ad 4m

Ad argumtū in ꝓtriū.

Queritur vtrū possit facere vniuersū melius q̃ fecit: ꝛ vtrum melius potuit facere hominē qui aliquid vniuersi est.

A Articl. II.

Secundo queritur: Utrum possit facere vniuersum meli⁹ q̃ fecit. Et sub eodē cōprehendit: vtrū meli⁹ potuit facere hominē ꝛ aliq̃d vniuersi est. Ad primū disputat sic: Si vniuersum meli⁹ fieri q̃ est nō pōt/hoc contingit ex altera duarū causarū: scꝫ q̃ ita bonū est q̃ nulla omnino pfectio boni ei deest. Uel ideo: q̃ maius bonū q̃d ei deest/capere non pōt. Si p̃mo mō: sequit̃ q̃ creatura eq̃bit̃ creatori: q̃d impossibile est. solus eim̃ deus est cui nulla pfectio boni deest: ꝛ si vniuersum tale ē q̃ nulla pfectio boni ei deest: eq̃lia sunt de⁹ ꝛ vniuersū: q̃d ipossibile est. Adhuc quelibet pars vniuersitatis pōt esse melior. ergo ꝛ ipsa tota vniuersitas melior esse potest. Adhuc aristoteles in primo ethicoꝝ dicit: q̃ licet felicitas summū bonū sit: tū cū minimo bonoꝝ efficit̃ melior ꝛ magis appetenda. Omne autē cui aliquid addibile est in bono/pōt esse meli⁹. vniuerso aliq̃d addibile est in bono: ergo vniuersitas pōt esse melior q̃ est. In ꝓtrariū hui⁹ est: q̃ vniuersitas est

Particle. I. arg. 1m

Arg. 2m

Arg. 3m

In ꝓtrariū argumētū.

cōgregatio omniū bonoꝝ. extra ꝓgregationē oim̃ bonoꝝ nullū bonū est. illud autē bonum extra q̃d nullū bonū est/sūmū bonū est: q̃ vniuersū summū bonū est. summū bonū non pōt fieri meli⁹: q̃ vniuersum nō pōt fieri meli⁹. Gratia hui⁹ inducit mgr̃ augustinū sup genesim sic dicentē: Talem potuit de⁹ hominē fecisse: qui nec peccare posset: nec vellet. ꝛ si talē fecisꝫ: q̃s dubitat eū meliorē fuisse:

Parti. II. argumēti

Sed ꝗ hoc videt̃ aug⁹. esse: q̃ dicit in de ciuitate dei libro. xij. sic: Nobilior est creatura q̃ peccare pōt/q̃ quē peccare nō pōt. Adhuc. ij. Timoth. ij. a. Non coronabit̃ nisi q̃ legitime certauerit. sed certamē nō est nisi vbi est pugna. pugna autē nō ē nisi vbi potentia ē ꝛ appetit⁹ pugnādi: q̃ nec coronatur q̃s sine potentia ꝛ appetitu peccandi. sꝫ melius est coronari q̃ nō coronari: q̃ meli⁹ est habere potentiam ꝛ appetitum peccandi q̃ nō haberet: quod est cōtra Augustinū. Adhuc Ecclesiastici xxxj. b. Quis potuit transgredi et non transgressus est: facere mala ꝛ non fecit: Quis est hic ꝛ laudabim⁹ eū: q̃ de laudabilib⁹ bonis est/nō trālgredi cū possit. Melior ergo est natura q̃ pōt trālgredi ꝛ nō trālgredit̃/q̃ illa q̃ nec potest trālgredi/nec trālgredit̃. Adhuc: Qui peccare non pōt/in necessitate habet q̃ sit bon⁹. meritū aūt nullū in necessitate ē/sed in volūtatis libertate. ergo q̃ peccare nō pōt/mereri nō pōt. melior est autē natura q̃ mereri pōt q̃ q̃ mereri nō pōt: ergo melior est natura q̃ peccare pōt q̃ q̃ peccare nō pōt: q̃d iterū est ꝗ augustinū. Solutio: ad p̃mū dōm sicut etiam antiq̃ soluerūt: q̃ dupl'r est loq̃ de vniuersitate: scꝫ simpl'r: ꝛ de hoc. Et hoc est dictū/q̃ est loq̃ de vniuersitate p̃m rōnē vniuersitatis: ꝛ est loqui de vniuersitate p̃m rem q̃ est vniuersitas. Si loq̃mur de vniuersitate simpl'r ꝛ p̃m rōnē vniuersitatis: tūc vniuersitas cōphēdit omne bonū/ꝛ bonū p essentiā dictū/ꝛ bonū dictū p participationē. ꝛ sic vniuersitate nihil meli⁹ esse pōt. Si autē loq̃mur de vniuersitate p̃m rem: quelibet res vniuersitatis pōt esse melior. ꝛ sic de vniuersitate loquit̃ magister. Primo aūt mō ꝓcedūt argumēta in ꝓtrariū. ꝛ sic patet solutio ad oīa ea que q̃sita sunt de hoc.

In ꝓtrariū argu. 1m

In ꝓtrariū argu. 2m

In ꝓtrariū argu. 3m

Ad id q̃d vlteri⁹ queritur de verbo augustini dicētis: q̃ melior esset hō/si nec peccare posset/nec vellet: q̃ est cū peccare posset. dicēdū p̃m p̃dicta: q̃ bonitas dupl'r ꝗsideratur: scꝫ in se: ꝛ in ordine ad bonū vniuersi. In se cōsiderando hominē: melior esset si peccare nō posset/nec vellet. ꝛ sic intelligit̃ dictum augustini. In ordine ad bonū vniuersi: melior est q̃ peccare pōt q̃ qui peccare nō pōt. Si eim̃ peccare nō posset/ab vniuerso perirent multa bona: pugna scꝫ contra malū: victoria sup malū: corona (sicut dicit Damascen⁹) athletice pugnantiū: ꝛ sicut dicit aug⁹/eminētior cōmendatio boni: ꝛ etiā q̃d omnib⁹ his meli⁹ est/efficacia merit. Et sic dicit mgr̃ hugo de scrō victore: bonū vniuersi semp proiudicat bono p̃uato. Et hoc mō cōsiderādo meli⁹ ē fecisse hoies talē q̃ peccare posset. Et q̃d inducit de augustino in de ciuitate dei. dicendū q̃ aug⁹ dicit meliorē illā naturā q̃ peccare pōt: sicut i p̃habitis solutū ē/ita tenēdū est: q̃ scꝫ nō ꝓpter potentiā peccandi dicit meliorē/sed ꝓpter ꝗnis: scꝫ q̃ natura ē dña sui act⁹. que autē peccare nō potest necessitati obligata est: sicut brutalis.

Ad partiū

Utrum deus illa que fecit meliori mō potuit facere q̃ fecit.

A Arti. III

Tertio queritur: vtrū illa que fecit meliori modo potuit facere q̃ fecit. Hoc eim̃ quarit mgr̃ in illo capl'o: Post hec considerādum est. distis. xliij. Et ad hanc questionē nō disputat/sꝫ statim determinat eam. Potest tamē obiici sic: Obprobriū sapientissimi artificis ē op⁹ suū nō meliori modo facere quo fieri potest. cum q̃ deus sit sapientissim⁹ ꝛ nullū possit in eū cadere obprobriū: omne quod facit/meliori mō facit quo fieri potest. Adhuc: hugo in sentēti. Quicquid facit deus: si melius potest facere q̃ facit/in ꝗ ipso nō bene facit: q̃ nō optime facit quod facit. facere quippe ꝛ nolle melius facere quod bonū est/etiā facienti est male facere. sed male facere absurdum est dicere de deo: ergo omnia que facit deus/meliori modo facit quo potest facere. In cōtrarium est: q̃ si meliori mō facit q̃ potest facere/omne q̃d facit potentia limitat̃ ad opus/ita q̃ vltra bonitatem operis nihil potest: quod absurdū est. Gratia hui⁹ queritur vlterius de hoc quod inducit magister in eodem capl'o de augu. libro de trinitate. xiij. vbi sic dicit: fuit ꝛ alius modus nostre liberationis possibilis deo/qui oīa potest: sed nullus alius modus nostre miserie sanande fuit conuenientior. Hoc enim falsū videt̃. quia quocūq̃ mō hominē liberasset/ille modus fuisset optim⁹. quia optimi ꝛ sapientissimi nō est facere nisi optime ꝛ conueniētissime. Gratia iterū hui⁹ queritur: si christus p̃m humanā naturā potuit fieri meliori modo q̃ factus est. Et videt̃ q̃ nō. Joh. I. vidimus gloriā eius/gloriā quasi vnigeniti a patre. sup hoc verbo dicit sic Basilius: Unigeniti dicit qui cū scō genito gloriā paternā non diuisit: sed totam possedit. sed vltra totū nihil ē in bonitate: q̃ christus in meliori mō/vel melior fieri non potuit. Adducitur in participatōe bonitatis diuine/nihil potest intelligi melius q̃ gratia/vel participatio p vnionē ad deū. christus autē sic participauit bonitatē diuinā: q̃ non pōt intelligi q̃ meliori mō potuit fieri. In contrariū est: q̃ christus p̃s vniuersitatis est: ꝛ iā habitū est q̃ quelibet pars vniuersitatis pōt fieri melior ꝛ meliori mō. Ulterius q̃rit̃ de beata virgine: vtrū potuit fieri meliori mō. Et videt̃ q̃ nō. Anselmus in lib. de cōceptu virginali: Decebat vt illius hoīs conceptio de matre purissima fieret: Decens nempe erat: vt virgo illa ea puritate qua maior sub deo nequit intelligi niteret: cui de⁹ pater vnicū filiū suū/quē de corde suo equalē sibi genitū tan q̃ seip̃m diligebat: ita dare disponebat/vt naturaliter esset vn⁹ idemq̃ cōis dei patris ꝛ virginis fili⁹: ꝛ quā ipse fili⁹ subaliter sibi matrē facere eligebat. ꝛ de qua spūssanctus volebat ꝛ opaturus erat vt conciperet ꝛ nasceret̃ ille de quo ipe ꝓcedebat. q̃ videt̃ q̃ meliori mō ñ potuerit fieri. Adhuc: hieronym⁹ in sermone de assūptiōe: Logitis me dicit/q̃d de sola virgine credēdū est: q̃ era ornata est sup choros angelorū ad celestia regna. Sed sic se habet p̃mū ad p̃remū/ita se habet gratia merēdi ad gratiam merendi. cū q̃ in p̃mio super omnē creaturā: etiam in gratia oēm creaturā puram supauit. q̃ meliori mō fieri nō potuit. Adhuc: Luc. I. Aue grā plēa q̃ gratiā in plenitudine habuit. sed sicut dicēbs in. xiij. phycoꝝ: Plenū est q̃d nihil amplius suscipe pōt. q̃ in bono gratie datū est ei tantū q̃tū aliqua creatura suscipe potuit. q̃ meliori mō fieri non potuit. In contrariū hui⁹ est: q̃ gratia beate virginis finita fuit. omni aūt finito pōt addi: q̃ bonitati beate virginis aliquid addi potuit. ꝛ constat q̃ si addat̃ in bonitate/melius sit cui addit̃ q̃ prius fuit: q̃ beata v̄go melior fieri potuit ꝛ meliori mō.

Argu. 3m

In ꝓtrariū argu.

Solutio: primā partē questiōis soluit mgr̃ sic: q̃ si referat̃ modus ad facientē: nō potuit de⁹ meliori mō facere ea que fecit q̃ fecit: ꝛ nō potuit meliori sapientia intellectus/ꝛ meliori bonitate voluntatis/ꝛ efficaciori potentia opatōis facere q̃ fecit. Si autē referat̃ modus ad factum: siue p̃m bonitatē gratie adoptōis in virtutibus ꝛ donis ꝛ sanctificatione sacramentorū/q̃ est bonitas hominis iustificati ꝛ sanctificati/siue etiā i bono glorie beatorū: nihil est in omnib⁹ a deo factis q̃d nō potuerit deus melius facere. Et hec soluto bona est. Et per istam distinctionē patet solutio ad obiecta circa partem illam: quia omnia obiecta pro ꝛ contra procedunt p̃m distinctionem illā. Ad primū q̃ dicendum: q̃ hoc fundat̃ sup falsū. Et similiter dictū mgr̃i hugonis. Nō enim tenet nisi in illis artificib⁹ in quib⁹ artifex ex debito artis obligat̃ operi. Deus autem nulli obligat̃: vt dicit anselmus: ꝛ nulli aliquid debet: sicut paulo ante determinatū est. Et si saluari debeat dictū: oportet q̃ modus referat̃ ad facientē ꝛ nō ad factū. Tamē meo iudicio nō est tutū dicere: q̃ deus quocumq̃ mō faciat/possit male facere. Id quod in contrariū adducit̃ procedit. procedit eim̃ p̃m modum opis/ꝛ nō p̃m modū facientis. Ad id quod vlterius queritur de reconciliatōe facta p christū. dicendum q̃ ali⁹ modus possibilis fuit q̃ntū ad facientē: ꝛ quicumq̃ ille fuisset/optimus ꝛ cōueniētissimus esset q̃ntū ad facientē: quia nec maiori sapiētia/nec maiori bonitate/nec maiori potentia poterat fieri. Si autē referat̃ modus ad factū: tunc ad miseriam nostrā sanandā nullus potuit fieri conuenientior. isto enim mō solo solutōe pretij redemptus est bomo: ꝛ humilitate soluentis sanata est superbia primē p̃uaricatiōis. vt dicit augustin⁹.

Solo arti. III.

Ad argumta.

Ad arg. in cōtrariū

Ad. I. q̃onē incidentē

Ad id quod vlterius queritur de christo. dicendum q̃ bonitas ꝛ gratia christi dupliciter cōsideratur: scꝫ p̃m esse quod habet in se. ꝛ sic potest fieri melior: quia finita est gratia: licet maxime sit supexcellens omnē gratiam aliorū sanctorū. sic enim est grā vnigeniti q̃ cū scō genito nō diuisit. Pōt etiā ꝗsiderari p̃m ordinē ad op⁹ redemptōis: ꝛ sic melior fieri nō potuit. Ad aliud dōm: q̃ hoc ꝓcedit p̃m ordinē ad op⁹ redēptōnis: ꝛ ideo vera cōcludit. Id q̃d in cōtrariū adducit̃ ꝓcedit. Ad id quod queritur de beata v̄gine/siliter respōdēdū est. q̃ si ꝗsideret̃ grā btē virginis in se: finita est et crescere potuit. Si aūt ꝗsideret̃ in ordine ad conceptū ꝛ ptū redēptoris: quo ad ꝗ melior ē nō potuit: vt dicit anselm⁹. Et quo ad hoc ē grā plena: ꝛ p cōsequēs gloria plena sup oēm creaturā puram. q̃ quo ad ꝗ nihil ei defuit nec aliq̃d addibile fuit. Et per hoc patet solo ad totū.

Ad 2m

Ad. III. q̃onē incidentē

Ad. II. q̃stionē incidētē et argu. 1m

Utrum deus possit omne quod olim potuit: ita q̃ potētia eius inuariabilis sit.

A Arti. IIII

Uarto queritur ex incidenti: vtrū deus sp
q possit quod olim potuit: ita q̃ potētia ei⁹
inuariabilis sit. De hoc enim queritur mgr̃
in primo senten̄ distin. xliij. ca. Preterea solet q̃rij:
vtrū deus possit semper omne quod olim potuit.
Arg. 1m Et videt q̃ sic. Inuariabil' em̄ ē ei⁹ potētia ⁊ vno
mō se bñs. Inuariabile aūt ⁊ vno mō se bñs q̃cq̃d
semel potuit/sp pōt. dic̄ em̄ aristo. in. ij. de gñatōe
⁊ corruptōe: q̃ idem eodē mō se babēs semp facit
idem. g̃ videt q̃ quicquid olim potuit/mō potest.
Arg. 2m Adhuc: habitū est in tractatu de immutabilita
te dei: q̃ rāta est immutabilitas diuina/q̃ nec mu
tatur loco: nec forma: nec etiā de habitu in actū. si
cut mutat sciens quādo de nō considerāte fit actu
sciens. nec mutat vicissitudine: sicut intellect⁹ mu
tatur p intelligibilia/⁊ voluntas per volita: Cū
igitur potentia dei sit essentia dei/nullo istorum
modorū mutabit potētia. Sed si nō posset modo
quod aliquando potuit/de necessitate mutat⁹ eēt
aliqua causarū mutationum: ⁊ sic mutabilis esset
Argu. 3m quod ē impossibile: g̃ impossibile est q̃ aliquid nō
possit mō quod aliq̃ potuit. Adhuc: Quicq̃d
in deo est/in actu est/⁊ actus est: eo q̃ potentia im
perfectū quid est/actus autē perfectū. quod autē
in eodē actu semp est/semp potest ⁊ facit quod ali
quando potuit ⁊ fecit. cū g̃ in tali actu sit potentia
dei: sequit̃ de necessitate/q̃ quicq̃d aliq̃ potuit ⁊
Arg. 4m fecit/hoc ⁊ mō potest ⁊ facit. Adhuc: Si sol sic
in potestate habet illuminare/ita in potestate ha
beret pspicuū sibi semp psenter tenere: sequeret̃ q̃
sicut ex se semp illuminat/⁊ semp vnā potentiam
illuminandi habet: ita semp vnā in pspicuo face
ret illūinationē/⁊ in pspicuo semp vna ⁊ eadē illu
minatio ⁊ potentia illuminatōis ad vna ⁊ eādem
illuminationē remaneret. Sed quia sol nō habet
potentiā ad tenendū perspicuū idē nūero: ꝓt̃ hoc
motu circuli variato sup partes pspicui diuersas
facit illūinatōes. Cū g̃ deus ex se nō variet̃ fm po
tentiā: ⁊ vno mō se habeat ad res circa quas potē
tia operat̃: videt̃ q̃ cū possit facere aliquid aliq̃/
q̃ hoc semp possit eodē mō ⁊ in se ⁊ in creatura cir
ca quā operat̃: ⁊ sic q̃cq̃d olim potuit facere/potest
Arg. 5m facere ⁊ mō. Adhuc: dicit anselmus in monolo
gion: q̃ sicut pñs nūc tpis cōplectit̃ omnē locum/
⁊ quicq̃d in loco est: ita p̄sens eternitatis q̃ nunc
eternitas vocat̃/cōplectit̃ omne tēpus ⁊ quicq̃d
in tpe est. ⁊ ideo deo nihil preterit: nihil futurum
est/sed omnia p̄sentia. sicut aūt hoc est in deo ⁊ in
scientia dei: ita est in potentia. g̃ potentie dei nihil
B In ꝓtrariū argu. 1m preterit/nihil futurū est: ⁊ ita quicq̃d olim potuit/
⁊ quicquid facere potuit/nūc presenter potest et
facere potest. In contrariū hui⁹ ponit mgr̃ in
stantias sic dicēs: Potuit deus incarnari: potuit
mori: potuit resurgere: potuit mundū nō fecisse:
potuit fecisse q̃ ego nō essem nat⁹/⁊ alia huiusmo
di que modo nō potest. nō ergo verū est/q̃ modo
Arg. 2m possit quod aliq̃ potuit. Adhuc: augustin⁹ in
enchiridion. Potentie dei nō potest effectus impe
diri: ⁊ ideo veraciter omnipotens dicit̃. potentia
autē cui⁹ nō potest impediri effectus/semp potest
elicere suū effectū. Sz cōstat q̃ habuit aliq̃ potē
tiā creandi mundū: ⁊ creauit eliciendo effectū. cū
ergo adhuc habeat eandē potentiā: adhuc eundē
potest elicere effectū: g̃ mō potest creare mundum
creatū. Simile est: potuit assumere carnē: g̃ ⁊ mō
potest elicere eūdē effectū assumēdo carnē. Idē Arg. 3m
est quod quidā obijciūt: Ad quēcumq̃ actū exten
dere se potuit aliq̃ potētia dei/ad eundē actū po
test se mō exten dere. sed potuit se extēdere potētia
dei ad creādū mūdū in ꝑ istāti siue hodie: ⁊ ad assu
mēdā carnē i ꝑ istāti siue hodie: g̃ i ꝑ istāti siue ho/
die pōt creare mūdū siue/assūere carnē. Si q̃s di Arg. 4m
cat: q̃ in huiusmodi argumentationib̄ mutatur
quid i quādo. ⁊ sic incidit fallacia figure dictōis.
sicut si sic arguā: quicquid potuisti/potes: sed po
tuisti heri currere: ergo potes heri vl' mō currere.
Similiter: quicquid potuit deus/potest: sed po
tuit in hoc instanti mūdū creasse: ergo in hoc instā
ti potest mundū creare. Cum em̄ dicit̃ quicq̃d po
tuit/quicquid distribuit pro rebus que sūt quid:
⁊ sub illo assumit̃ quādo in minori/cum dicit: sed
potuit in hoc instanti mundū creasse. sicut in para
logismo aristo. quē ponit in elenchis: quicq̃d am
bulas/calcas: sed ambulas totā diē: ergo calcas
totam diē. Contra est q̃ si sic formet̃ argumen
tatio: quandocūq̃ deus aliquid potuit/semp il
lud potest: hoc est in omni tpe ⁊ in omni insta nti.
sed potuit mundū creare in hoc instanti. ergo mō
potest mundū creatū creare in hoc instanti. cōstat
q̃ hic assumptio fit directe ⁊ in eodem gñe: quia
q̃ñ sub q̃ñ: ⁊ sic pcedit argumentatio: vt videtur.
Si forte dicat aliquis: q̃ in ista argumentatio Arg. 5m
ne: quicquid deus aliquādo potuit facere ⁊c. pro
positio ista falsa est: quicquid deus aliq̃ potuit
facere/mō potest facere. Contra est: q̃ sicut di
uina potentia nō limitat̃ actu: ita nec tpe limitat̃.
limitaret̃ autē ad tempus pteritū si aliq̃ facere
potuisset quod mō facere nō posset: g̃ vidat̃ q̃ pro
positio sit vera: quicquid aliq̃ potuit facere/mō
possit facere. Ulteri⁹ queritur: Si deus potuit E Questio in cidens.
facere mūdū ab eterno. Et videt̃ q̃ sic. Cōstat
em̄ q̃ potuit ante instans in quo creauit. ⁊ si suma Arg. 1m
tur instans ante illud ⁊ vocet̃ a. instans qō fuit
ante instans creatōis mundi: constat q̃ iterū ante
a potuit: ⁊ hoc vocet̃ b. ⁊ itez̄ ante b potuit: ⁊ hoc
vocet̃ c. adhuc ātē c potuit. ⁊ sic anteriorādo semp
tandē deuenit̃ ad hoc q̃ ab eterno potuit facere:
ita q̃ hec determinatio ab eterno/determinet hoc
verbū facere/⁊ nō hoc verbū potuit: quia si deter
minaret hoc verbū potuit/tunc nō esset dubitatō.
Et in hoc sensu etiā procedit obiectio. Adhuc si Argu. 2m
sic arguat̃: Nō aliqua scibilia sciunt̃ ab isto quin
plura sciant̃: nec aliqua opabilia fiunt ab isto arti
fice quin plura fiant ab ipo: sequit̃ q̃ ille sciat infi
nita: ⁊ ille faciat infinita. Ergo a simili: non aliq̃t
instantia sumi pñt ante primū instans creatōis
mūdi in quib̄ deus potuit creare mūdū qui/plu
ra possint sumi in quib̄ deus potuit mundū crea
re. g̃ infinitū ante hoc instans potuit creare mun
dū. sed nō ē infinitū ante nisi eternitatis: g̃ potuit
mūdū facere ab eterno/ita q̃ determīatio ab eter
no referat̃ ad facere. Sz in cōtrariū est: q̃ si mū In ꝓtrariū
dum iā creatū pōt creare: g̃ factū pōt fieri. sed qō Arg. 1m
fit nō est/vt dicit aristo. in pmanentib̄. g̃ factū nō
potest esse. sed si factū est/vere est/⁊ de necessitate

est: ergo illud quod vere est ⁊ de necessitate est/nō
est: igitur cōtradictoria verificātur de eodem: scz
q̃ idem est/⁊ nō est/⁊ fm idē: quia fm substantiā.
Arg. 2m Adhuc: augustinus in. ij. lib. contra Faustum:
Quisquis ita dicit: si omnipotēs est deus/faciat
vt que facta sunt/facta non fuerūt: non videt hoc
se dicere: si omnipotens est/faciat vt ea que vera
sunt/eo ipso quo vera sūt falsa sint. Sentētia q̃ppe
qua dicimus aliquid fuisse/ideo vera est: quia id
de quo dicimus fuit/nō est. hanc sententiā deus
falsam facere nō potest: quia veritatis contrari⁹
auctor non est. Ex hoc accipit̃: q̃ id quod factum
est nō potest facere deus vt nō sit. sed si facere: cū
nullus faciat nisi id quod nō est: quia potētia
faciendi nō est nisi circa id quod nō est/vel simplicit̃/
vel actu. natura enim nō facit nisi id quod nō est
actu: ⁊ ars nō facit nisi id quod actu nō est. Simi
liter potentia faciendi in deo nō est nisi circa id qō
nō est: sequit̃ ergo q̃ si factū est/⁊ si ē nō cōueniat
ei nō esse: ⁊ si conuenit ei nō esse/nō potest potentia
factiua vel actiua esse circa ipm. ergo potētia acti
ua nō potest esse circa factum vt fiat quod factum
D Solo arti. IIII. est. Solutio: ad hoc soluit magister primo sen
tentiarū distin. xliij. ca. Ad quod dicimus sic di
cens: q̃ sicut deus semper omnia scit que aliquā
do sciuit: et semper vult que aliquando voluit:
nec vnquam aliquam scientiam amittit/vel vo
luntatē mutat quā habuit: ita semp potest omnia
que aliquādo potuit: nec vnq̃ aliqua potētia sua
priuatur. Nō ergo est priuatus potentia incarna
di/vel resurgendi: licet mō nō possit incarnari/vel
resurgere. Et redit solutio sua ad hoc: q̃ cum dici
tur: quicquid potuit facere/semp potest facere: vl'
quicquid potuit/semp potest: q̃ locutio duplex ē.
ex eo q̃ aduerbialis determinatio semp/potest de
terminare hoc verbū/potuit vel potest: vl' hoc ver
bum/facere. Si determinet hoc verbū potuit: sen
sus est: cuiuscumq̃ rei potentiā habuit aliq̃/sem
per habet. ⁊ in hoc sensu ꝓpositio est cōposita ⁊ ve
ra. Si autē referatur ad facere: tunc sensus est: q̃c
quid potuit/semp potuit facere. ⁊ in hoc sensu fal
sa est ⁊ diuisa. Et solutio illa meo iudicio bona ē.
Ad arg. 1m Ad primū ergo dicendū: q̃ potentia dei inua
riabilis est ⁊ vna ⁊ eadem: tamē ad multa se habz
fm omnē differentiā tpis. ⁊ idcirco cum de ea lo
quimur: necesse est q̃ diuersis sermonib̄ diuersi
mode significet̃ verbis/participijs/⁊ aduerbijs
significantibus vel consignificantib̄ tempus. Et
ideo dicimus cū aliquid potuisse olim siue in pre
terito: ⁊ aliquid posse in presenti: ⁊ aliquid etiam
dicimus q̃ poterit in futurū. Potentia enim dei
fm seipam considerata/abstrahit ab omni tempo
re: ⁊ nō determinatur ad tempus nisi temporali
actu vel effectu/qui subiectus est omnipotentie.
Sicut fides in articulis credibilib⁹ abstrahit a tē
pore: tamen fm q̃ comparat̃ ad credentes fm di
uersitatem credentium/fm differentias temporū
diuersimode significatur ⁊ determinatur/⁊ fm ar
ticulos semper manet vna. Unde antiqui patres
crediderunt christū incarnandū/passurum/⁊ re
surrecturum. Qui cum christo erant presenter/sic
ut beata virgo ⁊ Joseph/crediderūt christum in
carnari ⁊ nasci. Qui astiterunt cruci/crediderunt
christum pati ⁊ mori. Nos credimus christum in
carnatum/passum/mortuum/resurrexisse. Dicit
autem augustinus: Tempora variata sunt: fides
immutata permansit. Unde fides est de incarna
tione: sed determinatio articuli est fm comparā
tionem ad credentes credere incarnandum/incar
nari/⁊ incarnatum esse. Ita vult dicere magister
de potentia: quia eadem potētia est que ad vnum
est ⁊ ad idem fm omnem differētiam temporis/si
cut ad mundi creationē vel incarnationem: sed ad
diuersa tempora determinatur cum dicit̃: potuit
creare mundū/vel incarnari: ⁊ potuit creatū esse
a se mundum. vbi ad diuersa tempora per effectū
determinatur. effectu enim aliquādo est preses/
aliquando futurus/aliquando preteritus: poten
tia vna inuariabili permanente. Et dat magister
exemplum ⁊ bonū: q̃ eadem potentia est qua dici
mus: iste potest cras legere: ⁊ aduenientē crastina
die dicimus: iste potest hodie vel nunc legere cum
actu legit: ⁊ post cras dicimus: iste potuit legisse.
vnam enim ⁊ eandem potentiam significamus/⁊
circa idem variatam fm tres differentias tempo E Ad 2m
rum. Ad sequens dicendum q̃ hoc procedit. nō
enim mutatur potentia propter effectuum muta
tionem. sicut nec scientia propter mutationem sci
bilium: nec voluntas propter mutationem volī Ad 3m
torum. Ad aliud dicēdum: q̃ verum est q̃ quic
quid in deo est/actus est ⁊ nihil in potentia: tamē
non sequit̃ ex hoc: q̃ quicquid potuit facere/semp
possit facere. potentia enim est/sicut in obijciendo
probatum est respectu fiendi/⁊ nō respectu facti: ⁊
ideo factum nō potest fieri/propter contradictio
nem que sequitur. vnde q̃ non potest fieri factum:
non est ex variatione potentie cause prime/sed Ad 4m
ex variatione effectus: vt dictum est. Ad aliud
dicendum q̃ tali positione facta de sole ⁊ pspicuo:
bene procederet argumētum. sed q̃uis deus pos
sit quidem tenere rem circa quam ex potentia ope
ratur in eodem modo: tamen fm actum non tenet
in eodem modo/sed variatur res per differētias
temporum. ⁊ ideo licet eandem potētiam habeat:
tamen facere nō potest quod factum est: quia fieri
nō potest. fieri autem ⁊ facere respiciunt differen
tiam temporis/⁊ sunt respectu eius quod non est/
sed fit: factum autem nō fit/sed est. quia sicut dicit
aristo in. vj. physicorū: factum est terminus fieri.
Ad aliud dicendum: q̃ dictum anselmi non co- Ad 5m
git/nisi q̃ deo sunt presentia vno modo omnia: eo
q̃ exemplar in quo omnia cognoscūtur semp deo
presens est. sed quia res in seipa variatur fm dif
ferentiam temporis: ideo loquēdo de potētia fm
q̃ refertur ad rem/necesse est diuersis sermonib⁹
vti. ⁊ aliquando fuit ex potentia hoc facturus: et
aliquando ex eadem potentia facit: ⁊ aliquando
fecit. Et modus significandi potentiam fm q̃ re
fertur ad effectum/propter varietatem effectus
non potest esse vnus. ⁊ ideo facturum esse non est
facere: ⁊ facere nō est fecisse: nec econuerso. Et iō
non sequitur: quicquid deus potuit facere/potest
semper facere. quia ante rem potuit aliquid face
re cum res non esset nisi in potentia/quod non po
test facere cum res perfecta est. Sed bene sequit̃:
quicquid aliquando potuit facere/semper potest
facere: dummodo potentia facientis semp sit ad il
lud. potentia enim facientis nō est ad factum: eo q̃

factum nō potest esse subiectū factioni ⁊ potentie: eo ꝙ factioni ⁊ potēte nō subijcit nisi quod in potia est/⁊ nō in actu: vt dicit augustinus cōtra fau-
F Ad 1. in cōtrariū stum. Ad id quod in contrariū objicit: dicendū ꝙ instantie magistri bone sunt sub hac ratione intellecte que dicta est: scz ꝙ factū nō subiacet potentie ⁊ factioni: eo ꝙ id actu est: ⁊ ideo ad fieri ⁊ non esse actu reuocari nō potest: sed eadem potentia est ad incarnandū/⁊ incarnari/⁊ incarnatum esse: sic
Ad 2m dictum est. Ad aliud dicendū: ꝙ verū est quod dicit augustinus: ꝙ potentie dei nō potest impedi ri effectus/dūmodo ille effectus possit subijci potē tie efficientis. huic autem nō potest subijci factum sub ratione facti/sed sub ratione fiendi: ⁊ ideo eadem potentia qua potuit creare mundū/potest ad huc creare mundū: nō factum sed faciendū: qui in potentia facientis est/⁊ nō in actu factus. Et eadē potēcia qua potuit incarnari: adhuc potest incarnari: nō incarnatione facta/sed alia incarnatione
Ad 3m facienda. Per idem patet solutio ad sequens:
Et hoc videtur probari ex auctoribus quos induct magister primo sententiaruz distinctione. xl v. capitulo: pro precepto. Dicit enim ꝙ illud Matthei. vj. b. fiat voluntas tua / intelligit de signo voluntatis / quod est preceptum. per hoc enim quod dicit fiat / significat ꝙ actus ille fit qui precipitur. Argu. 1m.

Adhuc idem ibidem induct illud Matthei. xij. d. Qui facit volutatem patris mei. vbi per verbũ facit / vel fecerit idẽ significatur. Argu 2m. Sed in contrarium huius videtur quod dicit magister ibidez in capitulo illo: Et si illa dicuntur dei volũtas. Ubi sic dicit: Non est intelligendum deum omne illud fieri velle quod cuiq; precepit. Precepit enim abrae immolare filium. Genesis. xxij. nec tamẽ voluit: nec ideo precepit vt id fieret / sed vt abrae probaretur fides. In contrariũ arg. pmum. Si forte quis dicat: ꝙ non precepit occidi filium / sed offerre. Cõtra illudẽ qõ dicitur Hebro. xj. d. sic enim dicitur ibi: Unigenitum offerebat qui susceperat repromissiones: ad quem dictum est: quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbi- Argu. 2m.

trans quia ⁊ a mortuis suscitare potēs est deus. Hoc enim non arbitraretur nisi vellet occidere/ et nisi deus preciperet eum occidi. Unde glosa augustini ibidem: Non trepidauit Abraam crede/re quādo promittebatur Genesis. xvij. Non trepidauit offerre quando exigebatur. dextera eius exigitur ad sacrificiuz vt moreretur. cuius cor ere ctum est ad fidez vt nasceretur: nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtempantis. Promissionem enim pater prius fideliter tenens/ quā per hunc oportebat impleri quem deus iubebat occidi: non hesitauit quin sibi reddi possit immolatus qui dari poterat non separatus. non sibi fecit questionem quasi de contrarijs ⁊ sibi aduersantibus verbis dei promittentis filium nasciturum/ et postea dicentis: occide mihi filium tuum. Cum ergo noluerit filium occidi: videtur ꝙ fieri precepit quod fieri nō volebat. Videtur ergo ꝙ aliquādo precipit quod nō vult fieri: ⁊ sic ducta descriptō

Arg.3m precepti non est vera. Adhuc Ambrosius ī libro de patriarchis: Aliquando iubendo significamus velle fieri qd̄ tamen fieri nolumus: sed tamen experimentum obedientie querimus. sicut Abraam a deo temptatus legitur in filio primo genito/ quem dominus nolebat ab eo occidi. vnde statim dixit: ne extendas manum in puerum: a cst dicat: affectum inquisiui/ non factum exegi. temptabat affectum patris si dei preceptā preferret filio. ergo videtur ꝙ directe precepit eum occidi: ⁊ tamen noluit eum occidi/ ⁊ sic precepit quod non voluit. Et quo videtur: ꝙ ⁊ signum falsum est/ preceptuz

Arg.4m scz/ ⁊ ipse precipiens duplex fuit. Adhuc constat ꝙ precepit abraam ꝙ occideret ⁊ verbo imperatiui modi vrebatur. per quod significabatur ꝙ voluntas beneplaciti esset circa imperatum: ⁊ tamen volebat ꝙ id non fieret. non ergo semper vult fieri qd̄

B Sol. arg. 1. precepit. preceptum ergo est signum voluntatis: et tm̄ nō fuit voluntas circa hoc. Solutio: dicēdū cum ambrosio in auctoritate preinducta: ꝙ preceptum multiplex est: scz preceptum probationis: et preceptum executionis: et preceptū disciplinę. Et preceptum probationis non semper exigit actum/ sed preparationem ad actum: ⁊ voluntatē exigit/ vt fidelitatis ⁊ obedientie accipiatur experimētū/ vt hoc alijs ponatur in exemplū. Preceptum executionis est qd̄ exigit actum: quia hoc est quasi regula actus per quā mensuratur licitum in actu. Licitum enim est qd̄ lege precepti regulatur. Ezechielis. xx. d. dedi eis precepta mea/ que faciēs homo viuet in eis. Preceptuz disciplinę est in quo accipitur disciplina: vtrum quis de precepto et obligatione precepti rectam habeat estimationez. Si enim recte estimat voluntatem precipientis/ omnibus dictat anteponendam: etiam in his que preter rationem esse videntur. sicut fuit preceptuz ade de pomo non comedendo. Propter ꝙ obedientia ab antiquis sic definitur: obedientia est virtus q̄ quilibet amplectitur iniuncta necessario implenda: nisi obstiterit imperantis auctoritas. Dicendum ergo: ꝙ preceptuz qd̄ dominus dedit abrae/ temptationis preceptuz fuit. ⁊ hoc significatur in textu. sic enim dicit: Que postq̄ gesta sūt/ tempta uit deus abraam: ⁊ dixit ad eum: tolle filium tuū ⁊c. In precepto autem temptationis non exigitur actus/ vt dictum est: sed perfecta preparatio ad actum vt probetur fides ⁊ deuotio obediētis/ vtrū scz aliquid anteponat dei preceptis. Ut probatur ex verbis ambrosij: ⁊ ex verbis glose pauloante inductis. Et i tali precepto dei volūtas est circa preparationem ad actum ⁊ promptitudinem obediēdi: ⁊ non circa actum precepti. Ad primum ergo Ad arg. 1m dicendum: ꝙ descriptio illa non tenet nisi de precepto executionis: ⁊ nō de precepto probationis ⁊ disciplinę. Per hoc etiam pater solutio ad duo q̄ īducit de euangelio. hec enim ambo intelliguntur de precepto executionis. Ad qd̄ in contrariū ad Ad arg. 1m ducit concedendum est: quia de precepto executionis. sufficiens enim pbatio accipitur per preparationez ad actum. Ad id qd̄ inducit de apostolo ⁊ de augustino: dicendum ꝙ pro certo precepit Ad 2m immolari ⁊ occidi filium: quem etiam occidisset et in igne obtulisset: vt dicit Bernardꝰ in libro de dispensatione precepti ⁊ regule: nisi obstetisset precipientis auctoritas/ dicens: ne extendas manū in puerum. sed quia precepit precepto temptationis: noluit actum/ sed promptitudinem obediendi in abraam/ que sufficienter ostensa est per preparationem ad actum. Ad dictum Ambrosij: dicendū Ad 3m. ꝙ illud totum soluit questionem istam. Nec est signum falsum: Non enim sequitur ꝙ voluntas sit circa actum/ sed circa promptitudinis obediēdi experimentum: non quo deo inotesceret/ sed quo ipsi abrae inotesceret perfectio fidei sue. ⁊ sic alijs poneretur in exemplum. Unde etiam dicitur Debreo. xj. ꝙ in fide testimonium secuti sunt senes. Et prudentius: Senex fidelis prima via credendi est. Nec precipiēs fuit duplex: ⁊ q̄ voluit quod intendit/ probationem scz fidei. et quia probari non potuit/ nisi in maximo esset promptus ad obediendum: propter hoc posuit in maximo/ in occissione scz vnigenitī: quod difficilimum fuit pio patri/ sed conuenientissimum ad instructionem fidei. in hoc enim instruebatur: ꝙ vnigenitus dei promissus abrae offerendus erat pro redemptione generis humani: occisus fm̄ humanitatez/ sed viuens fm̄ deitatem. Ad aliud dicendum: ꝙ preceptum p Ad 4m. certo signum est voluntatis: sed ex sui significatione inquantum imperans est/ non est signum nisi voluntatis imperantis/ ⁊ nō semper imperari: nisi sit preceptum executionis.

Utrum deus possit precipere cōtra ius naturale ⁊ contra decalogum quē ipse scripsit in tabulis.

A Q. ōincidēs

b Ic determinata ista questione fm̄ dicta sanctorum/ fortior questio fit de iam determinatis: vtrum scz deus possit precipere contra ius naturale/ ⁊ contra decalogum quem ipse descripsit in tabulis. Exodi. xx. Et videtur ꝙ sic Arg. ūmēl Quod enim Abrae precepit contra ius naturale fuit: et qd̄ osee precepit contra decalogum fuit. Et Exodi duodecimo vasa egyptiorum asportari fecit/ quod fuit contra istud preceptum: non furtum facies. ibi enim precipitur: non contrectari res alienas inuito domino: ⁊ sc̄m ꝙ furtum generaliter intelligitur de omni illicita contrectatione

Argu 2m. rei aliene. Ad hoc idem obijcitur per rationem: lex enim superior soluere potest preceptum legis inferioris. sed lex eterna qua vtitur deus/ ⁊ que ipsa iustitia dei est ⁊ essentia sua/ supior est oī leget et lex naturalis est sub ipsa: ergo potest pcipere cō

Arg.3m. tra eam sicut lex superior contra inferiorem. Ad huc nihil iustius q̄ q̄ deus vult: vt dicit augustinus: Si ergo deus vult aliqd̄ precipere contra legem nature/ eo ipso quo precipit iustum est: Et si iustum est/ constat ꝙ precipere potest: ergo potest

In ꝓmū ar. primū. precipere iuste contra legem nature. In contrarium est qd̄ in prebabitis determinatum est: ꝙ nō potest que sunt iporentie ⁊ peruersitatis. Peruersitas autem est pcipere contra legez nature: ergo

Argu. 2m. contra legem precipere non potest. Adhuc in p̄ habitis de potentia ab augustino inductum est: ꝙ creator nature nihil facit contra naturam. quia faciendo contra naturam quam ipse condidit/ faceret contra seipsum. ⁊ sicut se habet creator nature ad naturam: sic lex eterna creatoris se habet ad legem nature. ergo creator lege eterna nihil precipere potest contra legem nature creatam. Adhuc

Arg.3m Augustin ꝰ in libro de libero arbitrio: facultas libertatis non est nisi de hoc qd̄ expedit ⁊ decet. deꝰ ergo non potest facere facultate libertatis nisi qd̄ expedit ⁊ decet. ⁊ sicut se habet ad facere/ ita ad p̄ cipere: quia nihil differt vtruz malum fiat aliquo

Arg. 4m. precipiente/ vel faciente. Adhuc Tullius in libro de amicitia: Prima lex amicitie sancit/ vt pro amicis non nisi honesta faciamus. sed ordinatioz ē homo ad deum q̄ ad homines: ergo multo magis pro deo nō sunt nisi honesta facienda. facienda autem sunt que precipit: ergo contraria legi nature/

Argu. 5m vel legi decalogi a deo non sunt precipienda: et si precipit/ non sunt facienda. Adhuc facere cōtra legem nature/ vel contra legem decalogi facit hominem deteriorem et peauum. sed dicit augustinꝰ ꝙ deus non potest facere quo homo fiat deterior: ergo videtur ꝙ non possit precipere contra legem nature vl̄ decalogi. Et hoc expresse dicit magister primo sententiarum distin. xlvj. ⁊ inducit ibi augustinum in libro. lxxxiij. questionum sic arguentez: Nullo sapiente homine auctore fit homo deterior. tanta enim est ista culpa/ que in sapientem hominē cadere nequit. Est autem deus omni homine sapi

B Argu.6m. ente prestantior: multo minus igitur deo auctore fit homo deterior. Adhuc arguit in capitulo sequenti sic: Multo est prestantior dei voluntas q̄ hominis sapientis: ⁊ cum deo auctore aliquid fieri dicitur/ illo volente fieri dicitur. Est autem vitium voluntatis quo homo fit deterior: quod vitiū longe est a dei voluntate. Constat autem ꝙ id qd̄ fit deo precipiente/ fit deo auctore ⁊ deo volente: quia preceptum signum voluntatis est. ergo videtur ꝙ id quo homo deterior fit/ nec precipere/ nec

Arg. 7m. velle potest. Adhuc Abacuk primo Mūdi sunt oculi tui domine ne videas malum: ⁊ respicere ad iniquitatē nō poteris. precipere autē cōtra ius naturale ⁊ contra decalogum/ ⁊ malum est/ ⁊ iniquū: fm̄ ꝙ iniquum dicitur qd̄ recte regule vite nō adequatur. ergo videtur ꝙ talia precipere deus non

Arg.8m. potest. Adhuc: iustitia humane nature ⁊ rectitudo erēplata ē ad iustitiā diuinā ⁊ rectitudinē. q̄ qd̄ est ꝗ rectitudinē humanā/ ē cōtra rectitudinē diuinā. sed facere contra decalogum ⁊ contra ius naturale/ est contra rectitudinem humanam: ergo cōtra rectitudinem diuinam. sed deus non potest precipere contra rectitudinem suaz: quia faceret cōtra seipsum: ergo nec contra legem nature/ nec contra decalogum. Quod si concedatur. In contrariū In ꝓtrariū but. arg. 1. videtur esse qd̄ dicit in libro de dispensatione precepti ⁊ regule sic: Quod non ab homine est institutum/ sed diuinitus promulgatum: non nisi a deo q̄ tradidit mutari potest. vt/ non occides: nō mechaberis. nec cuiq̄ homini aliquid horum soluere licuit/ aut licebat: deus tamen horum aliquid quando voluit soluit. sicut cum hebreos egyptios spoliare: siue quando ꝓheta osee cum muliere fornicaria misceri precepit. Ex hoc pater: ꝙ pcepit cō/ tra legem nature/ ⁊ contra legem decalogi. Ad huc augustinus in questionibus super exoduz sic dicit: Lex eterna in medio quedā posuit/ vt in eis vsurpādis comprehendatur audacia: in exequendis iure laudetur obedientia. Et vocat media que possunt bone ⁊ male fieri. sicut occidere: quod potest bene fieri ex obedientia: male autem ex temeritate propria. ergo deꝰ potest precipere occissionē. E Solo. 1. q̄/ sicut pcepit abrae de filio. Ad hoc diuersi diuersas dederunt solutiōes. Distinguunt enim quidaz de natura: scz ꝙ est natura vt natura: cuius lex est ius naturale: fm̄ ꝙ diffinitur ius naturale in decreto ⁊ in institutis: ꝙ ius naturale est qd̄ natura omnia animalia docuit. Et hec natura est ler quedam inserta potentijs actiuis ⁊ passiuis nature: ligans ⁊ obligans naturam ad ea renenda que pertinent ad nature conseruationem in specie ⁊ indiuiduo: ⁊ ad ordinem nature quo res illiꝰ ordinantur ad inuicem fm̄ naturalem illius nature cursū: vnde fit consuetus concursus nature/ vt dicit augustinus. Et hec natura in homine non dictat nisi coniunctionem maris ⁊ femine in eadem specie. Dicunt enim ꝙ est natura vt ratio: fm̄ ꝙ ratio est vis collatiua modos ⁊ causas ꝓsiderans. Et hec natura est homis: ⁊ in coniunctione maris ⁊ femine nō considerat distinctionem sexus tūm in conformi specie: sed considerat etiam que vel qualis coniunctio fm̄ temporum differentias valeat ad domus edificationem vel fidelium propagationez ⁊ religionis. Et hec dictat aliquando pluribus cōiungi: scz quando cum propagatione seminis fuit propagatio religionis: qd̄ morem vocat augustinus. Genes. iij. in glosa: Obijciuntur iacob quatuor vxores: qd̄ cum mos erat/ peccatum nō erat. Et vocat morem actum consuetudinalem expieta te causatum et necessitate religionis. quemadmodum etiam plato hoc dicit esse naturale: eo ꝙ vnꝰ multas impleꝰ: sicut vnum sigillum multa sigillat: licet vna non possit habere plures: eo ꝙ plurium coitus cum vna impedit fecunditatem. Sicut est in a gentibus ⁊ patientibus in natura: ꝙ si idez patitur a diuersis agētibus/ impeditur actio vtriusq̄ ⁊ confunditur. diuersa autem bene patiuntur ab vno agente. Quando autem necessitas religionis non est/ sed melius fit propagatio per semē spirituale q̄ naturale: tunc dictat vnum vni esse coniungendum: eo ꝙ hoc sufficit ad fecunditatem: et illius est ad domus edificationem ⁊ ad prolis educationē ⁊ maiorē in natis facit germanitatē. Rō ait

vt ratio est/que ex legibus ordinat cõiunctionem et ex his que magis faciunt ad ciuilitatem (Dicit enim Aristoteles in.viij.ethicorum: q̃ homo naturaliter est animal coniugale/ ⁊ naturaliter animal ciuile) ⁊ sic ratio sumpta dicitur q̃ vnus vni cõmisceatur/ que fm̃ leges patrie sua est ⁊ sibi fꝫ indiuiduam vitã coniuncta. fm̃ q̃ dicimus: q̃ matrimonium est coniunctio maris femine legitima/ indiuiduam vite consuetudinem retinẽs. Isti dicũt: q̃ deus nõ potest precipere contra ius naturale p̃mo modo dictum: sed potest p̃cipere contra ius naturale secũdo ⁊ tertio modo dictum. Qꝫ enim iacob habuit quattuor vxores: fuit contra ius naturale secundo modo dictũ. q̃ abraam cõmixtus est agar Bene. xxj. fuit cõtra ius naturale tertio modo dictum. Agar enim nõ fuit sua: quia non fuit sibi legitime coniuncta. Sed istis obꝑicitur: q̃ directe contra ius naturale primo modo dictum fuit/ q̃ precepit abrae q̃ occideret filium innocentẽ. Similiter q̃ p̃cepit Osee/ q̃ cõmisceretur cum fornicaria soluto concubitu. solutus enim concubit⁹ non ordinatur ad sustentationem speciei vel indiuidui. Et sic videtur q̃ solutio illorum nõ valeat.

ꝑpugnatio solonis

D sol. II. alio ꝫ

Propter hoc alij dicunt: q̃ est malum per se: de quo dicit Aristoteles. ij. ethicorum: q̃ mox nominatum est malum: ⁊ Augustinus dicit q̃ non potest bene fieri. Et est malum in genere quod potest bene et male fieri. Sicut malum per se est mechari/ siue adulterari. Occidere autẽ ⁊ cõmisceri mulieri potest bene ⁊ male fieri. si enim fit ex causa occisio/ bona est: si nõ ex causa/ mala est. Similiter si quis commisceatur ex causa femine/ vt ex cõmixtione sua eam sanctificet ⁊ sibi coniungat/ bonus est. sicut dicit Hieronymus super Osee: q̃ coniunxit sibi fornicariam ex precepto domini vt honestam faceret: que honesta esse non potuit nisi ex coniunctione ad propheram. Et loquitur ibi contra manicheos: qui deum accusabant vt turpitudinis patronum: qui turpia preciperet: ostendens nihil esse turpitudinis/ sed multum vtilitatis in hoc q̃ cõiungitur turpis honesto vt honesta fiat. Et ponit exemplum de socrate qui honestissimus fuit: ⁊ plotinum tunc turpem de societate ganeorum ⁊ ganearum assumptus sibi associauit/ ⁊ honestissimũ philosophum fecit. Dicunt ergo isti: q̃ malus per se quod non potest bene fieri/ non potest precipere deus: sed malus quod potest bene ⁊ male fieri: qõ vocatur malum in genere/ dicunt q̃ potest precipere. Et assignant rationem. Sicut enim indifferẽs quod nec bonum nec malum est ex precepto prohibitionis efficitur malus: vt comestio pomi ade/ ex precepto mala facta est cum alias esset indifferẽs: Ita id qõ bene ⁊ male potest fieri ex precepto dei efficitur bonum. Contra hos iterum obꝑicitur. quia licet occidere possit fieri bene ⁊ male: tamẽ occidere primo genitus innocentem nunq̃ potest bene fieri. Similiter licet cõmixtio cum femina possit esse bene et male: tamẽ fornicatio nunq̃ potest fieri bene ⁊ male/ sed semper male. Dicit enim Aristoteles in. vij. ethicorum: q̃ fornicator deterior est incontinente: in hoc q̃ incontinens rationem habet sanam/ q̃uis vi passionum corruptus sit in affectu. fornicator autem nihil sanus habet/ totus fm̃ rationem ⁊ affectum corruptus in libidine requiescens. Et cum deus precepit Osee: q̃ filios fornicationum faceret non legitimos: et qõ dicunt q̃ sicut indifferens fit malum per preceptum: ita malũ in genere potest fieri bonum per preceptum: hoc verum esset si vt indifferens proponeretur in precepto: hoc est vt occisio simpliciter/ ⁊ cõmixtio femine simpliciter. sed ita non fit: sed in precepto ponitur vt determinatum ad speciem per se mali: vt occidere vnigenitum: ⁊ cõmisceri fornicarie: q̃ alias non faceret filios fornicationum/ sed legitimos.

ꝑpugnatio

Propter hoc dicunt alij: q̃ malũ est corruptio modi/ speciei et ordinis et ad deum et ad proximũ. Unde quecunq̃ dicunt corruptionem ordinis ad deum vt ad vltimum finem/ illa non potest precipere deus. sicut non potest precipere cõtra seipsum. Unde non potest precipere aliquid quo talis ordo violetur: sed potest precipere aliquid contra ordinem quo homo ordinatur ad hominem. Unde dicunt q̃ deus potuit precipere aspoztari vasa egyptiorum: quia hoc non fuit nisi violatio ordinis ad hominem: sed non potuit precipere vt aspoztarentur ex auaricia. Et potuit precipere commixtionem cum soluta: sed nõ potuit hoc precipere vt fieret ex libidine. cum enim apponitur/ ex libidine/ vl̃ ex auaricia: mal⁹ finis notatur per quem destrui/ tur ordo ad vltimum finem et optimum qui est deus. Sed cõtra istos iterum obꝑicitur: q̃ illa que mox nominata sunt mala fm̃ philosophũ/ ⁊ per se mala fm̃ Augustinum/ ipsa ratiõe nominis sui dicunt coniunctionem ad malum finem/ ⁊ corruptionem ordinis ad finem bonum: ⁊ tamen illa precepit deus vt iam sepius dictum est: ⁊ sic nõ videtur stare hec solutio. Ad hec sine preiudicio melioris sententie dicendũ videtur: sicut pauloante habitum est: q̃ in precepto executionis nõ potest p̃cipere deus p se malum. quia qõ fit deo precipiente/ fit deo auctore ⁊ deo volente/ vel hoc/ vel aliq̃d circa hoc sed in precepto temptationis vel instructionis in quibus deus nõ intẽdit actum/ sed temptare affectum per fidem: vel ex q̃bus instruere intendit: eo q̃ sicut dicit dionysius ex omnibus est accipere bonas contemplationes ⁊ instructiões. sicut patet in exemplo qõ ponit de canticis: vbi intentio amoris diuĩ describit ⁊ docet ex lenocinio amoris carnalis. Unde in illis duob⁹ temptatio ⁊ instructio aliquando vtitur actu qui est p se malus: ꝫ nõ vtitur eo fm̃ q̃ est per se malus/ sed vtitur eo fm̃ circumstantiam aliquam: fm̃ q̃ refertur ad probationem vel instructionem/ ⁊ nõ ad finem malum. Sicut q̃ abraam vnigenitum offerebat heredem benedictionem dei/ magnam probabat deuotionem obedientie. Et q̃ Osee soluto modo coniunctus fuit fornicarie que semper dimitti potest/ magnam faciebat instructionem ad rem propheratã: q̃ scz synagoga non ita erat coniuncta deo/ quin semper posset abꝑici ⁊ dimitti propter crimina. quia cõiunctio eius separabilis esset. sicut dicitur Hieremie septimo. a. Nolite confidere in verbis mendacij/ dicentes ⁊c. vbi probat dominus: q̃ sicut abiecit. sylo propter malicias: ita potest abꝑicere hierusalem: quia non possunt esse nisi filij fornicationum qui in idolatria nati sunt: ⁊ filij fornicationũ ius nõ habẽt ĩ domo nec in hereditate. vñ osee. ij. a. dicit Judicate matrẽ vrã̃: q̃ ipsa nõ vxor mea

Solo. III. aliorum

Solo Alberthi

F Sorg. 1m

et ego non vir eius legitimus. Similiter Johãnis iiij. c. nũc quem habes nõ est vir tuus. Hs ita pronoratis dicendũ est ad p̃mũ: q̃ meo iudicio p̃cepto executiõis nõ pôt de⁹ p̃cipe aliq̃d ꝗ ius naturale. quia ipse met/ vt dicit Basilius/ nature rationali illud inseruit ⁊ in naturali iudicatorio descripsit. Jam em̃ pauloante notatuz est: q̃ natura tribus modis dicit: vt dicit augustin⁹ contra faustum: et ponitur in glosa Ro. r. sup̃ illud: Contra naturaz insertus es in bonã oliuam. Et primo modo dicta natura regula ĩmobilis est prouidentie/ qua vnũqõq̃ ad debitum nature sue finẽ gubernatur ⁊ deducitur. Et contra hãc naturã nõ potest de⁹ facere/ sicut nec contra seipsũ. Secõdo modo dicitur natura lex siue dispositio obedientialis/ qua omnis natura ad deũ ordinatur vt fiat ĩ ea quicquid deus voluerit. Et hec natura habet se ad naturaz primo modo dictã/ sicut se habet fatum ad puidẽtiam. Et cõtra hanc naturam deus iterũ nihil potest p̃cipere/ nec facere sicut nec contra seipsum. sicut in tracratu de potentia pbatum est. Tertio modo dicitur natura solit⁹ ⁊ consuetus cursus nature. Et contra illũ potest facere ⁊ p̃cipere deus: maxime p̃cepto pbationis ⁊ p̃cepto instructionis: q̃ in illis actuz nõ vult deus/ sed aliquid circa actũ. vnde etiã in illis ille cui fit tale preceptuz non tenetur ad actuz/ nisi tamdiu quousq̃ deus reuelat p inspirationẽ q̃ nõ vult actum/ sed aliq̃d circa actum. sicut factum est Abrae Geñ. xxij. cuz dicebatur ei: Ne extendas manuz in puerum. Et ideo dicitur etiaz: q̃ clamauit angelus de celo: vt per clamorem intelligatur aperta ⁊ manifesta reuelatio: per celũ autem intelligatur diuina ⁊ infallibilis. Ad aliud dicendũ: q̃ lex superior inquãtum superior: siue superioris/ potest soluere legem inferiorem: quãdo superior ⁊ inferior diuerse sũt. sed quãdo inferior directe est exemplũ superioris/ tunc soluta inferiori soluitur superior. Et ita se habent ad inuicem lex nature primo mõ dicte/ ⁊ secõdo mõ dicte. Unde sicut de⁹ nõ potest facere p̃ vnã: sic nec potest facere contra aliam. Ad aliud dicendum: q̃ nihil iustius q̃ q̃ de⁹ vult. ⁊ hoc est ideo: quia eius voluntas iniusta esse nõ potest: licet aliquãdo iustitia illa occulta sit. ⁊ quia iniusta esse nõ potest voluntas: ideo de ordinata potentia precepto executionis nihil potest p̃cipere contra legem naturalem primo modo dicram/ ⁊ secõdo modo. Iustitia enim/ vt dicit Anselmus/ rectitudo voluntaris est: nec esset recta voluntas p̃cipiẽs hoc quo obediẽs in facto prauus fit ⁊ deterior: vt dicit augustinus: ⁊ ponitur p̃mo sententiarum. xlv. distinctione. Ad id qõ p̃mo obꝑicitur in contrariũ iaz pater solutio: quia cõtra naturaz primo ⁊ secõdo modo dictã nõ potest creator nature per legẽ eternã. talia enim precepta nõ sunt regis recte regentis/ sed tyranni: fm̃ tyrannidem q̃ est corruptio regni: vt dicit Aristoteles in. v. ethicorũ. Unde talia sunt impotentie ⁊ nõ potentie/ ⁊ in voluntate peruerse voluntatis indicia. Per hoc similiter patet ad sequẽs solutio. Ad id qõ vlterius adducitur de augustino/ videtur mihi dicendum: q̃ verum ẽ qõ dicit augustinus simpliciter de precepto executorio: quia hoc procedit de potentia ⁊ voluntate ordinantis ordine iustitie. sed de precepto pbationis et instructionis non est verum: quia in illis non actus intenditur/ sed aliud quiddam circa actum quod decens est ⁊ honestum ⁊ vtile ei cui precipitur. Ad aliud dicendum: q̃ in veritate de ordine vite est/ vt nõ nisi honesta fiant ⁊ pro amicis ⁊ p hominibus cuiuscũq̃ auctoritatis existant: qui ordo si corrumpatur/ inducit peruersitas: cuius rei deus vltor est/ ⁊ ideo nõ auctor: vt dicit Fulgentius. ⁊ per consequens nec preceptor p̃cepto executorio: licet aliquãdo ex talibus probet pbandos/ ⁊ instruat instruendos: quos tamẽ reuocat semp ab actu/ vel per inspirationem occultã/ vel manifestam. Ad aliud dicendum: q̃ hoc directe procedit de precepto executorio/ sed non de p̃cepto pbationis vel instructionis. in exequẽdo enim homo fit deterior: pbatus autẽ ⁊ instructus melior effectus est: ⁊ hoc cõuenit precipere optimo ⁊ sapientissimo. Ad sequens patet responsio p idẽ. precepto enim executorio qõ obligat ad actuz/ nõ potest: sed pbationem ⁊ instructionem potest p̃cipere circa illa/ ⁊ p̃cipere ea eatenus quo ad istructionẽ ⁊ probationẽ ordinãtur. Ad aliud dicendum de abacuk: q̃ hoc p̃cedit de precepto executorio. Jus enim decalogi de iure naturali p̃fectuz est. Et hoc dicit expositor super illud Exo. xx. Cũctus populꝰ videbat voces: quia precepta que ibi sonuerunt/ cordibus sũ gulorum inscripta per naturalem rationem lumine mẽtis videbãtur: Sũt enim principia morum fm̃ iustitie ordinem ad deum ⁊ ad proximum. In principijs aurez nemo dubitat: sicut nec in ostio domus: sicut dicit Aristoteles in. ij. p̃me philosophie: Principia enim scim⁹ inquantum terminos cognoscimus. Unde non esse mechandum/ vel fornicandum mihi homini dictat ratio: quãuis non dicter sibi/ q̃ a talibus aliquando ⁊ ex talibus possit fieri pbatio vel istructio. Ad aliud videtur mihi dicendum: q̃ de p̃cepto executorio procedit. Ad dictum Bernardi dicendum: q̃ si verum est qõ dicit/ q̃ oporet q̃ promulgatũ a deo precepto executorio mutet/ vl̃ soluatur precepto pbatiuo vl̃ instructiuo: Et sic non mutatur nisi fm̃ quid/ ⁊ nõ simpliciter. si enim simpliciter solueretur ⁊ mutaretur p̃cepto reuocatorio vel cassatorio/ esset p̃uaricatorque in deũ nõ cadit. Balath. ij. d. Si ea que destruxi iterum hec reedifico/ preuaricatorem me cõstituo. Sed sicut dictum est pbatio ⁊ instructio possunt fieri circa ea. Ad aliud dicendum: q̃ occisio non est ita in medio/ q̃ ex se possit bene ⁊ male fieri: sed ex causis adiunctis potest bene fieri/ et potest male fieri: Et ideo ex talibus sumuntur aliquando precepta pbationis ⁊ instructionis/ vt dictum est: et hoc ⁊ nihil amplius potest haberi ex verbis Augustini.

Ad 4m. Ad 5m. Ad 6m. Ad 7m. Ad 8m. Ad arg. 1m in cõtra. b⁹ Ad 2m. Ad argu. I. in cõtrariũ Ad 2m Ad 3m

H

Ad solones I. quorũdã

Ad ꝑpugnationem.

Ad solutionem quã inducunt quidam ex distinctione nature: dicendum q̃ distinctio bona est. Et alius est ordo iustitie quem dictat natura vt natura: ⁊ alius quem dictat natura ⁊ ratio: ⁊ alius quẽ dictat ratio vt ratio. sed contra nullum ordinez iustitie a iustitia diuina impressum nature vel rationi/ p̃cepto executorio potest aliquid p̃cipere deus: sed p̃cepto pbationis vel instructionis potest/ vt dictum est. Unde etiã talia p̃cepta a sanctis vocãt dispẽsatiua: quia cũ aliq̃ iur⁹ relaratiõe fiũt. Ad id qõ obꝑicit ĩ cõtrariũ: dicendũ q̃ nihil

precepit contrarium/ volēs actū cōtra ius naturale existentē: sed volēs aliquid circa actū/ sicut fidei probationem. Nec in osee pcepit coitum vl' fornicationē: quia hoc esset illicitum: sed fornicationē fornicarie pcepit/ qō poterat fieri honesto modo. siue vt dicit Hieronym⁹/ vt cōiunctiōe ꝓphete feda fieret honesta: z instruerēt ꝓpheta/ q⁹ de⁹ amore suo sepe fedam animā amat vt pulchrā faciat. sicue vt dicit glosa/ vt cōiungerēt fornicarie vt coniunctione sua filios fornicationū ex fornicatoribꝫ natos alijs facerēt suos: z ideo nihil iuris habere in marito vel hereditate mariti. Et vt etiā ex hoc instrueretur ꝓpheta: q⁹ deus israeliticū populum in primis parentibus/ auis z proauis abrae natus ex idolatria sūpsit z sibi coniunxit: z ideo filij ex fornicatione idolorum nati nō ab eo sunt geniti/ cuius ab eo sumpti: z ideo posse eos abijci quādo vellet. Dicūt tū expositores hebreo ꝓ/ vt Rabbi moyses et Eleazar: q⁹ hoc qō dictū est in osee in imaginaria visione factum est ad instructionē ꝓphete/ z nō
Ad solo. II. in re ꝓfectum. z opinor q⁹ hoc sit ꝓbabile. Ad solutionē aliorum que inducitur: dicendum q⁹ satis bona est. sed bonum in genere siue malum in genere accipi debet/ nō determinatum ad speciē: quia occisio innocentis nō potest bene fieri: similiter fornicatio siue solutus cōcubitus bene fieri nō potest: nec deus potest illa pcipere pecepto executorio. Hec enim directe corrumpunt ordinem vite z hominum ad seinuicem/ z hominum ad deum. z deformitatem talem siue corruptionē conceptam habent in ipso nomine/ siue nominis ratione. Propē hoc dicunt Arist. z augustinus: q⁹ non possunt bene fieri: z delectationes que sunt fines taliū actuum/ probat Aristo. in. x. ethico. nec esse naturales ex genere: nō enim sunt animales: nec naturales z proprias ex specie: quia non sunt humane. sed esse egritudinales ex egra z corrupta natura ꝓcedentes. sicut comestio carbonū delectabilis est ei qui
I ex combusta cholera corrumptū habet appetitus.
Ad id qō in contrariū obijcitur: dicendum q⁹ ille obiectiones nō probant/ nisi q⁹ preceptum executorium nō potest fieri in eis que per se mala sunt: potest tamē fieri pecepti ꝓbationis z instructionis: vt habitū est. In illo enim voluntas precipiētis nō refertur ad actum/ sed ad aliquid circa actū qō honestum z bonū est z vtile ei cui precipitur.
Ad solonez III. aliorū. Ad solutionem quā adhuc alij inducūt: dicendum q⁹ satis ꝓbabilis est. Peruersitas eīm humani generis/ vt dicit augustinus in doctrina christiana/ est vti fruendis/ z frui vtendis. Unde omne illō qō destruit ordinem ad deum vt ad vltimū finem/ est contra naturam sēdo modo dictā. Destruit eīm ordinem obedientialē creature ad creatorem: cōtra quētā nō potest facere deus ꝗ cōtra seipsum: vt dicit Augustin⁹. Mechia autem z furtū z huiusmodi ipso nomine destruunt talem ordinē. In ipsa eīm sua ratione dicunt q⁹ sunt coniuncta malo finiti: z sic nō ordinabilia ad finem optimū. Sed si qua essent contra ordinem proximi ad proximū quibus non excluderetur ordo ad deū: in illis verum esset q⁹ dicunt. Unde vasa egyptiorum asportare ex furto z auaricia nūq̄ deus precepit: z si factum est/ pmisit eos qui laborauerunt/ quorū merces laborum detenta iniuste fuerat: z qui angariꝫ z preangari

is diu grauati fuerāt/ illos ex rebus eorum qui labores eorū abstulerant remunerari cōcessit/ etiam inuitis illis quorū erant que asportabātur. Et hoc vt dicit hieronym⁹ fecit vt vniuersalis rerum dominus/ dispensans vnicuiq⁹ qō sibi debet. Ad hoc qō contra hoc inducit: dicendum q⁹ hoc procedit de pecepto executorio/ et nō de pecepto ꝓbationis vel instructionis vt dictum est.

Queritur de signo prohibitionis. vtrum prohibitionis actus prohibitus sit volitus.

A Articu. II.

Secundo queritur de secundo signo qō est ꝓhibitio. Et queritur qd sit volitum in illo.

Argumētū

Et videt fm sententiā ꝓhibitiōis/ q⁹ actus quē ꝓhibet nō sit volitus. Illud ei non est volitū qō impatit. ꝗ actus impatit nō fieri: g videt q⁹ actus nō sit volitus. Et hoc patet cū dicit nō mechaberis: nō furtum facies: nō occides z sic de alijs. actus g ille qui ꝓhibetur videtur esse nō volitus. In contrariū hui⁹ est qō dicitur Matth. viij. a. de lepro so mūdato/ cui dixit domin⁹: vide nemini dixeris vbi dicit glosa: Tacere iussit nec tamē tacere potuit: nō q⁹ aliqd voluit z nō potuit: sed dat exemplū/ vt sui in magnis que faciūt latere velint: sed vt prosint alijs prodantur inuiti. g videtur q⁹ ꝓhibet qō nō vult dimitti/ sed vult fieri. Adhuc Marci. j. d

In Pmū ar. primū.

Argu. 2m.

vbi eadem historia ponit sic dicitur: vide nemi dixeris: sed vade ostende te pncipibus sacerdotum/ et offer pro emūdatione tua que pcepit moyses in testimonium illis. Et sequitur: At ille egressus cepit predicare z diffamare sermonem: ita vt iam nō posset manifeste introire ciuitatē. Aut ergo leprosus obediuit ꝓhibitioni dñi: aut nō. Et videtur q⁹ nō: quia nō fecit qō preceptum fuit. si autem non obediuit: transgressor fuit z mortaliter peccauit: et hoc difficile est dicere: quia sic peius precipitat⁹ esset in mente ꝗ curatus esset in corpe: qō inconueniens est dicere. Adhuc glosa dicit: q⁹ tacere non

Arg. 3m.

potuit. z si nō potuit/ tunc ei imputandum nō fuit: et sic nō peccauit. Adhuc Tobie. xij. b. dixit angelus raphael: Benedicite deū celi/ z coram omnibus viuentibꝫ confitemini illi: quia fecit vobiscum misericordiam suā. Et enim sacramentum regis abscondere bonum est: opa autem dei reuelare z confiteri honorificum ē. Ergo videt q⁹ ille q̄ opus dei in se sensit p lepre mundationē/ tenebatur reuelare z publice cōfiteri. z dominus hoc prohibuit: ergo videtur q⁹ ipse perplexus fuit ex verbis domini z ex verbis angeli. Adhuc si dicatur sicut ma

Arg. 4m.

Argu. 5m.

gister pmo sententiarum distinctiōe. xlv. q⁹ prohibuit qō tamē fieri noluit. videtur incuitabiliter sequi: q⁹ duplex fuit/ z q⁹ signū falsum fuit nō demōstrādo id qō deus voluit. Adhuc Matthei. ix. sup illud: Egressi diffamabant illum in vniuersaz regionem/ glosa dicit: Nō possunt tacere ceci memores prioris gratie. si nō possūt tacere/ z de⁹ nō precipit impossibile: tunc videtur q⁹ nō fuit voluntas dei q⁹ tacerent: z sic nō tacendo ꝓfecerunt volūtatem dei. qui autem perficit voluntatem dei trāsgressor non est: transgressor ergo nō fuit in tacēdo.

Arg. 6m.

Simile quid pōt obijci de cecis Marci. ix. z luce. 18. quib⁹ preceptum fuit vt tacerent: z ipsi magis clamabāt. Adhuc: qō ad laudem dei est/ recta volūtas vult fieri. Predicatio miraculi ad lau

Arg. 7m.

Arg. 8m.

dem est: g deus hāc cum rectissime sit voluntatis vult fieri: nō ergo vult hoc tacere. Unde Lu. xviij. g. sic dicit ceco: Respice/ fides tua saluum te fecit.

B Et cōfestim vidit: z sequebatur illum magnificās de
Sol. ar. II. um. z omnis plebs vt vidit dedit laudē deo. Solutio: dicendū q⁹ ꝓhibitio signum volūtatis diuine est: sed significat q⁹ volūtas dei sit circa oppositum eius qō prohibet. Sicut eīm de pecepto dictū ē q⁹ tripler ē. s. executorius/ ꝓbatorius/ z istructorium: ita intelligendū est de prohibitione. Prohibitio eīm executoria est: Nō occides: nō mechaberis: nō furtum facies z sic de alijs: in quib⁹ prohibetur qō per se maluz est z quo fit homo deterior: pro cuius transgressione eternaliter punit homo. Et circa hec nō est voluntas dei: nec potest esse nisi de nō faciendo/ qr illa non vult fieri: ꝗ̄ vis forte velit oppositū. Prohibitio autē ꝓbatoria fit i his in quibus maxime probatur deuotio obedientis. Probatur autē in paruis z in differentib⁹ magis ꝗ̄ in magnis. In magnis eīm ꝓhibitis signum esset: q⁹ ꝓter se vitaret illa quis/ z nō propter deuotionem z auctoritatē ꝓhibentis. Sed in paruis que non vitanē ꝓter se qī vitantur: si signum est q⁹ non vitantur nisi ꝓter auctoritatem z deuotionem ꝓhibentis. Et tale fuit preceptū primis parentibus de pomo. Et quo enim in quo nō obediuerūt: euidenti signo probatū fuit/ q⁹ nec in magno obediuisent. Prohibitio instructoria fuit q̄ facta fuit leproso Matthei. viij. z marci. j. z cecis de quib⁹ dicitur Marci. viij. d. Quanto pcipiebat eis tacere/ tāto amplius pdicabant z admirabantur dicētes: bene omnia fecit: z surdos fecit audire: z mutos loqui. In illa eīm prohibitione nō prohibetur actus ex intentōe ꝓhibentis: nisi vt ex ꝓhibitione accipiatur occasio instructionis: scz vt exemplo prohibentis sui instruantur/ vt non querant gloriam in magnis. sicut dicunt glose preinducte Matthei. viij. et Marci. j. Et ideo dicit magister pmo sententiarum distinctione. xlv. q⁹ in talibus prohibitionib⁹ prohibuit qō non voluit: voluit tamen aliquid circa hoc/ occasionarum scz ex illo: hoc est ta crantie z glorie fugam. In executorijs autem prohibitionibus semp vult actum quem prohibet non fieri: et
L voluntatem obedientis esse circa oppositum prohibiti. Et ideo egregie dixerunt antiqui magistri: q⁹ in omnibus prohibitionibus executorijs volūtas in actu interiori manet nō negata vl' prohibita: sed actus exterior qui est circa rem prohibitam/ negatur z prohibetur. Hoc enim dixerūt prepositinus z wilhelmus altisiodorensis. Aliter enim in obedientia prohibitionum nō inueniretur meritum. Unde cum dicitur: non occides/ sensus est: velis non occidere. non furaberis: velis/ siue actualem voluntatem habeas non furandi. Sed in prohibitione instructoria nō prohibetur actus propter se/ sz propter aliud ad quod intendit instruere per prohibitionem. z ideo ille cui fit prohibitio nō tenetur ad actum vitandum: nisi forte tamdiu/ quādiu nō intelligit ex inspiratione occulta vel manifesta in/
Ad arg. 6m. structionem fieri circa hoc/ z non executionē. Ad primū q̄ dōm: q⁹ in executoria ꝓhibitiōe act⁹/ ꝓhibet: z nō est volit⁹: pcipue act⁹ exterior. volit⁹ tū ē actus interior: quia ille bonus est z meritorius. et ideo oppositum prohibitionis quantum ad actū exteriorem ad quod intendit voluntas interior: fm actum volitum est in prohibitiōe. Ad aliud dicendū: q⁹ prohibitio illa instructoria fuit. Et qō glosa dicit: q⁹ tacere iussit qō taceri non potuit/ nō repugnat: sensus enim est: q⁹ taceri iussit ad vitandum inanem gloriam/ quā semper voluit in suis vitari. Uel tacere non potuit vtiliter: z ideo debuit predicari ad gloriam dei. Ad aliud dicendum: Ad 2m
q⁹ leprosus simpliciter obediuit ad intentionē prohibentis. In actu autē prohibito non obediuit nec debuit: quia circa hoc voluntatē dei sciuit nō esse: sed q⁹ vsus fuit prohibitiōe ad aliud ad qō suos instruere voluit: sicut patet in verbis angeli Tobie. 12. et Eccli. 43. d. Benedicentes dominū exaltare illum q̄tum potestis: maior enim est omni laude. Exaltantes eum replebimini virtute. Ad aliud Ad 3m
dicendum: q⁹ dictum glose intelligitur: vtiliter nō potuit/ et ideo non tacendo non peccauit. Unde Bernardus: Silentio peccat/ qui verbum salutis qō prodesse multis poterit/ indiscreto z damnabili ligat silentio. Ad aliud dicendum: q⁹ per Ad 4m
plexus non fuit. scuit enim voluntatez domini nō esse circa hoc quod prohibuit/ nisi occasionaliter: vt scilicet ex illo instrueretur. et obediuit in hoc quod D
deus intendit z voluit. Ad aliud dicendum: q⁹ Ad 5m
illud non sequitur de pcepto instructorio. Non eīm est duplicitas nisi circa idem sint voluntas z signū opposita. hoc autem non est hic. voluntas enim est circa instructionē: signuz autem ꝓhibitionis circa actum exteriorem: qui non per se vt malum ꝓhibetur/ sed per occasionem: vt dictum est. Dicunt tamen quidam z bene: q⁹ aliter est in orationib⁹ indicatiuis: z aliter in orationib⁹ optatiuis: z aliter in orationib⁹ imperatiuis. Oratio enim indicatiua fm veritatem dependet ex re quā significat. Dicit enim Aristoteles in pdicamētis: q⁹ in eo q⁹ res est vel non est/ oratio vera vel falsa est. z veritas rei est in oratione vt in signo: in mente autem dicentis est sicut in adequatione rerum z intellectū. Dicit eīm Aristoteles: q⁹ veritas est adequatio rerum z intellectū. Et ideo dicit in qnto prime phie: q⁹ veritas est in anima. Unde cum sicut dicunt plato z basilius/ sermo inuentus sit vt nobis inuicem affectus z conceptus nostros pandamus: si concipio vnum in corde/ z aliud significo/ sermone duplex sum/ z signum falsum quod profero: eo q⁹ sermo z intellectus nō sunt circa idē. Similiter in oratione optatiua: vt cum dico: vtinaz scriberes/ significatur voluntatem esse circa id quod optatur. sermo enim significat id qō optatur: z modus qui significatur in verbo significat inclinationē z affectum animi esse circa idem. Dicit enim priscianus: q⁹ modi verborum sunt inclinationes animi/ varios eius affectus circa idem de quo sermo est demonstrantes. Et ideo si opto vnum voce/ z inclinatio animi per desiderium non est ad illud/ duplex sum: quia inclinatio animi ad idem in modo non est quod significat sermo. Sed in oratione imperatiua nō est sic. Imperium enim quod significatur in modo verbi imperandi non est in re/ sed in imperante: z idcirco non oportet q⁹ in imperatiua oratione imperiū semper sit circa rem imperatam: sed potest esse circa aliquid circūstans rem imperatam volūtas imperantis: cum tamen imperiū ad aliud referatur:

Omnis enim imperãs tribus mouetur affectib⁹. Primo enim concipit ozatione indicatiua qõ imperare velit z quid. Scõo habet affectum imperãdi: qui designatur per modum verbi imperatiui. Tertio affectum z inclinationem habet ad hoc qõ intendit iperando vt fiat. Vnde patet q̃ non oportet q̃ affectus voluntatis semper sit circa hoc qõ imperatur: sed ex causa, pbationis vel instructiõis põt esse circa aliud sine duplicitate z sine signi falsitate. Ad 6m. Ad aliud iam patet solutio per predicta: quia glosa illa directe dicit q̃ ad aliud refertur imperium/z ad aliud voluntas impantis. Ad 7m. Quod obijcitur de cecis: simile illi est z similiter soluẽdũ. Ad 8m. Vltimum qõ obijcitur concedendum est. vnde dicimus: q̃ prohibitio actus non ponitur nisi per occasionem: vt scz ex ipa prohibitione locum habeat instructio.

Queritur de signo voluntatis quod est permissio.

Artic. III. Tertio queritur de signo qõ est permissio. De hoc enim dicit magister in primo sentẽtiarum distinctiõe. xlv. capitulo: permissio quoqz q̃ permissio z operatio voluntas dei appellantur, qualiter accipit Augustinus in enchiridiõ dicens: Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel sinendo vt fiat/ vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene/ etiam sinendo fieri que cunqz fiunt male: non enim hoc nisi iusto iudicio sinit z perfecto. bonũ enĩ est omne quod iustum est. Nuⁿ ar. 4 Bratia huius querit magister: vtrum mala voluntate dei fiant. primo sententiarum distinctione xlvj. ca. ideoqz cum constet. Itẽ queritscõo propter idem verbum augustini distinctione. xlvj. capitulo: q̃ autem: vtrum bonũ sit male fieri. Adhuc tertio queritin illo capitulo: hic pateri vtrum expediat mala fieri. Et hec tria oportet determinare anteqz determinetur de permissione; z tunc qrto erit de permissione querendum.

A Vtrum mala fiant voluntate dei.

Partic. I Argumẽ. I. Oprimũ obijcit magister in hunc modum a Si enim non velit deus mala fieri, sic probat augustinus in lib 20. lxxxiij. questionũ. Nullo sapiẽte auctore fit homo deterior. dicit ei: q̃ hec culpa tam magna est/ q̃ in sapientem cadere nõ potest. Est autem deus omni sapiente hoie prestantior: ergo nec in deũ cadit. ergo nec deo auctore fit homo deterior. sed idem ẽ fieri deo auctore z deo volente: ergo deo volente non fit aliquid quo homo fiat deterior. sed malis homo fit deterior: ergo deo volẽte nõ fiunt mala. Hoc argumẽtum facit magister. xlvj. distinctione capitulo: est enim idem dicere: z capitulo sequenti: multo est ei Arg. 2m prestãtior. Adhuc capitulo: deinde adducit augustinus/ obijcit ad idem sic: q̃ in deo non est causa mali: bonorum enim deus tm causa est. sed habitum est supra: q̃ voluntas dei omniuz eorũ causa est que vult. q̃ cuz non possit esse causa malorũ/ Arg. 3m voluntate dei non possunt fieri mala. Adhuc capitulo sequenti: Item aliter/ sic probat idem: scz q̃ deo volente non fiũt mala. Deus nõ est causa tendendi ad non esse: tendere enim ad non esse maluz est: deus autem auctor mali nõ est. tendit enim ad non esse qui operatur malum. non ergo deo auctore est/ q̃ quis operatur malum. z idem est deo auctore quod deo volẽte: vt pbabitum est. deo ergo volente non fit malum ab aliquo. Ad huc in eodem capitulo inducit magister augustinũ de. lxxxiij. Ar. 4m questionibus sic dicentem: Qui omniũ q̃ sunt auctor est/ z ad cuius bonitatem pertinet vt sit omne quod est: boni tm̃ causa est: quo circa auctor mali non est: z ideo ipse bonum summuz est/ a quo in nullo deficere bonum est: et malũ est deficere. non est ergo causa deficiendi/ id est tendendi ad non esse: qui vt ita dicam/ essendi causa est omnium que sunt z auctor: que in q̃tũ sunt bona sunt. Ad huc ad idem potest obijci per rationẽ: quia qõ melius est/ deo attribuendum est. melior autẽ est voluntas que ita est ad bonum q̃ nullo modo est ad malum: ergo hoc voluntati dei est attribuendum: B scz q̃ non velit mala fieri/ sed bonum. In cõtrarium huius inducit magister obiectionem sophisticam capitulo: Jam sufficienter sic: Q̃ mala fiũt/ In ꝓtrariũ arg. primũ verum est. omne aurem verum quod est/ a veritate est que deus est: ergo q̃ mala fiunt a deo est. pro bationẽ prime sumit ab augustino in libro. lxxxiij. questionuz ita dicentem: Omne verum a veritate verum est. Est autẽ veritas deⁿ: deũ ergo habet auctorem omne quod verum est. est autem verum q̃ mala fiunt vel sunt: igitur deo auctore est q̃ mala fiũt vel sunt. Hoc vltimũ soluit magister in illo capitulo: Quibus facile est respondere. Et redit solutio sua ad hoc: q̃ cum dicitur: verum est q̃ mala fiunt/ sensus est: verum est qõ dicitur ista locutione. Sed cum dicitur q̃ mala fiunt/ a deo est: infertur acsi sit de re: z ideo est mutatio predicamenti z fallacia figure dictionis. Ad idem etiã in illo capitulo: super hoc diuersi varia sentientes/ obijcit Ar. 2m. sic: Aut deus vult mala esse z fieri: aut nõ vult. Si vult ea non esse vel non fieri/ z non potest id efficere vt non sint vel non fiant: potentie eius z voluntati aliquid resistit/ z non est omnipotens: quia non potest omne quod vult: sed impotens sicut z nos sumus: quia qõ volumus quãdoqz nõ valemus. sed quia omnipotens est z in nullo impotens/ certum est non posse fieri mala vel esse nisi eo volente. quomodo enim eo inuito z nolente posset ab aliquo malum fieri: cum scriptum sit: voluntati eius quis resistit? Ad idem ibidem ab Augustino obijcitur Ar. 3m in enchiridion: Si voluerit/ necesse est fieri. sed immediata oppositio est velle fieri vel non fieri: z si vult non fieri non fiunt: fiunt autem vt videmus: ergo deus vult ea fieri. Adhuc: Augustinus in enchiridion: Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit. sed mala fiunt: ergo non fiunt nisi omnipotens Ar. 4m fieri velit. Adhuc obijcit sic: Bonum est malum esse vel fieri. alioquin summe bonus non permitteret fieri ea. Omne bonum fit deo volente: ergo Arg. 5m mala fiunt deo volẽte. Solutio: meo iudicio hec C est falsa: deus vult fieri mala. z similiter ista: mala Solo pti. II fiunt deo volente. Vnde ea que primo obijciuntur ad illam partem concedenda sunt. Tamen hoc qõ dicit Augustinus in. lxxxiij. questionibus: q̃ non est causa tendendi ad non esse/ non intelligitur de esse nature: quia quantũcunqz multiplicetur peccatum/ hoc esse non deficit: sicut dicit Dionysius: quia z in demonibus est saluatũ. Nec intelligitur

de esse gratie: hoc enim statim priuatur per quodlibet peccatum mortale: z non tendit ad non esse/ sed statim deficit: Sed intelligitur de esse nature ordinabili ad bonum gratie. de quo dicit Boetius in quarto de consolatione: q̃ esse est quod ordinez retinet seruatqz naturam. hoc enim fm̃ elongationem a bono intenditur: z per malum tendit ad nõ esse: sed nũqz finitur/ etiam si in infinitum malum multiplicetur. Et huius causa ostensa est in questione/ qualiter malum corrumpat bonum: in tractatu de bono. Similiter qõ dicit Augustinⁿ: q̃ culpa non cadit in sapientem: non intelligit de omni sapiente/ sed de illo qui sapiens est noticiam habens diuinorum cum sapore charitatis: in illũ enim non cadit mortale peccatum. Si autem de omni sapiente intelligatur: hoc est qui scit per causas altissimas z difficiles homini scire: tunc nõ. potest intelligi generaliter de culpa: sed q̃ hec culpa non cadit in sapientem/ scz q̃ volens faciat aliquid quo opus suum fiat deterius: quia eoipso quo faceret hoc volens/ esset insipiẽs. quia sicut dicit aristoteles in sexto ethicorum: sapiens in quolibet artificio est/ qui rationem scit reddere ex fine operis et totius operis z omnium principiorum ad opus. Ad arg. 1m in cõtrariũ Ad id quod magister sophistice adducit in cõtrarium: dicendus q̃ solutio magistri bona est. Et dicitur recte soluit sophisma. Cum enim dicit proponendo: q̃ omne verum veruz est a prima veritate que deus est: et ab ipso est omne verum: illa vera est tã de veritate signi q̃z de veritate rei. Cum autem assumit dicens: q̃ mala fiunt/ verum est: assumit de veritate signi tm̃. Et cum concludit dicens: ergo q̃ mala fiunt/ a deo est: cõcludit de veritate rei ex assumpta que non fuit vera nisi de veritate signi: z ideo non sequitur/ sed mutat suppositionẽ. Dicitur est in questione de veritate: q̃ in talibus veritas signi que ẽ signi rectitudo/ signato adiacet. sicut rectitudo virge adiacet hois corpori mortuo. Mala enim fieri a voluntate hominis priuationẽ ostẽdit rectitudinis voluntatis. Sed cum dicitur: q̃ mala fiunt/ verum est: veritas illa non dicit nisi rectitudinem significationis siue signi. vt dicit Anſ. q̃ actus volũtatis sub priuatione rectitudinis refertur ad verum significationis. quod predicatur D in dicto cum dicitur: mala fieri est verum. Ad Ad 2m. aliud dicendum cum magistro: q̃ non est diuisio immediata: vult fieri/ aut vult non fieri: sed mediũ est: q̃ nec vult fieri/ nec vult non fieri: sed non vult fieri: quia nec ad fieri/ nec ad non fieri est volũtas eius. Et ita soluit magister/ et bene. Velle enim z nolle: cum in nolle maneat voluntas affirmata. cũ enim dicitur/ nolo fieri: sensus est: volo non fieri. vnde volo z nolo cum idem sit affirmatum in vtroqz/ modum habent oppositionis contrarie que recipit medium. Cum autem dicitur: volo hoc fieri: non volo hoc fieri/ habent modum oppositiõis cõtradictorie: et illa non habent medium. z ideo non sequitur: si nõ vult fieri/ q̃ velit non fieri: vel q̃ no Ad 3m lit fieri. Ad aliud dicendum: q̃ inter fieri et non fieri bene est immediata oppositio: sed inter velle fieri z nolle fieri non est immediata oppositio vt dicitur est: medium enim est/ non velle fieri. Ad Ad 4m. aliud dicendum: q̃ auctoritas augustini imperfecte adducitur. Dicit enĩ: q̃ non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel iubendo vt bona/ vel sinendo vt mala. Sed iam in prehabitis dictum est/ in questione de signis in communi: q̃ voluntas dei non est circa ea que finit: sed circa aliquid quod elicitur ex illis. vnde que finit non vult fieri. Ad vl Ad 5m timum dicendum q̃ cum dicitur: bonum est mala fieri: non est bonitas que refertur ad subiectum dicti vel ad predicatum: hoc est ad accusatiuum vel infinitiuum: sed dicitur bonitas que est in ordine dei ordinantis malum ad hoc q̃ elicit inde bonũ. Et hoc patebit in sequenti particula questionis.

Vtrum bonum sit mala fieri.

B Secundo queritur: vtrum bonum sit mala fieri. Nec enim est secunda questio magistri primo sententiarum distinctione. xlvj. Partic. II capitulo: Si enĩ inquiunt. vbi inducit Augustinũ sic dicentem in enchiridion: Quãuis ea que mala sunt/ inquantum mala sunt non sint bona: tamẽ vt non solum bona/ sed etiam sint z mala bonum est. nam nisi esset hoc bonum vt essent et mala/ nullo modo esse finirẽtur ab omnipotenti deo bono: cui proculdubio q̃z facile est quod vult facere/ tam facile est quod non vult esse non sinere. hoc enim nisi credamus/ periclitatur nostra confessio: quanos in patrem omnipotẽrem credere confitemur. Argumẽ. I. Ex hoc arguit magister sic dicens: Ecce hic apertẽ habes q̃ bonum est mala esse. omnis autem boni deus auctor est: qui vult omne bonum esse qõ est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse: deus vult mala fieri vel esse. Adhuc ad idem Boetⁿ Arg. 2m arguit in quarto de consolatiõe: Sola diuina vis est cui queqz mala bona sunt. z si mala bona sunt/ bonuz est mala esse vel fieri. Adhuc fortius obij Arg. 3m. citur per illud Apocalⁿ. vltimo c. Qui nocet/ nocet adhuc: z qui in sordibus/ sordescat adhuc: glosa ibidem: Dictum est iohanni vt non cesset prophetare: quãuis ad propheriam eius minime corrigãtur. quia iustum est vt qui in sordibus est sordescat adhuc. quia qõ iustum est fieri/ bonum est fieri. sordescere autẽ non possunt nisi per mala que faciũt: ergo videtur q̃ bonum est q̃ mala illa fiant/ z q̃ illi mali hec faciant quibus sordescant. Ex hoc accipitur: q̃ non tantũ bonum est mala fieri vel esse: sz etiam q̃ bonum est mala facere. z cum in malo sit malicia: videtur sequi vlterius/ q̃ bonum sit malicia fieri vel esse. Adhuc: Omis pena est iusta. Argu. 4m. omne peccatum post primum peccatum perpetratum pena est: ergo omne secundum peccatum iustum est. quod autem iustum est/ bonum est: ergo ad minus secundũ peccatum fieri z esse bonũ est. Prima patet. Secũda probatur per hoc Romanoⁿ. j. glosa super illud: tradidit illos deⁿ: Inter primam apostasiam z vltimam penã gehenne media peccata/ culpa/ z pene sunt. Ad idem Bregorius in moralibⁿ: Peruerse menti ipsa sua culpa fit pena. Hoc idem dicit Augustinus in lib 20 confessio. Jussisti domine z sic est: vt pena sua sibi sit omnis inordinatus actus z animus. B In contrariũ arg. primum In contrariũ est: q̃ oppositum de opposito non predicatur/ sed ab ipso remouetur. constat autem q̃ malu z est

malum fieri ⁊ esse: ergo malum fieri ⁊ esse non est
Arg.2m. bonum. Adhuc cum dicitur/ bonū est mala fieri: queritur in quo sit bonitas illa. Si in malo: tūc forma boni et priuatio qua dicitur malum/ erunt in eodem: ⁊ sic idem erit bonum ⁊ malum: quod ē impossibile. Si dicitur ꝙ est respectu malicie: tunc sequitur ꝙ malum in quantum est malum/ est bo-
Sol. pr. II. num: quod est impossibile. Solutio: dicendum ꝙ meo iudicio omnes iste false sūt simpliciter: Bonum est mala fieri: bonum est mala esse: Justuz est mala fieri: iustum est mala esse. fm quid tamen aliquid veritatis habent. Est enim aliquid bonū simpliciter ⁊ absolute: ⁊ aliquid bonum alicui ⁊ ad aliquid. Mala fieri/ ⁊ mala esse absolute malum est: sed alicui ⁊ ad aliquid habet rationem boni quod est vtile. vt verbi gratia: Malū decij vtile fuit laurentio/ vt eminentius probaretur virt⁹ eius. Similiter ei qui repidus fuit in cultu dei: vtilis fuit casus ad hoc/ ꝙ sibi indignaretur ⁊ fortior resurgeret. Baruch. iiij. f. Sicut enim fuit sensus vester
Ad arg. Im vt erraretis a deo: decies tantū iterum conuertēres requiretis eum. Ad primum ergo dicendū: ꝙ augustinus intelligit de bono ordinis/ ⁊ non de bono absolute: quia scilicet est alicui ⁊ ad aliquid bonum. ⁊ hoc vult deus: ⁊ qui sic ordinat maluz vt aliquid bonum eliciatur ex ipso. Sicut etiam ifabula de pheronte dicit Ouidius: Aliquisq; mali vsus fuit in illo. Si autem sic arguatur: est alicui et ad aliquid bonum: ergo est bonum. incidit falla-
Ad 2m. cia fm quid ad simpliciter. procedit enim ab eo qō est fm quid ad simpliciter. Ad aliud dicendum ꝙ diuina vis est/ cui nihil maluz est: quia sicut ibi dem dicit Boetius: diuina vis etiam ex malo eli-
C cit bonum. ex hoc tamen non sequitur: ꝙ malum
Ad 3m. sit bonum. Ad aliud dicendū: ꝙ nullo modo est simpliciter iustum/ vt qui in sordibus est sordescat adhuc: Nullus enim ordo debiti requirit/ ꝙ sordibus plus sordescat. sed in dicto illo notatur ordo debiti ⁊ iusti ad consequens penam sordidi: Iustum est enim vt sordibus derelinquatur a deo per subtractionem gratie: ⁊ sic derelictus ruat de peccato in peccatum/ cum non detineatur: ⁊ pondere proprie corruptionis qua sordet/ sic de peccato in peccatum impellatur. sicut dicit Gregor⁹: Peccatum quod per penitentiam citius non deletur/ suo pondere ad aliud trahit. humana enim fragilitas corrupta peccato nisi deo contineatur/ continue tendit in peius. sicut dicit Esa. xxxj. b. Subtrahet dominus manum suam ⁊ corruet auxiliator: ⁊ cadet simul is cui prestatur auxilius. Et hinc est quod dicitur in Ps. xxxvij. Sicut onus graue grauate sūt super me. Et Esaie. lviij. b. Solue fasciculos deprimentes. ⁊ ideo Zacharie quarto iniquitas dicitur sedere super talentum plumbi. Unde sensus est: Sordescat adhuc: hoc est iustum est vt derelinquatur a deo: et sic derelictus pondere proprie iniquitatis adhuc sordescat. Et sic ordo iusti non notatur inter sordidum esse/ et sordescere/ nisi per accidens ⁊ ex consequenti: sed ordo iusticie notatur inter sordidum ⁊ derelictum a deo: quo facto sordescit adhuc. Et ex hoc non sequitur/ ꝙ bonum sit sordescere adhuc/ vel iustum: sed potius ꝙ malum sit ⁊ iniustum. Quia quod ex malo oritur et malum ⁊ iniustum est. Sordescere autem adhuc ex malo oritur. oritur enim ex pondere preteritarum sordium: vt dictum est/ ⁊ non ex derelictione dei nisi per accidens. Ad aliud dicendum: Ad 4m.
ꝙ peccatum in quantum peccatum/ vel in quantum fit vel culpa est: non est pena: sed in quantum ordinatur ab omnipotenti deo ad bonum aliqō: vt dicit Augustinus: vt scz sit contrarium nature bone/ ⁊ puniat ipsaz. sic pena est et bonum fm qd. sic enim corrumpit bonum nature/ ⁊ pondere proprio deprimit ad aliud peccatum: vel priuando ad iurorium gratie quo teneatur homo in bono: vel inducendo malam dispositionē in anima qua pronus fit quis ⁊ disponatur ad malum. Ita loquuntur sancti in auctoritatibus inductis. Et ex hocnō sequitur: ꝙ simpliciter sit bonum mala fieri/ vel esse. Et si hoc modo fm quid dicunt sancti/ ꝙ bonuz est mala fieri: nullus tamen vnq̄z dixit/ ꝙ hoc modo bonuz sit mala facere. licet enim actiua inferat passiuam/ ⁊ econuerso: tamen cum adiuncta passiua non infert actiuam. quia aliquid accidit passiue quod non accidit actiue. Unde licet sequatur: mala que fiunt ab isto/ facit iste: tamen non sequitur: mala que fiunt ab isto/ bonuz est fieri: ergo bonum est istum facere malum. passiua enim subiacet ordini/ quo ordine bonum elicitur ex malis factis: Actiua autez nulli ordini supponitur. nullus enim ordo exigit facere mala: Sic etiam non potest dici: ꝙ bonum est fieri maliciam. cum enim dicitur malum/ denominatiue ponitur subiectum mali quod ordinabile est in bonum: cum autez dicitur malicia/ non ponitur nisi malū deformitas que nullo modo ordinabilis est. Ad id quod p-
primo obijcitur in contrarium: dicendum ꝙ pro- Ad arg. Im in cōtrariū
cedit. Ad aliud quod querit/ in quo sit bonitas Ad 2m
illa que significatur cum dicitur: bonum est mala fieri: dicendum ꝙ nec in subiecto mali: nec in respectu malicie. sicut bene probatur obijcien do: sed est in ordine mali ad bonum/ ⁊ est ordinis bonum: et hoc vt dictum est/ est bonum alicui ⁊ ad aliquid et fm quid: vt dictum est.

Utrum expediat mala fieri.

A
Tertio querit magister in illo capitulo: Parti. III.
t hinc patet: vtrum expediat mala fieri.
Et videtur ꝙ sic. quod enim vniuersi/ Argumē. I
tati valet/ et facienti valet/ et patienti valet: expedit fieri. mala fieri vniuersitati valet/ facienti valet: ergo mala expedit fieri. Probatio p-
mi: Qō in vniuerso bona magis placere facit ⁊ laudabiliora existere/ hoc valet vniuersitati. vniuersitati mala que fiunt in vniuerso bona magis placere faciunt et laudabiliora: ergo mala que fiunt valent vniuersitati. et hoc est verbum Augustini. I
Probatio secundi: Ex quocunq̄z bona proueniunt facientī/ valet facienti. ex malo quod facit aliquis bonum proueniet facienti: ergo valet illi. Prima per se patet. Probatio secunde. Augustinus in libro de correptione ⁊ gratia: Usqzadeo deus omnia cooperatur in bonum his qui fm propositum vocati sunt sancti: vt si qui eorum deuiant ⁊ exorbitant/ etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt atq̄z doctiores. vt petrus. Adhuc Augustinus in eodem: Audeo dicere superbis vtile esse incidere in aliquod apertum peccatum: vt iam sibi displiceant qui sibi placendo ceciderunt. salubrius enim displicuit sibi petrus quando fleuit/ q̄z sibi placuit quando presumpsit. Adhuc Damascenus: Conceditur quis in nephariā incidere operationem: vt elatus viribus proprijs/ in adulterium casus humilietur. Cum ergo quo aliquis humilietur vtile sit ei: ⁊ malo qō facit humiliatur: ergo malum quod facit vtile est
III ei. Probatio tertij: Quicquid patienti valet ad demenda peccata/ vel ad exercendam probandāq̄z virtutem siue iusticiam: vel demonstrandam huius vite miseriam/ expedit ⁊ est vtile patienti. Mala que inferuntur alicui valent ad ista que dicta sunt: ergo mala que fiunt expediunt facienti. Prima per se patet. Probatio secunde. Augustinus in libro de trinitate: Mala que ab iniquis fideles pie perferunt: ipsis vriq̄z prosunt vel ad demenda peccata/ vel ad exercendam probandamq̄z virtutem siue iusticiam: vel ad demonstrandam huius vite miseriam. Adhuc origenes super illud Numeri vicesimosecūdo: Uenit dominus ad Balaā: Notandum diuina sapientia omnia disposita esse: ita vt nihil sit ociosum malum vel bonum. maliciam tamen non fecit: quā cum alijs inuentam prohibere posset/ nō prohibet. vtitur eiū ea ad causas necessarias. per ipsos enim malos in quibus est malicia/ probat eos qui ad gloriam tendunt. Si enim perimeretur malicia: non esset qui contradiceret virtutibus. virtus autem si contrarium non habe-
B ret/ non clarescereret. In contrarium huius est:
In cōtrariū arg. primū ꝙ sicut dicit Augustinus in enchiridion: Malum non est nisi quod nocet. sed quicquid nocet fieri nō
Arg. 2m expedit: ergo fieri malum non expedit. Adhuc: Augustinus in libro octogintatriū questionum: Malum est corruptio/ speciei/ modi ⁊ ordinis. sed corruptio boni fieri non expedit: ergo malum fieri non expedit. Solutio: dicendū ꝙ prebabitum
Solutio p-ticule. III. est ꝙ malum fieri absolute nec bonum est/ nec vtile/ nec expediens fm se: sed malum et inutile ⁊ nocens. fm quid autem/ hoc est alicui ⁊ ad aliquid nō causaliter/ sed occasionaliter ex ordinatione prouidentie mala fieri est bonum et vtile ⁊ expediens/ ⁊ vniuersitati ⁊ facienti ⁊ patienti. Et ita procedūt obiectiones ad tria prima adducte. Et hoc est qō dicit Magister soluens hanc questionem in illo capitulo: Si quis igitur. Et sic patet qualiter vniuersitati patienti ⁊ facienti valet per bonum elicitum ex malis/ ⁊ non fm se. Et sic loquuntur auctoritates inducte Augustini/ Origenis/ ⁊ Damasceni. Ad id quod obijcitur in contrarium: dicen-
Ad arg. Im in cōtrariū. dum ꝙ malum nō nocet bono vniuersali/ quod est bonum ordinis: sed nocet bono particulari in eo qui facit malum: quia corrumpit bonum nature quod est ordinabile ad bonum gratie. vt in prehabitis dictū est/ in tractatu scilicet de bono ⁊ malo: questione/ An malum vniuersaliter sit corruptio boni: ⁊ questione de ordinabilitate mali. Ad Ad 2m
aliud dicendum: ꝙ malum non est corruptio mo/ speciei/ ⁊ ordinis boni vniuersalis/ sed particularis: vt dictum est. Et propter illud dicitur: ꝙ expedit mala fieri. Et est simile Matthei decimoctauo. a. Necesse est vt veniant scandala. Et prime ad Corinth. vn decimo: Oportet hereses esse: vt hi qui probati sunt/ manifesti fiant in nobis. Hoc enim non dicitur ideo/ ꝙ oporet scandala ⁊ hereses esse simpliciter: hoc enim simpliciter malum est ⁊ nocuum. sed dicitur propter bona que eliciuntur ex eis ex ordine prouidentie diuine.

Utrum permissio sit signum voluntatis diuine.

A
Quarto queritur de signo quod est permis- Parti. IIII
q sio. Uideur enim hoc signum non esse si- Arg. primū
gnum voluntatis diuine. dictum est enim: ꝙ deus non vult mala esse vel fieri: sed omne malum signum est voluntatis beneplaciti: Cum ergo voluntas beneplaciti nullo modo sit mali/ et permissio semper mali: non erit permissio signum vo-
luntatis beneplaciti. Adhuc regi optime regen- Ar. 2m
ti conuenit non permittere mala esse in regno suo/ si prohibere potest vel impedire. Sed deus optimus rex est ⁊ omnipotens/ potens impedire mala ne fiant: ergo videtur ꝙ non conueniat in regno
suo non permittere mala fieri. Adhuc optimus Ar. 3m
rex non permittit in regno suo fieri per quod regnū dissoluatur. sed permissione malozum regnum dissoluitur. Permissio enim dat licentiam peccandi. ergo cum deus sit optimus rex/ non conuenit ei permittere mala fieri. Maior patz per se: Minor scribitur Hester tertio. c. Optime nosti/ ꝙ non expedit regno tuo ꝙ insolescat per licentiam. videtur ergo ꝙ deus mala nō debet permittere. Adhuc Ar. 4m
optimi regis est subdito non permittere que sunt contra iusticiam et beneficentiam. mala contra iusticiam ⁊ beneficentiam sunt: ergo optimi regis est non permittere mala. Prima patet. Secunda scribitur secundi Mach. sexto. c. Non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere/ sed statim vltionem adhibere extremi beneficij iudicium
est. Adhuc Rom. secundo super illud: Qui ta- Arg. 5m
lia agunt digni sunt morte: ⁊ non solum qui faciūt/ sed qui consentiunt facientibus. Glosa: Consentire est tacere cum possis arguere. Si ergo deus cū mala fiunt permittēdo tacet: videtur ꝙ consentir. sed consentire in malum deus non potest: ergo tacere mala permittendo non potest. ergo permissio
non est signum voluntatis diuine. Adhuc: Au- Arg. 6m
gustinus in decimosexto de ciuitate dei: Sicut nō est beneficentie vt bonum maius dimittatur ita non est innocētie parcendo sinere fieri malū minus ne in grauius incidatur malū. Ex hoc accipit: ꝙ lex

B voluntatis diuine si mala fieri permittit/non est
Ar.7m lex innocentie: quod absurdum est. Adhuc Augustinus ibidem: Pertinet ad innocentis officium: non solum nemini malum inferre/sed etiam malum cohibere. Cum ergo voluntas sit regula eorum que fiunt: si non cohibendo permittit mala/non erit innocēs. hoc autem absurdum: ergo non
Argu. 8m. pmittit mala fieri. Adhuc: Sume iusticie est nihil pmittere fieri contra iusticiā. mala autē fiūt contra iusticiā. Cum enim sit triplex iusticia: scz equitatis, iusticia illa nō fiunt mala: quia mala iniquitas sunt. Et est iusticia decētie diuine bonitatis vt dicit Anselmus. contra illam iusticiam iterum fiunt mala: non enim faciunt ad decorem diuine bonitatis. Et tertia iusticia est retributio pro meritis. z illa iusticia iterum non fiunt mala: quia malus mala faciendo nō meretur vt sibi permittatur mala facere. ergo videtur q nulla iusticia fiunt mala:
Arg. 9m z ergo permitti non debent. Adhuc: Sapientissimi iudicis vel regis non est permittere aliquid cōtra rationē pulchri z boni regni sui/z cōtra ordinē regni. malum est corruptio modi/speciei/z ordinis/pulchri z boni z ordinati in regno dei: ergo sa-
Ar. 10m pientissimi non est permittere mala fieri. Adhuc Qō in nulla diuisione boni cadit/z cum nullo bono conuenit/nō est permittere sume bonitatis. malum in nulla diuisione boni cadit: nec cum aliquo bono conuenit: ergo summe bonitati non cōuenit
In ꝓtrariū permittere mala fieri. In contrarium huius est
arg. primū qō dicit augustinus in libro de natura boni: Sicut nos continendo vocem decēter interponimus in loquendo silentiū: ita z multo magis deus quarundam rerum priuationes decenter esse facit in vniuersitate sicut rerum omnium perfectus artifex. ergo malum interpositum vniuersitati ad decorem facit vniuersitatis. Sed quecūqz ad decorē vniuersitatis faciunt/permitti debent ab vniuersitatis gubernatore: ergo mala fieri debet permitti
Arg. 2m a deo. Adhuc glosa super illud ps. Deus meus in te sperauit: Qui videt merita animarum sic ordinari a deo/vt pulchritudo vniuersitatis ex nulla sua parte violetur: in omnibus laudat deum: distinguēs aliud deum fecisse z ordinasse/scilicet bonum: aliud vo non fecisse/sed ordinasse: scz malum, sed omne ordinatum debet permitti: ergo malum
Ar. 3m debet permitti. Adhuc Job. 12. a. abundant tabernacula predonum: ibi gregorius. Omnipotēs deus quod iuste fieri prohibet/iustum est vt fieri sinat. quicquid autem iustum est sinere/permittit deus. malum iustum est sinere: ergo malum per-
Ar. 4m mittit deus. Adhuc detur q deus non permittat mala fieri: cum ergo homo z angelus sint liberi arbitrij/de libertate nature habent q possunt bonum z malum eligere. Aut ergo deus impedit legem istam z libertatem: aut non. Si non impedit: permittit facere mala si volunt. Si autem impedit non permittendo: tunc destruit legem quam ipe creature indidit: z sic preuaricator est. Bal. 2. d
Ar. 5m Si ea que destruit bis iterum reedifico/preuaricatorem me constituo. Adhuc impediens malum z non permittens ipsum fieri/necessitatem ponit ad bonum. Sed bonum necessitate factum non est meritorium: ergo non permittens malum a bono tollit meritum. sed hoc non debet fieri a sapientissimo gubernatore: ergo debet permittere mala.

C Solo particule. IIII

Solutio: prenotandum est quod dicit Augustinus in secundo libro contra faustum sic: Ad naturalem iusticie ordinem pertinet/vt aut peccata nō fiant: aut impunita esse non valeant. quod liberorum fit/naturalis ordo seruatur: z si non ab anima/certe a deo. Dicendum ergo q permissio debet esse in signis voluntatis diuine. Ad primum Ad arg. 1m
quod contra hoc obijcitur: dicendum q quando dicitur: deus non vult mala fieri: intelligitur hoc de his que sunt directe subiecta voluntati diuine/vt volita: z non de his in quibus voluntas diuina
Ad 10m est circa aliquid istorum quod ex ipsis elicitur. Et hoc modo permissio signum est voluntatis diuine. significat enim voluntatem diuinam esse circa aliquid quod elicitur ex malis/quod aut vniuersitati congruit/aut facienti/aut patienti: vt paulo ante dictum est. Ad aliud dicendum: q sicut Ad 2m
dicitur in auctoritate preinducta contra faustum: Non est regis omnipotentis impedire ne mala fiant: sed aut impedire/aut impunita non relinquere: aut non redarguta. Ps. 49. Arguam te z statuam contra faciem tuam. Et sic facit omnipotēs deus: quia vel per stimulum conscientie redarguit statim Job. 1. c. Euasi ego solus vt nunciarem tibi Esaie vltimo. g. Vermis eorum non morietur. Et etiam sacra/vel hic/vel in futuro punit. Impediendo autem libertatem arbitrij z rationem meritis tol
leret. Ad aliud dicendum: q hoc procederet si Ad 3m
deus mala non redargueret: nec puniret. sed redarguendo z puniendo impedit insolentiam/z non tollit libertatem. Ad aliud dicendum: q in ipsa Ad 4m
auctoritate patet solutio cum dicit: statim vltionē adhibere. Cum enim permissio est cum redarguitione z vltione: non tollitur beneficentia: sicut nec tollitur iusticia que est retributio p meritis. Ad Ad 5m
aliud dicendum: q deus non tacet: redarguit enim z adhibet vltionem. Ad aliud dicendum: q hoc Ad 6m
procederet/si sine redarguitione z vltione permitteret. Ad aliud dicendum: q hoc iterum procederet/si nullo modo cohibendo fieri permitteret. Ad 7m
sed hoc non est verum: quia redarguit z vltionem adhibuit: redarguendo eni prohibet: z vlciscendo D
cohibet. Ad aliud dicendum: q mala fieri contra iusticiam non est. sed mala facta impunita re- Ad 8m
linquere esset contra iusticiam. hoc enim est de iusticia que est decentia diuine bonitatis/q legem libertatis nature rationabili inditam ab ipso/nec impediat/nec destruat/nec rationem meriti tollat. z hec est iusticia generalis qua regitur omnis creatura. Peccatum autem non est nisi contra iusticiam particularem: que est congruentia legum. sm q dicit Augustinus: q peccatum est dictum/vel factum/vel concupitum contra legem dei. Ad
aliud dicendum: q obiectio supponit falsum. est enim Ad 9m
malum fieri in diuisione boni: vt dicit magister in primo sententiarum distinctione quadragesima sexta capitulo: Est enim aliquid. Ubi ponit quadripertitam diuisionem boni: z in quarto membro dicit: q est bonum quod nec in se bonum est et facientē damnat: valet tm ad aliqd. Et inducit augustinū in enchiri. sic dicentē: A sume z equaliter z

immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia: nec summe nec equaliter nec ismutabiliter bona/sed tamen bona etiā singula: simul vero vniuersa valde bona. quia ex omnib⁹ consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo: in qua etiā illud qō male dicit bene ordinatū in suo loco positum eminētius cōmendat bona: vt magis placeant z laudabiliora sint dū cōparant malis. Nec malū est corruptio boni vniuersalis/sed particularis: vt in an
Ad 10m rebabitis dictum est. Et ꝑ hoc patet solutio ad sequens: quia malū fieri habet quandā rationez boni z ponit in diuisione boni. Unde hieronym⁹ sup marcū: Malū iude bonū nobis fuit. Dia que in contrariū obijciunt concedenda sunt: quia ꝑbant pmissionē fiei sm ordinē iusticie generalis.

Remittit querēda quedā de cōsilio.

Uod de cōsilio querendū esset q̄tum ad
q positā intentionē: vtrū scz consiliū in deo sit/satis determinatū est in q̄stione de signis in cōmuni. Ibi enī dictū est qualiter consiliū cōuenit deo: z q est de melioribⁿ bonis q̄ sint necessaria ad salutē. z hoc sufficit ad psens. De consilij enī immutabilitate querendū est in tractatu de ꝑheria. De consilio autē sm q est donū spūsancti/q̄rendū erit in tractatu de donis. Relinquit ergo querendū de impletione.

Queritur de signo voluntatis quod est impletio siue operatio.

Arti. IIII. Ei nde querit de hoc signo qō est imple-
o tio/siue opatio. Et de hoc querunt duo.

Hui⁹ articuli due sūt particule. Primo scz si voluntas dei inuicta z semp efficax sit in omni ope suo. Secūdo vtrū in omni ope dei sit misericordia z veritas.

Utrum voluntas dei semp efficax sit in omni opere suo.

A Particl'a. I. Arg. 1m
a Oprimū obijcit magister ꝑmo sententia ꝑ distinctione. 47. capto: voluntas quippe/sic: Aug⁹. in libro de libero arbitrio: Nihil in libero arbitrio constitutū superat voluntatem dei. z si faciat contra voluntatē eius: tamē contra voluntatē eius q̄ ipse est nihil putandū est ita fieri/tanq̄ velit fieri z non fiat: vel nolit fieri z
Arg. 2m fiat. Adhuc aug⁹ in enchiridion: z inducit ibidē a magistro: Uoluntas dei semp impleť/aut de nobis/aut a nobis. De nobis impleť: sed tamen non implemus eā quando peccam⁹. A nobis impleť
Arg. 3m cū bonū facim⁹/quia scim⁹ deo placere. Adhuc ibidem aug⁹: Nihil homo facit de quo nō operet deus quod vult. Non enī vult deus vt peccet homo quilibet. si autē peccauerit/penitenti vult parcere vt viuat. In peccatis vero pseuerantē punire vt iusticie potentia contumax uō euadat. ergo de
Arg. 4m peccatoribⁿ impleť voluntas dei. Adhuc ibidē augustin⁹: Hoc quippe ipso q contra voluntatē eius fecerunt/homo scz/z angelus: de ipis facta ē voluntas eius. ꝓterea nāq̄ magna opera dñi exquisita in omnes volūtates eius: vt miro z ineffabili modo nō fiat ꝑter eius voluntatē illud etiam quod fit contra eius voluntatē. quia non fieret si non sineret: nec vtiqz nolens sinit/sed volens: nec sineret bon⁹ fieri male/nisi omnipotens z de malo posset facere bene. In contrariū huius est. q
In ꝓtrariū Arg. 1m contrarie voluntates sunt que sunt de cōtrarijs. voluntas dei de bono est: voluntas hominis vel demonis mala de malo est. z videm⁹ sepe q completur hominis voluntas mala/et dei voluntas bona nō complet: ergo videť aliquid fieri quō impediatur dei volūtas. Adhuc: constat q deus Arg. 2m
qui omne bonū vult/vult istum castitatē seruare z alias virtutes: z iste efficitur incastus et malus: ergo cassatur dei voluntas. Adhuc videť oppo Arg. 3m
sitio esse in verbis augustini. Dicit enī q id qō contra voluntatē eius fit/nō preter voluntatē ei⁹ fit.

Adhuc in pinducta auctoritate dicit augustin⁹ Arg. 4m
parū infra: q per eandē creature voluntatez quafactū est quod creator nō voluit: factum est qō impleret ipse qō voluit: bene etiā vtens malis tanq̄ summe bon⁹/ad eo ꝓ damnationē quos iuste predestinauit ad penā: z ad eo ꝓ salutē quos benigne pdestinauit ad gratiam. Hoc enī videtur esse contrariū superius determinatis: vbi dictū est/q predestinatio saluandoꝝ est: hic autem dicit q pdesti B
nauit quosdā ad penā. Ulterius querit de hoc I. q̄stio incidens
quod dicit in illo capitulo distinctione. 47. multa enī fiunt. vbi inducit augustinū sup illū locum ps. 16. Ut nō loquat os meū opera hominū/sic: Opera hominū dicit ea que sunt mala: que preter dei voluntatē fiunt/que ipse est: sed non ꝑter eius permissionē/que ipse non est: Ex hoc enī accipit: q cōtra pceptū z contra consiliū z contra prohibitionem multa fiunt: contra pmissionē autem z impletionē nihil: queritur vnde hoc. Ulteri⁹ que- II. questio incidens
ritur de verbo gregorij quod ibidē inducit: Multi voluntatē dei pagunt dū mutare contendunt: z consilio eius resistentes obsequunt/quia hic ei⁹ dispositioni militat qō per humanū studiū resultat. Hic enī videtur esse repugnantia verboꝝ scz q mutando voluntatē z resultando impleat voluntas. Solutio: dicendū q semper impleť vo Solo particule. I.
luntas dei eterna/que dicit voluntas beneplacити. Et causa est: quia illa est cū prouidentia z dispositione z pdeterminatione voliti. voluntas autem signi non semper impletur: maxime signi quod est
preceptū/z signi quod est prohibitio. Auctori- Ad argum̄ ta
tates ergo augustini primo inducte intelligūtur sic: q ab eterno preuidit deus qui seruaturi sint precepta deuote obediendo: z illis voluntate premiandi ꝑparauit gloriā. ꝑuidit etiam qui z quales contumaciter preceptis nō sint obedituri: et illis voluntate vlciscendi ꝑparauit penam. z de his est vltima volūtas eius quā euadere nō possunt: z que ab eterno determinata est ad hoc volitum. Et de hoc anselm⁹ in libro/cur deus homo/pulchrum dat exemplum. Si aliquis dicat: nolo esse sub celo: eo ipso oportebit eum esse sub celo: quia vnde fugit ne sit sub celo/eo ipso et qua transit et quo vadit totū sub celo est. Ita est q voluntas dei omnia complectitur: z qui recedit a voluntate preceptionis vel prohibitionis vel consilij/incidit voluntatem permissionis vel impletionis vel ordinationis: qua ordinatur pena contra culpam/et pmiū ad meritū. vnde ps. cēresimo rricesimo octauo: Quo ibo a spiritu tuo: z q̄a facie tua fugiā: Si ascendero in celum/tu illic es: si descendero ad infernum/ades. Si sumpsero pennas meas diluculo/z habitauero in extremis maris: illuc manus tua deducet me/et tenebit me dextera tua.

E Ad arg.1m in ꝓtrariũ

Ad id qõ obijcit in cõtrariũ ꝑmio: dicendũ ꝙ dei volũtas/ꝛ bois volũtas nõ ꝓprie sunt ꝓprie. qꝛ cõtraria nata sunt fieri circa idẽ: dei aũt volũtas nõ est de malo: sed sicut habitũ ē deꝰ volũtate bñplaciti nõ vult mala nõ fieri/sed voluntate signi tm: sed volũtate bñplaciti vult penitentib̃ parcere: finalit̃ autẽ ipenitentib̃ penas infligere. ꝛ sic patet ꝙ malis boim voluntatib̃ nihil fit ꝑ volũtatẽ beneplaciti q̃ minꝰ impleat̃. Ad aliud dõm: ꝙ deꝰ nõ vult istum castitate seruare/nisi volũtate signi. vñ illa obiectio ꝓcedit ex falso. Ad aliud dõm: ꝙ in verbis augustini nõ ē oppositio: ꝛ nõ referũt ad idẽ, nõ em̃ sunt opposita: aliq̃d fieri ꝑter voluntatẽ ꝓcepti vel ꝑ voluntatẽ ꝓhibitionis vel ꝓsilij ꝛ nõ fieri ꝑter volũtatẽ bñplaciti vel ꝑmissionis. In malis em̃ q̃ fiũt: sicut paulo in antehabitis dictũ est/q̃stione de ꝑmissione: nõ vult deꝰ hoc qõ fit sed aliud vult circa illud qõ, ꝓprie subiectũ ē volũtati bñplaciti, ꝛ hoc nec ipediri nec cassari põt, et hoc est ordinãte iusticia ꝑmiare bonos/et punire malos. Per hoc patet solutio ad sequẽs. Eternã em̃ suã volũtatẽ ꝓficit deꝰ ordine iusticie: benevtens malis cõdẽnando eos ad penas q̃s meruerunt. Et ad id qõ obijcit̃ in ꝓtiũ de ꝑdestinatione dãnando ꝓ: dicẽdũ ꝙ ꝑdestinatio ibi sumit̃ large respectu finis ꝑdestinationis: scz ꝓ pene ꝓparatione, illã em̃ causaliter ꝓparat malis. Ad id qõ vlteriꝰ querit̃: dõm ꝙ causa ꝙ nihil põt fieri ꝓtra ꝑmissionẽ ꝛ ipletionẽ hec ē: ꝙ ꝑmissio ꝛ ipletio ponũt id qõ ꝑmittit̃ ꝛ impleat̃ in esse. Qõ autẽ in esse est: vel fit/vel factũ ē. Si factũ ē: nõ põt nõ esse, ꝛ si fit: nõ põt nõ fieri: qꝛ aliter ꝑ dictoꝛia verificarent̃ de eodẽ. Et iõ nihil põt fieri ꝑ ꝑmissionẽ ꝛ ipletionẽ. Preceptũ aũt ꝛ ꝓhibitio sunt ante fieri ꝛ ante factũ esse: dũ fieri ꝛ factũ esse adhuc sunt in potentia: ꝛ ideo ipediri põt ne ꝓgrediant̃ in actũ, ꝛ ideo ꝑ ꝓceptũ/ꝓhibitionẽ ꝛ cõsiliũ põt aliq̃d fieri: ꝓtra ipletionẽ vero ꝛ ꝑmissionẽ nihil, qꝛ si bonũ est qõ fit: nõ fit nisi deo opante ꝛ nobis ipletẽ, Esa.26.c. oia opa nra in nobis opaꝰ es dñe. Job.14.f. Sine me nihil potestis facere. Si aũt mala sunt que fiũt: nõ põt fieri sine ꝑmissione volũtaria: qꝛ si vellet nõ fieri/nõ possent fieri. Ad dictũ gregorij dicendũ: ꝙ nulla ꝓrietas ē, qꝛ reluctatio ꝛ mutatio dicunt̃ esse ꝑ voluntatẽ ꝓcepti ꝛ ꝓhibitionis: militia vero q̃ militat volũtati dei/dicit̃ esse respectu vltime volũtatis bñplaciti: q̃ est in ꝑmiãdo/vel in puniẽdo, ꝛ sicut ad ꝑmiũ militat iustꝰ bñfaciẽdo: ita ad dãnationẽ male faciẽdo militat pctõꝛ.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

D Ad, 1. qõem incidentẽ

Vtrum in omni opere dei sit misericordia et veritas.

A Parti. II.

Secundo querit̃: Vtrũ in omni ope dei sit misericordia ꝛ veritas sicut in ps. 118. dꝛ vniuerse vie dñi misericordia ꝛ veritas. Et qꝛ multa sunt opa dei: creatiõis scz/ꝛ recreationis et retributionis. Et illud ē multiplex: Est em̃ retributio q̃ retribuunt̃ bona bonis/ꝛ mala malis: et verũq; tpaliter ꝛ eternalit̃. Querit̃ q̃ de oib̃ his q̃liter misericordia ꝛ veritas/siue iusticia sit ī oib̃ his.

Arg.1m

In ope em̃ creationis nec iusticia videt̃ esse/nec misericordia, nõ em̃ ibi est iusticia q̃ sit retributio ꝓ meritis: qꝛ ante creationẽ nullũ meritũ ē. Nec põt ibi esse iusticia q̃ sit ipletio ꝓmissoꝝ, nihil em̃ ꝑmissus fuit de ℔: nec erat cui, ꝑmitteret̃ aũ creationẽ. Nec põt esse misericordia: qꝛ misericordia est respectu miserie: vt dicit Gregorius. nõ ens aũt simplr nõ ponit miseriã, cũ ergo creatio sit ex simplr nõ ente/in ipsa non est miseria: ergo nec misericordia. Silr in ope recreationis nõ videnꝰ esse hec duo, Titũ. iij. b. Nõ ex opibus iusticie q̃ fecimꝰ nos/sed ꝑm suã misericordiã saluos nos fecit. Adhuc: gentib̃ per opus incarnationis subuentũ est: ꝛ nulla fuit iusticia: qꝛ nec ꝑmissũ gentib̃, q̃ videt̃ ꝙ nõ in oi ope sit misericordia ꝛ iusticia. Adhuc apls Roma. xv. b. Dico xpm iesu ministrũ fuisse circũcisionis ad ꝓfirmãdas ꝑmissiones patrũ: gentes aũt sup misericordia honorare deũ. Iusticia q̃ ꝛ misericordia põt esse respectu iudeoꝝ: iusticia in hoc/ꝙ ꝑmissus exhibebat̃: misericordia in ℔/ꝙ liberat̃, ꝑmittebat̃ ex cõpassione quã habuit ad perditos, sed gentib̃ nihil debebat̃ ex iusticia/sed totũ ex misericordia. Adhuc: In ope electionis non videt̃ esse iusticia ꝛ misericordia. Malach. j. Jacob dilexi: esau aũt odio habui. non apparet iusticia q̃re vnũ elegit/ꝛ alterũ reprobauit, nec est equa: q̃ in duob̃ eq̃lib̃ miseris/misericordia in vno releuat miseriam/in altero nõ. Cõstat aũt si deus habeat misericordiã/ꝙ equam habet ꝛ vniformẽ. Adhuc querit̃ de hoc/ꝙ deꝰ in vita ista multa bona ꝑstat peccatoribꝰ: in q̃ oge licet resplendeat magna misericordia/nulla tm videt̃ eē iusticia: qꝛ pctõꝛ nullo bono dignꝰ est: etiã pane q̃ vescit̃/vt dicit augꝰ

Arg.2m

Arg.3m

Arg.4m

Arg.5m

Arg.6m

Adhuc iustificatio impij opus dei est: ꝛ in ℔ nulla videt̃ esse iusticia, pctã em̃ q̃ fecit impiꝰ: non merent̃ iustificationẽ/sed dãnationẽ. Esaie, iij, b. Ue impio in malũ retributio manũ fiet ei. Adhuc de glorificatione btõꝝ in celis q̃rit̃ q̃liter sit ibi misericordia. sup illud em̃ ps. 32. misericordia dñi plena ē terra dicit glosa: ꝙ terra in q̃ abundat miseria/plena est misericordia. celũ aũt nõ habet miseriã: ꝛ ideo nec misericordiã. Adhuc: Punitio opꝰ ē dei: ꝛ ī punitõe q̃ punit paruulos nõ baptizatos/nõ videt̃ eē aliq̃ iusticia/nec aliq̃ misericordia. punit em̃ nõ ꝑ culpa ꝓ pria: ꝛ hoc nõ videt̃ esse iusticia. Adhuc: punit eos carentia visionis dei: nihil relaxans de ea/nec q̃ntũ ad quãritatẽ intensiuã/nec q̃ntũ ad durationẽ: qꝛ in eternũ punit. q̃ videt̃ ꝙ sine misericordia.

Arg.7m

Arg.8m

Arg.9m

Arg.10m

Adhuc augꝰ dicit: ꝙ carentia dei visionis ē maxima pena: sicut ī visione dei maxima glia, ꝛ sicut ex visione dei est maxima delectatio: ita ex carẽtia visionis dei maxima tristicia, pctm̃ autẽ oꝛiginale minima differẽtia pcti est: q̃ ꝑ minimo pctõ deus punit paruulos maxima pena, ꝛ hoc iniuria ꝛ maxima ĩmisericordia videt̃ esse. Adhuc querit̃ de eterna pena q̃ punit pctõꝛes in inferno: vtrũ ibi sit misericordia ꝛ iusticia, dꝛ em̃ apoca. 18. b. q̃ntũ glorificauit se ꝛ in delicijs fuit: tantũ date illi tormẽtũ ꝛ luctũ. q̃ quẽliber tantũ punit quãtũ meruit. sed hoc ē iusticie/ꝛ nõ misericordie: q̃ in ope punitiõis nõ sunt simul misericordia ꝛ iusticia. Adhuc matth. vij. a. Eadẽ q̃ppe mẽsura q̃ mẽsi fueritis remerient̃ vobis. hoc iterũ ē iusticie/ꝛ nõ misericordie. Adhuc Esa. xxvij. In mẽsura ꝑ mensurã cũ abiecta fuerit iudicabit eã, ꝛ hoc iterꝝ iusticie ē ꝛ nõ misericordie.

Arg.11m

Arg.12m

Arg.13m

Arg.14m

Adhuc apocal. xviij. b. Reddite illi sicut ꝛ ipse reddidit vobis: et duplicate illi duplicia ꝑm opa eiꝰ: ī poculo quo miscuit vobis miscere illi duplũ. Esaie. iiij. a. Suscepit de manu dñi duplicia pro

omnib̃ pctis suis. hoc videt̃ esse seueritatis et nõ misericordie. Adhuc ī punitõe pctõꝛis in inferno cõstat ꝙ culpa temporalis est/ꝛ pena eterna: et hoc videt̃ esse nec iusticie/nec misericordie. Adhuc de pena temporali querit̃: et maxime de beato Job: q̃ de se dicit. 17. a. Nõ peccaui: ꝛ in amaritudinib̃ morabatur oculus meus. Et Job. 6. a. vtinã appẽderentur pctã mea quib̃ irã meruit et calamitas quã patior in statera quasi arena maris: hec gravior apparet. Punire aũt plus q̃ meruit nec iusticia est/nec misericordia: ergo in punitione beati iob nec iusticia/nec mia seruata est, ꝛ sic in oi opere domini nõ sunt misericordia et iusticia. Adhuc Ezech. 18. f. Filius nõ portabit iniq̃tatẽ pris: nec pater iniquitatẽ filij. ibidem dicit: Anima q̃ peccauerit/ipsa morieꝰ: Et ꝓter hoc dicit equas eē vias suas. Et tunc querit̃ qua iusticia ꝛ qua misericordia punitus sit canaan puer ꝑ cain patre suo. Item qua iusticia punitus sit Josue. 7. totus populus ꝑ furto solius achor. Et iteruꝝ qua mia et iusticia factũ est qõ dicit̃ Exodi. 33. vbi dicit̃: ꝙ ꝑ vitulo ꝓflatili quẽ fecit aaron/populus punitꝰ est morte: aaron aũt tm redargutus. Solutio: dicendũ ꝙ mia ꝛ iusticia multiplicitur dicũtur. Est em̃ iusticia dei: ꝛ iusticia hois. Iusticia hois rectitudo est, rectitudo autẽ est generalis/ꝛ spãlis. De recto generali dicit plato: ꝙ rectum est qõ vndiq̃ adequat̃ recto: rectũ autẽ inflexibile a rectitudine. Iusticia dei est in ꝓceptis/in mandatis/legib̃ diuinis, ps. 18. Iusticie dñi recte letificantes corda. Esa. 26. b. semita iusti recta est: rectꝰ est callis iusti ad ambulandũ. Et q̃n homo adequatur his officio cordis/oris/ꝛ operis: tũc iustus est iusticia generali. Spãlis autẽ iusticia est rectitudo adequata recto in equali: qõ rectũ positũ est inter plus in lucro ꝛ minus in dãno: in cõicandis ꝛ distribuendis, in cõicandis ꝑm medietatẽ arithmeticã: qõ recta estimatio est valoris rei nec plus nec minꝰ. In distribuẽdis est equale ꝑm medietatẽ geometricã: qõ estimatio recta est partis ꝓportiõalis que ex dignitate debetur ꝑsone, ꝓter quod dicit Tullius in fine ꝑme retholice: ꝙ iusticia est que reddit vnicuiq̃ qõ suũ est/ꝓpria dignitate ꝑsone fuata. Similiter mia hois multiplr dicitur: generalit̃ scz/ꝛ spãliter. Generaliter ôr misericors q̃ supabundãtia pietatis ꝛ beniuolentie ꝛ clementie ꝑ cordis affectum fluit ad oes. Spãliter aũt misericors dicitur/qui alienã miseriã corporalem vel spũalem ꝑ cõpassionẽ facit suã. Et illa mia sine passione non est: qꝛ q̃ cõpatitur/patit̃. Et his modis nec misericordia: nec iusticia sunt in deo: qꝛ deus non hꝛ cui adequat̃ ꝑm rectitudinẽ nec in deuꝝ cadit passio vel equalitas passibilis inferens vel illata: qꝛ talis vt dicit aspasius/sine motu ꝛ mutatione nõ est: cũ deus ĩmutabilis sit: sicut in ꝓhabitis q̃one de ĩmutabilitate dictũ est. Iusticia autẽ dei ôr multiplr: sũma scz/media/ꝛ ĩfima. Sũma est quã describit anselmꝰ in monologion: dicens ꝙ iusticia dei est rectitudo decentie diuine bonitatis. Decet em̃ summũ bonũ vt omni bonitatis effectu bonũ sit: ꝛ ꝙ bonitas sua fluat in oia: vt dicit dionys. ꝛ hoc est sibi rectũ ꝛ iustũ/ꝛ ex decentia quodãmõ debitũ. vñ sic nõ tm̃ fluit in bonos/sed etiã in malos. Et sicut dictuꝝ est de bonitate: ita est iusticia sapientie/rectitudo scz ꝛ decẽtie: qua omne iustũ est ꝛ rectũ ꝛ ex decentia debitũ diuine sapientie: qua iustũ efficit̃/ꝙ omne qõ disposuit sapientia dei fiat: ꝛ omne quod ꝓvidentia ꝓduciat̃ ad effectũ. Et ita est iusticia voluntas/qua rectum ꝛ quodãmõ debitũ est: ꝙ omne qõ vult faciat in omni creatura, aliter em̃ infirma ꝛ vana esset voluntas dei. Hec est igit̃ summa iusticia ex qua omnis alia iusticia profecta est. Media autẽ iusticia ē que est rectitudo respectus huius iusticie ad rectitudinẽ creature/ꝛ ꝓcipue in homine ꝛ in angelo: vt scz hec iusticia diuina respiciens triplex rectum in homine vel creatura: scz vnũ gñale/ꝛ duplex speciale/reddit vnicuiq̃ quod meruit. Et hec iusticia est redditio ꝑm exigentiã meritorũ. Infima iusticia est que est in iudicio: sicut dicit̃ ꝙ de malis fit iusticia q̃n plectunt̃. ꝛ hec est seueritas iuris et sentẽtie. Similr misericordia dei dicit̃ multiplicitur: summa/scz media/ꝛ infima. Sũma est superabundãtia bonitatis ꝛ pietatis/diffundens se in omne qõ est. Et hec est misericordia de qua dicit̃ Jacobi. 2. c. Superaltat aũt misericordia iudiciũ. Et ex ista oriꝝ iusticia que dicit̃ decentia diuine bonitatis: quia ex hoc ꝙ supabundat pietate ꝛ bonitate/decens est ꝙ fiat omne qõ bonitati sue cõgruat. Media misericordia est qua etsi nõ cõpatit̃/alienã subleuat miseriã. hec em̃ congruit superfluẽti bonitati ꝛ pietati, Jobel̃. 2. c. Benignꝰ ꝛ misericors ꝛ ꝑstabilis sup malicia. Infimus gradus misericordie est/misereri misericordia relaxante/ꝛ nõ liberãte: vt dicit Chrysostomꝰ. Et ex hac oriꝝ iusticia: que est nullũ punire tm̃ q̃tũ meruit/sed quẽliber punire citra condignũ. Misericordia autẽ que est ex ꝓpassiõe nõ cadit in deũ/vt dictũ est: sed illa tm̃ que est in actu: q̃ miseratio ꝓprie vocat̃. Threnoꝝ. 3. c. Misericordia dñi ꝙ nõ sumus consũpti. Et quid vocet misericordiã subdit: quia nõ defecerũt miseratões eius. ac si dicat: actuales subleuatões miserie nõ defecerũt. Dicẽdũ q̃ ad questionẽ: ꝙ iusticia ꝛ misericordia primo mõ dicta in omnib̃ opib̃ dei sunt. Iusticia autẽ ꝛ misericordia scdo mõ dicta nõ in omnibus/sed in quibusdã sũt. Similiter iusticia ꝛ misericordia tertio mõ dicta in quibusdã sunt/ꝛ nõ in omnibus. Quod q̃ primo querit̃ de ope creationis: dicendũ: ꝙ hoc mõ quo obiectũ est nõ est ibi misericordia ꝛ iusticia: sed est ibi iusticia primo mõ dicta. Dicit em̃ dionysiꝰ: ꝙ bonũ ꝛ amor in deo nõ sinunt ipm̃ sine germine esse creatõis. Vñ iustum est iusticie decẽtie bonitatis diuine: ꝙ creaturas producat que a bono sunt/ꝛ in bono plantare/et ad bonũ ordinare: vt dicit dio. lib. de diui. no. ca. iiij. Est etiã ibi misericordia: ꝑm ꝙ misericordia dicit̃ ex supabundãtia pietatis ꝛ bonitatis subleuatio defectus. maxim̃ enim defectus est/nõ esse: ꝛ maxima subleuatio est/nõ ens deducere ad esse ꝛ cõseruare in esse ꝛ gubernare ꝛ cõnectere ad ꝓpriũ terminũ: ꝛ hec subleuatio fit creatõe/cõseruatõe/ꝛ gubernatõe. Ad id qõ querit̃ de ope recreationis: dicendũ ꝙ iusticia est in ipo/q̃ est decentia diuine bonitatis. Ad decentiã em̃ sũme bonitatis ꝑtinet/vt dicit anselmꝰ in monologion: nõ permittere omino perire creaturã rationalẽ/etiã post casum repabilem, homo em̃ post casũ repabilis est:

Arg.6m

Arg.7m

Arg.8m

Arg.9m

Arg.10m

Arg.11m

Arg.12m

Arg.13m

Arg.14m

Arg.15m

D

E Ad arg.1m

Ad 2m

Ad 3m nō angelus: vt dicit dama. Ad id qō dicit de gē
tibus: dicendū q nō fuit inuocatione gentiū q̄ est
solutio p̄missarū: fuit tñ iusticia q̄ est decentia bo
nitatis exuberantis/ z ipletionis p̄dictionis
z dispositionis: Justū eñ est/ vt impleat deus qō
p̄destinauit z disposuit. fuit etiā iusticia imple
tionis inspirationis ꝓphetice. Esa. 49. b. dedi te in
lucem gentiū vt sis salus mea vsq; ad extremū ter
re. vnde etiā Actuū. 13. g. cū paulus vocaret gen
tes dixit: Ecce cōuertimur ad gentes. sic tñ prece
Ad 4m pit nobis dñs: dedi te in lucē gētiū ꝛc. Ad aliō
iam patet solutio, licet eñ iusticia solutionis pre
missi nō fuerit in vocatione gentiū: tñ fuit ibi iusti
cia decentie bonitatis diuine/ z impletionis ꝓphe
tie que inspirata fuit ex ordine dispōnis z ꝓuiden
tie diuine: z fuit ibi misericordia/ q̄ subleuatio fuit
Ad 5m miserie infidelitatis gentiū. Ad id qō queritur
de opatione electōis: dōm q in hoc est iusticia fm
ambrosiū: quia dat grām ei quē scit bene vsurum
gratia z sibi seruiturū: z nō dat ei quē nō scit bene
vsurū grā/ nec sibi fuiturū. hoc est eñ vt dicit am
brosius/ dare cui dandū est: z nō dare cui nō dan
dum est. qō fit equa lance iusticie. z reducit ad illā
iusticiam q̄ est redditio fm exigentiam meritorū: z
non fit illa/ sed fit ꝓportionalis ad illā. Dicit enim
Roma. 9. b. q cū nondū nati essent/ aut aliq̄d egis
sent boni vel mali: non ex meritis/ sed ex vocante
dictū est: qr maior seruiet minori. Gen. 26. Mise
ricordia fuit etiā in ipsa vocatione electionis: z q
non ex corde abiecit esau/ sed ad instructionē vt re
Ad 6m diret. Trenorū. 3. Nō eñ ex corde abiecit filios ho
minū. Ad id qō queritē de bonis ꝑticulibus que
p̄stant malis: dōm q mia ibi euidēs est. Justicia
eñ est ibi q̄ est decentia dine bonitatis. ꝓgruū eñ
est diuine bonitati vt talib⁹ quasi affectuis mūeri
bus etiā malos trahat ad charitatē sui: z si ꝓtem
nūr/ q iustior sit eorū dānatio. Sed non est ibi iu
stitia que sit fm exigentiā meritorū. hac eñ iusticia
malus bō nullo bono dignus est: vt ꝓbat in obij
Ad 7m ciendo. Ad id qō queritē de iustificatiōe impij:
dōm q est ibi iusticia q̄ est decentia dine bonitat/
q̄ bonitas tanta est/ q maior cogitari nō pōt: vt di
cit anselmus. z si hec nō flueret nisi ad bonos: pos
set cogitari maior q̄ flueret ab bonos z ad malos.
Unū decentia dine bonitatis est iustificare impiū/
ꝓter suā bonitatē. Esa. 43. d. Ego sum q deleo
iniquitates tuas ꝓter me: hoc est ꝓter decentiā
mee bonitatis. hoc eñ summe bonitati congruit.
Misericordia etiā est in subleuatione miserie q̄ est
Ad 8m pctm. ij. Paralip. vlti. Indignū saluabis me fm
magnā misericordiā tuam. Ad id qō queritē de
opere btificationis: dōm q in illo est iusticia q̄ est
fm exigentiā meritorū: z est misericordia in suble
uatione miserie. quia dicit bernardus in q̄nto ad
eugenū: q miseria z britudo in eodē esse non pñt.
Unde iusticia est in ordine britudinis ad meritū:
misericordia aūt in ordine britudinis ad oppositū
qō tollit. Et ad id qō objicit q in celo non est mise
ria: dōm q nō est ibi miseria p effectū z sensum pas
sionis. sed cā bui⁹ est/ ꝓseruatio britudinis in esse:
conseruatio aūt est ex supabundantia pietatis: z
ita ex misericordia. z sic est ibi subleuatio defect⁹/
qui esset nisi deus ꝓseruaret. z hoc est ex misericor
dia. sicut medicina ꝓseruatiua subleuat infirmita
tem nō que est/ sed q̄ esset nisi sanitas ꝓseruaret.
Ad id qō objicitur de punitione paruulorū dicē Ad 9m
dum q hec nō respicit meritū patientis: nec iusti
ciam q̄ est fm exigentiā meritorū: z respicit iusticiā
eruditionis. Justum eñ est fm decentiā z cōgrui
tatē gubernātis generalē/ vt multos erudiat ex
vno. z ideo cū paruuli in pctis nati sunt/ z iō non
sint digni visione dei: punit eos carentia visionis
dei. Nec iniuste agit. tenebras enim inuisibiles in
originali pctō nati habent. quib⁹ indigni sunt lu
mine visionis. z exemplū sunt alijs: q̄ videtes q ꝓ
originali pctō sic puniūtur paruuli: corrigūtur ri
mentes ne ipsi ꝓ maoribⁿ deteriora sint passuri.
Prouerb. 29. pestilente flagellato stultus sapien
tior erit. Est etiā mia: qr cū sicut Roma. 9. d. sint
vasa ire apta i interitū: in hoc fit eis misericordia
Ad 10m q pena sensibili nō punitur. Ad sequens/ q ni
bil relaxat de pena: dōm q talis pena culpe origi
nali debet: et de rōne pene est q nihil sui relaxari
pōt. qr ꝑuatio est: z ideo nō pōt maius vel minus
suscipere: sed vel in totū imponit: vel in totū rela
xatur. z q in eternū punit/ hoc est ex aduentu se
quētis: qr sic ita moriūtur q post mortē nō sunt su
sceptibiles grē. Ad id qō objicit de augu. q in B
Ad 11m visione dei est maxima delectatio/ z in carētia ma
xima tristicia: quidā responderunt ante nos: q vi
sio dei est ex cōiunctione ad deū: carentia visionis
ex separatione a deo. Et cōiunctio z separatio du
pliciter possunt intelligi fm cām: sic; cōrrarie/ z op
posite fm affirmationē z negationē. Si ꝓtrarie in
telligant: tunc id qō cōiungit deo ꝑ visionē/ lumē
est intrinsecū gratie z glorie: z id quod separatio ē
facit/ tenebre sunt interiores q̄ p̄sentiā luminis
eterni nō sustinēt. Dicit eñ greg. sup illud Job. I.
Affuit z inter eos satban: q tenebra ꝓsens est lu
mini: sicut cecus soli. sed lumen nō pōt esse ꝓsens
tenebris: sicut nec sol ceco. Et sic verū est qō dicit
augⁿ: q sicut sic in cōiunctiōe est maxima delectatio:
sic in separatione maxima tristicia. Si aūt i tel
ligant opposite ꝑ affirmationē z negationē: tunc
dicunt q nō est verū. Et dant instantiam: qr si ali
quis delectatur in vno tanq̄ in cōueniēti fm na
turam: in ꝓtrario illius contrariā patit tristiciā.
sicut delectationi q̄ est in potu/ cōtrariat tristicia
que est in sitī. Sed delectationi que est in theore
matibus nihil est contrariū. sicut q aliquis contē
platione cōsiderat q diameter est assimeter coste:
nō habet ꝓtrariū/ sed habet oppositum: sic; nō cō
siderare. z ideo nō sequit si maxima delectatio est
in vno/ q vt dicit philosophus in. x. ethicorū/ fm
ꝓprium z cōnaturalem habitum est operatio pfecta:
in qua vt dicit michael ephesius tota natura
refloret z diffunditur/ q maxima tristicia sit in op
posito negative: hoc est in talis theorematis nō cō
sideratione: qr forte nō considerans rusticus est et
indispositus: z ideo insusceptibilis talis cōsidera
tionis: z ideo nō considerans nihil tristat. Alij
quidam antiquorū probabilius responderunt: di
centes q licet in ꝓtemplatione sit maxima delecta
tio: tamen in carētia talis visionis in paruulis nō
est maxima tristicia. Et hoc ideo: qr conscētia mi
tigat eis tristiciā in hoc: q dicit eis q nō ex culpa
ꝓpria/ sed ex corruptione nature ꝓter culpam alie
nam in talē penā inciderunt potius q̄ meruerūt.

Isti etiam dicūt: q ex misericordia dei mitigatur
habent penam carentie visionis dei. Et dant simi
le de sole. multi eñ non videt solem in rota: qui tñ
lumine solis vident aliat et illi nō in toto priuant
visione solis. Ita dicunt esse in paruulis non ba
prizatis: q licet dei faciem nō videant ꝓsentet:
tamen quia multa mala naturali rōne z intellectu
vident/ que videre non possunt nisi in lumine pri
me veritatis: non oīno priuantur visione lumis
eterni. Et hoc pium est credere: sed probari nō po
D Ad 12m test. Ad id qō de pena eterna queritur: dicēdus
q iusticia tarat penam ꝓtra culpam in genere: vt
pctō magno magna pena debeatur: z minori mi
nor. z hec est iusticia q̄ est fm exigentiā meritorum.
Sed sicut dictū est p̄mus gradus iusticie/ decen
tia est bonitatis diuine. De qua dicit anselm⁹ in
monologion: Si parcis peccatorib⁹/ iustū est. Cū
uis eñ hoc nō debeat eis: tñ tuam ꝓdecet bonita
tem. Et hac iusticia semp punit citra condignū.
Quāuis eñ de potentia absoluta z de iusticia si
ue rectitudine potentie absolute/ possit punire vl
tra condignū: z de iusticia que est fm exigentiam
meritorū punire possit ad cōdignū: tamen de decē
tia sue bonitatis et de superabundātia pietat/ est
citra condignū punire/ ne penis saturari videat.
Sapie. I. Nec delectatur in perditione viuorum.
Ad 13m Per hoc etiam patet solutio ad sequēs qō obij
Ad 14m citur de mattheo. Eadē solutio est ad id quod
Ad 15m objicitur de Esaie. 27. Ad aliud de apocalipsi
dōm: q nō intelligitur duplicia recipere tanq̄ du
as penas/ vl duplices penas pro vno peccato re
cipiat: sed duplicia dicūtur/ quia recipit in corpo
re z in aia. Non eñ consurgit duplex tribulatio:
vt dicit Nau. I. c. vel vt. lxx. transtulerunt: nō pu
nit deus bis in idipsum. hoc eñ esset seueritatis.
Ad 16m Ad aliud dōm: q scti rationes assignauerunt/
quare tpale pctm punit pena eterna. Augustin⁹
assignat hanc: q iustū est q pctm mortale punia
tur pena eterna duplicitē: scilz quia licet pctm in
actu sit transitorū/ tamen in effectu est eternū. vel
let eñ qui mortaliter peccat z sic moritur/ in pec
cato delectari in eternū. Et hec sūt verba augusti
ni: Non circūstantia fecit vt peccatum eternaliter
puniatur/ sed circūstantia illius in quē peccatur: q̄
cum sit eternus/ et implentibus mandata eterna
bona ꝓmittat: transgressoribus vo cōminetur pe
nas eternas: eo ipso dignū z bonū z iustum est: vt
qui in suo eterno eternū iudicē offenderunt/ in ei⁹
eterno eternaliter crucienē. Et hoc etiā dicit gre
gorius sic: Qui in pctō morit/ in infinitū peccasset
si in infinitū vixisset. Et hoc etiā patet ꝑ hoc: q añ
mortem voluntarē a peccato nō retraxit. Alia etiā
ratio est quam ponit augⁿ in. 16. libro de ciuitate
dei sic dicens: Dignⁿ est malo eterno/ qui in se pe
rimit bonū qō posset esse eternū. Et ad hoc quidā
ponūt rōnem: q qui furatur cappam vel aliā rem
temporalem/ meretur penā temporalē: ergo qui
perimit bonū eternū/ nō satis punitur pena tēpo
rali. bonū eñ eternū in infinitū melius est q̄ bo
nū tpale. sed iuste punitur pena eterna: aia eñ nō
moritur: z ideo bonū aīe potest durare in eternū/
qō peccando perimit pctōr. Huius etiā ratio assi
gnata est a sanctis: quia multus peccat qui peccat
in boiem: plus qui peccat in ꝓncipem: z plecitur
acriori pena/ vt dicit aristo. i. v. ethicorū. z adhuc
plus q̄ peccat in regem: z in infinitū plus qui pec
cat in deum. Et ideo licet pctm actu sit finitum: in
tentione tñ auersionis a bono infinito efficit infi
nitum fm reatū: z ideo plecti debet pena infinita.
que cū infinita esse non possit intentione acerbita
tis: relinquit q infinita sit duratiōe eternitatis.
Et q̄uis iste sint rōnes sanctorū z bone: tamen
ꝓbabilius posset dici: q ex pctō non est q pena sit
eterna: nec deus peccantibus cōminatur penas
eternas. sed in pctō mortali decedentib⁹ bn̄ mors
sequens facit penam eternā: vt dicit damascen⁹/
post mortem eñ efficit insusceptibilis gratie: et iō
pctm irremissibile. ꝓter qō semp manet pena que
pctm consequitur: sicut ignis insequitur ꝓpriā ma
teriā. Hec est etiam causa/ q pctm veniale in eo q̄
decedit in mortali/ punitur in eternū. quia licet in
se veniale sit remissibile: tamen ex adiunctione ad
mortale efficit irremissibile. Ad id qō objicitur J
Ad 17m de pena beati iob: dicendum q duplex est pena. i.
eruditiua/ z vindicatiua. Eruditiua ē fm iusticia
generalem/ z nō fm particularē: q̄ est fm exigentiā
meritorū. z est maior z minor: fm q valet ad erudi
tionem prudenter gubernantis z erudientis. Et
talis pena fuit bti Job qua ꝓbata est virtus eius
z exercitata: z exemplo eius ad patientiam eruditi
sunt multi. Jaco. v. Exemplū accipite fratres exi
tus mali z longanimitatis z laboris z patientie
ꝓphetas qui locuti sunt in nomine dñi. Ecce bea
tificamus eos qui sustinuerūt. Sufferentiam iob
audistis: z finem dñi vidistis. Unde licet penā suā
grauiorē dicat esse q̄ meruit: non tamē dicit eam
esse iniustam. publica eñ iusticia iustum est/ dere
linquere vnū/ z subijcere penis etiam innocentē:
vt alij videntes magis timeant z erudiantur. fm
q in ꝓbabitis in qōne de ꝓuidentia determinatū
est. Hoc etiam ꝓcedit de fonte pietatis boni cōis
in multos. sicut dicimus q pater voluit z prenū
dauit xpm pati/ ex pietate quā habuit in omes re
dimendos. Et sic in punitiōe beati iob fuit iusticia
z misericordia. Ad id quod vlterius queritur: Ad 18m
qua iusticia vnus punitur ꝓ alio: soluendum est ꝑ
augustinū in glosa Josue. 7. super illud: filij israel
p̄uaricati sunt. Ubi sic dicit: Non est credendū in
penis eternis que post mortem irrogantur/ aliuz
dānari posse pro alio: sed in his tñ rebus vnū pu
niri pro alio/ z hanc penam irrogari que finē sunt
habiture. Et in eadem glosa paulo post: Judican
tibus hominibus ꝓceptum est: vt nequaq̄ vnuz
pro alio puniant. dei autem iudicia non sunt hu
iusmodi: quia alto z inuisibili suo consilio nouit/
quatenus extendat etiam homini penam salubrē
q̄ terrorem: vt non solum se quisq; curet in popu
lo/ sed inuicem sibi adhibeant diligentiam: et
tanq̄ vnius corporis membra/ z vnius hominis
pro se inuicem solliciti sunt. Dictum augustini re
dit ad hoc: q est pena vindicatiua/ vt dictum est. et
hec est fm exigentiam meritorum. Et est pena eru
ditiua que infligitur fm prudentiam erudientis
aliquādo eidem/ aliquando vni pro alio fm q ma
gis valet eruditioni. Et fm hoc fuit in peccato a
chor pro quo punitus est populus z eruditus: vt
sciret q̄tum peccatum esset si hoc in cōmuni dedu
ctum fuisset: z vt sciret/ q ex ipsa vnitate congre-

gaudentis & exercitus sollicite cauere debuerant et custodire/ne aliquod illicitum contingere posset. Similiter in peccato cham pro quo punitus est chanaan/eruditi sunt quãta reuerentia debeatur parentibus. De peccato aũt aaron dicit augustinus: q̃ aaron punitus est pena que transiuit ad posteros: in hoc q̃ in cineribus vitule rufe Numeri.19. solus sacerdos immũdus fit/ et omnes alij sanctificanť. Hoc enim dicit augustin⁹ inflictum esse ꝓpter peccatum vituli. Sed verum est: q̃ non fuit punitus pena publica. Et ex hoc eruditur: q̃ prelatus non debet publica pena puniri: ne contemptibilis subditis efficiatur. ne sicut dicit augustin⁹ in regula: apud eos quos oportet eẽ subiectos dum nimiũ seruatur bũilitas/regendi frangatur auctoritas.

Queritur de conformitate voluntatis nostre ad voluntatem dei.

A Mẽbꝝ. III

Ein de rõne ei⁹ q̃ dicit magister p̃mo sentẽ.48.di.ca. Sciendũ q̃z est: q̃ aliq̃ n̄ est mala voluntas hois idem volentis quod deus vult fieri: & aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis q̃ deus. Queritur de conformitate voluntatis nostre ad volũtatem diuinam. Et quia non est hic magna vis siue magna difficultas: sub vno membro questiõis

Argu.1m ponemus totum q̃ de hoc queri cõsueuit. Primo ergo videtur q̃ non possit esse cõformitas. In finite enim distantium non potest esse assimilatio. omnis conformitas per assimilationẽ est: ergo in finite distantium non est conformitas. Dei voluntas & hominis infinite distant: ergo voluntas hominis ad voluntatem dei nulla potest esse conformitas. Maior patet de se. Minor probať Esa. lv.c. Sicut exaltanť celi a terra: sic exaltate sunt

Argu.2m vie mee a vijs vestris: & cogitationes mee a cogitationib⁹ vestris. Idem probatur per glosam sup illud: Exultate iusti in dño: que sic dicit: Quãtum distãt de⁹ & homo: tantũ distãt volũtas dei

In ꝓtrariũ Argu.1m & voluntas hominis. In contrarium est quod dicit glosa sup illud: Non adhesit mibi cor prauũ.

Arg.2m vbi dicit glosa: voluntas dei semp recta est: cui debemus ꝓformari vt simus recti. Adhuc Lanti coꝝ.l.b. Recti diligũt te/ glosa: Ambrosius: Recti

I.q̃ ĩcidẽs. sunt qui voluntatem suam conformant volun

Argu.1m tati dine. Ulterius queritur in quo sit ista conformatio hoim & dei. Aut eim est in eo q̃ homo vult q̃ deus vult: aut in hoc q̃ scit deum velle. Non p̃mo modo. dicit enim mgr p̃mo sententia ꝓ distin.48.ca. Tantũ enim interest inter voluntatem dei & volũtatem hois: vt in quibusdam aliud congruat deo velle: & aliud hoi. Et inducit augustinũ in enchiridion sic: Aliquãdo bona volũtate

Arg.2m homo vult aliquid q̃ deus nõ vult bona multo amplius multoq̃z certius voluntate. Si secundo modo. Cõtra beata virgo sub cruce stans nolebat xp̃m pati. cuius signũ est q̃ dixit simeon Luce.2. Tuã ip̃sius aiam ꝑtransibit gladius. & tamẽ sciebat q̃ deus voluit xp̃m pati. q̃ tunc nõ conformasset volũtatem suaz volũtati diuine: q̃ impiũ

Arg.3m est dicere. Adhuc: Si ego pecco/scio deũ velle q̃ subtrahit mibi gratiã: q̃ p̃m hoc ego ꝓberez velle q̃ deus subtraheret mibi gratiã: q̃ valde absurdum est. hoc eim non congruit mibi velle q̃ deus subtrahat mibi gratiaz. Dicit autem augustinus in enchiridion: q̃ non debeo velle quod non congruit mibi velle. Ulterius queritur si teneamur

B II.q̃stio in cidens

conformare voluntatem nostram voluntati diuine. Et videtur q̃ nõ. Nemo tenetur ad impossibile. nõ autem potest esse perfecta cõformitas ĩter

Arg.1m voluntatem nostrã & voluntatẽ dei: ergo videtur q̃ nõ teneamur ad illaz. Adhuc obstinati damnati in peccato mortali existentes/ continue deformen habent voluntatẽ ad volũtatẽ diuinã: ergo

Arg.2m continue peccarent p̃m hoc: q̃ graue est dicere.

In contrariũ est q̃ est inductũ in glosa sup illũ

In ꝓtrariũ Arg.1m ps̃.32. Exultate iusti/que dicit: Uoluntas dei sp̃ recta est: cui debemus conformari vt simus recti.

Adhuc: Cõstat q̃ tenemur ad charitatẽ per quã

Arg.2m efficimur amici dei. sed amicoꝝ est/ vt dicit tullius in libro de amicitia/idem velle & idem nolle. q̃ tenemur ad idẽ velle & ad idem nolle cũ deo. & hoc est cõformitas volũtatũ: q̃ ad ꝓformitatẽ volũtatis nostre & ad ꝓformitatẽ voluntatis diuine tenemur.

Arg.3m Adhuc sup illũ ps̃.c. non adhesit mibi cor p̃uũ/ glosa.i. cor tortũ: q̃ hz q̃ non vult oia q̃ de⁹ vult: sz & si timet vt infirm⁹/ q̃ p̃signauit timens ĩtus cũ dixit: Trãseat ad me cali.x iste: tm̃ subdit se deo dicens: verũtm̃ nõ sicut ego volo/ sed sicut tu vis.

Ulterius queritur si tenemur velle q̃cquid scim⁹ III.q̃stio ĩcidens

deũ velle. Et videť q̃ non. Est eim̃ instantia de

Argu.1m brã ꝓgine: q̃ sciebat deũ velle xp̃m pati/ & tm̃ nolebat xp̃m pati. Et iterũ instãtia de aplis: q̃ re/

Arg.2m uelatione dei sciebãt xp̃m pati: & tm̃ ex cõpassiõe nolebãt. Luce.24.d. vbi dixit xp̃s: O stulti & tardi corde ad credẽdum in oib⁹ q̃ locuti sunt ꝓphete.

Argu.3m Nõne sic oportuit pati xp̃m? Sil'r ẽ instãtia in hieremia q̃ nolebat hierl'em̃ ẽstruit: vt p̃z ĩ threnis/ vbi plãgit excidiũ hierl'm: & tm̃ sciebat deum velle

Arg.4m destrui. Et adhuc instãtia i xp̃o Lu.19. vbi dr: Uidẽs dñs ciuitatẽ fleuit sup illã. q̃ xp̃s nolebat

Arg.5m ciuitatẽ destrui. Adhuc: si deť oppositũ sequit incõuenies. scio eim̃ deũ velle q̃ si pecco/ subtrahit mibi gr̃am/ q̃ teneor velle q̃ deus subtrahat mibi

Arg.6m gr̃am: q̃ absurdũ ẽ. q̃z sic vellẽ q̃ nõ eẽm bonus.

Est itẽ instãtia phil'.I.c. vbi dr: Lupio dissolui

C

& eẽ cũ xp̃o: & tm̃ sciebat q̃ de⁹ volebat eũ nõ dissolui/ sz p̃manere ĩ carne. Juxta b̃ vlteri⁹ q̃rit rõe

IIII.q̃ ĩcidens

ei⁹ q̃ dic mgr p̃mo sniarũ di.48.ca. Et q̃ soluit q̃stio q̃ q̃ri solet: vtrũ vir/ sctis placere ꝑ̃buerit/ q̃

xp̃s pateret & occideret. Ratõe eim̃ hui⁹ q̃rit: vtrũ

Arg.1m meritoriũ fuerit sctis/ q̃ nolebãt q̃ sciebãt deum velle. Et videť q̃ nõ. q̃z nolle q̃ scim⁹ deũ velle ẽ velle Jriũ ei⁹ q̃ scim⁹ deũ velle/ vl' oppositũ: & n̄

p̃t eẽ ex charitate: q̃z charitas amicitie/ ẽ idẽ velle & idẽ nolle. sz oẽ meritũ ẽ ex charitate: q̃ i b̃ nõ meruerunt sancti. In cõtrariũ est q̃ dr de xp̃o: cuius

In ꝓtrariũ argu.1m oĩs actio meritoria fuit: q̃z fleuit sup hierusalem/ & nolebat hoc quod sciuit deum velle. Similiter beata virgo voluit xp̃m nõ pati: & sciuit deũ velle xp̃m pati. pia eim̃ voluntate voluit eũ nõ pati. pietatis aũt opus semp meritoriũ ẽ: q̃ hoc motu beata virgo meruit. Adhuc aug⁹ in enchiridion:

Arg.2m Bone apparebãt volũtates pioꝝ fideliũ. Act.2. qui nolebant apl'm paulum hierusalem pergere: neibi pateretur mala que agabus prophetaꝝ pre-

dixerat: & tm̃ hec eũ de⁹ pati volebat/ p annũciandam

Sol'o mẽ bitertij fide xp̃i exercẽs martyrẽ xp̃i. Solutio ad p̃mo quesitũ dõm: q̃ si ꝓsideranť volũtas diuina & volũtas hois p̃m essentiã: nõ põt esse ꝓformitas: q̃z sic distant in infinitũ. Si aũt ꝓsideranť p̃m ꝓportionẽ ad aliq̃d q̃ sit vel causa efficiẽs volẽdi/ vel forma volẽdi: vel materia vt volitũ circa q̃ sunt volũtas dei & hois: vel finis voluntatũ. tũc nõ distant in infinitũ: q̃z ꝓportionanť ad vnũ/ & in illo p̃nt ꝓformari

Ad argu& & conformanť. De distantia ergo essentiali intelligunť duo p̃ma que de Esaia & de glosa sup ps̃. adducta sunt. Sed de ꝓportione ad vnũ in quo ꝓformari p̃nt/ ꝑcedũt ea que adducta sunt in cõtrariũ. homo eim̃ põt velle q̃ deus vult/ & vt de⁹ vult: hoc est ex charitate: & ad q̃ de⁹ vult/ q̃z ad gloriã dei/ ad quã de⁹ vult omne q̃ vult. & põt velle q̃ deus

D

vult eũ velle: & sic põt conformare volũtatẽ suã vo

Ad.I.q̃stio nẽ incidentẽ luntati diuine. Ad id q̃ vlterius querit in quo sit ꝓformitas ista: dõm q̃ est ꝓformitas simplex et cõformitas p̃m q̃d. Conformitas simplex ad volũtatẽ b̃nplaciti/ & nõ ad volũtatẽ signi cõsistit in hoc: q̃ volũtas hois volũtati dei ꝓformeť p̃m oẽs q̃ttuor causas: efficientẽ sz/ q̃ velit hoc q̃ vult de⁹ eũ velle. volũtas eim̃ dei efficiẽs causa ẽ volẽdi nobis quicq̃d vult⁹ in bonis. p̃m causã materialẽ que est volitũ: vt velit hoc q̃ deus vult/ & scit deũ oino velle. Scõm causam formalẽ siue formã: vt ex eadem charitate velit quicq̃d vult ex qua de⁹ vult q̃ vult. Scõm causam finalẽ/ siue p̃m finẽ: vt ad gloriam dei velit omne q̃ vult: sicut ad gloriam suaz deus vult quicq̃d vult. Et p̃m has quattuor causas conformitas pfecta est & plena. Sufficiẽs tm̃ ad meritũ est ꝓformitas p̃m tres causas: efficientẽ sz formalẽ/ & finalẽ. Cõformitas aũt in materia siue in volito nõ est ꝓformitas nisi p̃m quid & imperfecta: quã etiã mali possunt habere. Et antiqui dixerunt q̃ prima cõformitas est p̃m modũ patrie: Secũda p̃m modũ vie: Tertia aũt nõ nisi vestigiũ cõformitatis & vmbra. Sed melius dicit q̃ p̃ma est pfectionis & pfectoꝝ. Secũda sufficiẽtie & pficientiũ. Ter-

Ad argu& tia imperfectiõis & ipfectoꝝ. Et hoc patet solutio in quo consistit conformitas. Et p̃cedẽdũ est sicut p̃bant obiectiões: q̃ nõ consistit in hoc q̃ velimus q̃ deus vult: vel velimus q̃ scimus eũ velle/ nisi p̃m q̃d & nõ simpliciter. Et sic patet solutio: q̃z sic p

Ad.II.q̃stio nẽ incidentẽ cedũt obiectiões. Ad id q̃ querit vlterius: si teneamur cõformare voluntatẽ nostrã volũtati diuine: dõm q̃ tenemur ꝓformatiõe sufficiẽtie ad min⁹.

Ad arg.1m Ad obiectũ dõm: q̃ patz p distinctionẽ inductã q̃ hoc nõ est impossibile/ sed valde facile. ꝓportione eim̃ ad vnũ in vno q̃ ꝓportiõe est/ in vtroq̃z iungun

Ad 2m tur volũtas dei & hois/ & in illo conformanť. Ad id q̃ objicit de dãnatis & obstinatis/ & in pctõ mortali existẽtib⁹/ satis bñ rñderũt antiq̃: dicẽtes q̃ p̃cepta affirmatiua obligãt semp/ sed nõ ad semp. vñ p̃cepta charitatis nõ obligant ad actualiter diligendũ: nisi quando cogito de deo q̃ bonus est/ & simpl'r/ & mibi. tunc eim̃ omittere actum dilectiõis esset contra p̃cepti implectionẽ/ q̃ ad tunc diligẽdum obligat. Similiter nõ teneor conformare voluntatẽ meã voluntati diuine actualiter: nisi q̃n cogito q̃ non nisi recta est voluntas dei/ & q̃ est inflexibilis regula voluntatis mee. Et ideo non seq̃tur: q̃ damnatus vel obstinatus/ vel in pctõ mortali existens cõtinue omittat omissiõe dãnabili: q̃z nõ cõformat. Sicut nõ sequit: q̃ monachus q̃ tenet surgere ad maturinas/ nõ surgit q̃libet horaante maturinas/ q̃n nõ surgit omittat: sed peccat omittendo si nõ surgit q̃n surgendũ ẽ: tenet eim̃ ad tũc ad surgẽdũ. Antiqui tm̃ aliter rñderũt ad h̄ dicẽtes q̃ ille q̃ nõ põt conformare volũtatez/ aut dedit causaz p culpã impotẽtie: & sic nõ excusatur/ sz duplicit virtuosabilis est: sz quia nõ ꝓformauit/ et q̃z cãm dedit q̃ nõ cõformare potuit. aliter ei ex suo malo reportaret lucrũ: absolueret eim̃ ab obligatione p̃cepti. Si autẽ est impotentia ex defectu

E

nature. sicut in mortoribꝰ: tũc dicũt q̃ nõ obligat p̃cepto cõformatiõis. Prima sol'o pbabilior est: licet ĩcõa bona sit. Primũ q̃ objicitur in cõtrariũ ex glosa pcedit. Ad id q̃ objicit de tullio: q̃ amicoꝝ est idem velle & nolle: dicendũ q̃ intelligitur hoc nõ p̃m materiã tm̃/ sz p̃m efficientẽ formã et finẽ: vt dictũ est. Ad aliud q̃ in glosa sup ps̃. adducitur: dicendũ q̃ intelligit de volũtate b̃nplaciti/ que inuicta est & cassari nõ põt. In illa eim̃ quãdo scimus eã/ etiã in volito deberem⁹ cõformari. Quãuis eim̃ volũtate nature possum⁹ velle q̃ congruũt nobis velle: vt dicit aug. in enchi. tm̃ volũtate rõnis/ q̃ dicitur q̃ deo semp obedẽdũ ẽ/ debem⁹ velle q̃ de⁹ vult. Et has duas voluntates innuit xp̃s mat.xxvj.d. q̃n dixit: verũtm̃ non sicut ego volo/ volũtate sz nature: sz sicut tu vis fiat/ volũtate sz beneplaciti. Ad id q̃ vlteri⁹ querit: vtrũ teneamur velle quicq̃d scim⁹ deũ velle: dicendũ q̃ nõ/ p̃m augustinũ. Tm̃ quidã distinxerũt dicẽtes: q̃ est volũtas rõnis: & ẽ volũtas sensualitatis. dicunt q̃ q̃ volũtate rõnis debem⁹ velle quicq̃d scim⁹ deũ velle. volũtate aũt sensualitatis possumus velle cõtrariũ vel oppositũ ei⁹ q̃ scim⁹ deuz velle: q̃n ex pietate nõ conuenit nobis idem velle. Sicut dicit aug. in enchi. Et ponť a mgr'o. j. sen. di. xlviij ca. tm̃ eim̃ interest. Et hec sũt verba ei⁹: Multũ interest q̃d velle homi/ quid deo cõgruat: & ad quẽ finem suã quisq̃z referat voluntatẽ/ vt approbeť vel improbetur. põt eim̃ velle bonũ q̃ nõ congruit ei velle: & põt bonum velle q̃ congruit/ sed nõ refert ad finem recrũ: & ideo nõ est bona volũtas. Dicũt ergo: q̃ beata virgo voluntate sensualitatis voluit xp̃m nõ mori. Et sil'r hieremias tali voluit volũtate hierusalẽ nõ subuerti. Et hanc etiã dñs oñdit in se q̃n dixit dñs mat.xxvj.d. Tristis est aia mea vsq̃z ad mortẽ. Et si objicitur istis: q̃ sz hoc beata virgo & sancti nõ meruerũt tali voluntate/ quam voluerũt oppositũ ei⁹ q̃ scĩuerũt deũ velle. q̃z in sensualitate nõ est meritũ. Dicũt q̃ falsum est: eo q̃ sensualitas in hoie ordinabilis ẽ a rõne. Uñ mor⁹ qui sensualitatis est vt potẽtie rõnis/ est vt ordinãtis: & hoc modo potest esse meritoriũ⁹. Et hoc satis bene dictũ est. Alij dicũt q̃ est rõ vt ratio: & ratio vt natura. Ratio vt ratio ẽ/ que de volito & volendo deliberat/ & ratione qua quis velle aliquid debeat/ & quo fine. Et dicũt q̃ hac rõne voluntate que de ipsa oritur (oĩs enim voluntas/ vt dicit aristoteles in.ij. topi. in ratione est) tenemur velle quicquid scimus deum velle. hec enim ratio deliberat ꝓferendo q̃ voluntas diuina regula est nostre voluntatis: Regularum autem debet sequi regulaz: et non econuerso. Ratio autem vt natura est/ que

Ad arg.1m in cõtrariũ. Arg.2m

Ad 3m

Obiectio

Responsio

sicut dicunt recurua est in seipam: z vult ea que cõueniũt naturali pietati. vnde aliquãdo potest velle z meritorie que scit deo non velle: eo q̃ congruit homini velle bonum eorũ ad quos inclinatur naturali pietate. Et hoc redit in idem cum primo. Dicunt etiam q̃ beata virgo hoc modo voluit christũ non mori: z Hieremias hierusalẽ nõ subuerti. Ad hoc aũt q̃ christus fleuit super hierusalẽ Luc. 19. dicunt q̃ ex voluntate que oritur ex ratione vt ratio est/fleuit culpaz z non penã: nisi hoc modo quo culpa ordinatur ad penã vt ad meritũ. Dicunt etiam isti q̃ tales voluntates que sunt in opposito diuine volũtatis/omnes cũ cõditione intelligunt. Sicut ad Rom. 9. a. dicit apls: Optabaz ego ipe anathema esse a christo pro fratribꝫ meis. hoc eni intelligit cum cõditione: sez si possibile esset. Ita dicunt: q̃ Hieremias voluit non destrui hierusalẽ/ si hoc deo placeret: z beata virgo non mori christũ. z ita bonus filius vellet non mori patrẽ quẽ deus vult mori. Et dixerũt q̃ talis cõditionalis voluntas potius dicit velleitas q̃ volũtas: nõ eni vult/ sed vellet si posset. Alij dicunt cũ quibꝫ z ego sentio: q̃ cũ dicitur q̃ tenemur velle quicqd scimus deũ velle: q̃ velle dei in nobis põt respicere volentem: vel volitũ. Si respicit volentẽ: sensus est: tenemur velle quicqd scimus deũ nos velle. Vult aũt deus nos velle nobis congrua. sicut qõ pia filia velit de matre/ z mater de filia. z hoc modo vult q̃ beata virgo vellet filiũ non mori nec pati: z bonus filius patrẽ velit non mori: z generaliter q̃ pietatis visceribꝫ affluamus in cõiunctos nobis sanguine/ vel beneficio/vel pfessione. Et quia pietatis opus quando est in charitate semper meritoriũ est: ideo talibus meremur voluntatibus. Est enim conformitas voluntatis nostre ad voluntatem diuinam: scilicet efficientem/formam/ z finem. Potest etiaz voluntas dei cum dicitur/quicquid scimus deum velle/ respicere siue connotare volitum in nobis: z hoc dupliciter: simpliciter sez prout est quedã res volita: vel prout stat sub voluntate diuina imobili z semper efficaci: vt dicit Augustinus. Primo ergo modo tenemur velle quicquid scimus deum velle: z similiter tertio modo/sed non secundo modo. Possumus enim velle aliquid quod scimus deuz non velle. tunc z possumus velle oppositũ eius qõ scimus deum velle/ z meritorie: eo q̃ hoc velle congruit nobis fm pietatem: z velle qõ deus vult tũc pietati non congruit. Pietas enim vt dicit Tullius in fine prime rhetorice/est benevolentia in parentes/siue beneficio aliquo ꝛiũctos. pme Timo. 4. b. Exerce teipm ad pietatem: exercitatio enim corporis ad modicum est vtilis: pietas vo ad omnia valet/ promissionem habens vite que nunc est z futura. Et hoc probabilius est: quia hoc directe
ad 4m z 5m est fm verba augustini in enchiridion. Ad aliud dicendum: q̃ illa duo argumẽta procedunt de volito tm. Et sicut iam habitum est: in volito accepto non tenemur conformari volũtati diuine: qz possumus oppositũ velle z meritorie: z hoc ꝛgruit nobis
S velle/ z deus vult hoc nos velle. Ad id quod vlterius queritur: Si meritorie placuerit sanctis
Ad. IIII. qõ nẽ incidẽtẽ. q̃ christus pateretur/fm augustinum dicendum: q̃ passio christi duplicem habet comparationem. scilicet ad actionẽ iude z iudeorꝫ/ q̃ passio illa inferebat. z sic deo patri displicuit z sctis: nec vnq̃ alicui bono placere potuit. Põt etiã cõsiderari prout stat sub ordine dispõnis z volũtatis diuine ad finẽ redemptõis humane. z sic deo patri placuit z filio et spũisctõ: z ab omnibꝫ sanctis desiderata est et fuit. Esa. liij. d. Si posuerit ꝑ pctõ animã suaz/videbit semen longeuum: z volũtas dñi in manu eiꝰ diriget. Et in eodẽ capitulo pauloantre: Oblatus est qz ipse voluit. Et itez parũ ante: Lãguores nostros ipe tulit: z dolores nostros ipe portauit. hoc est eũ qõ deꝰ vult nos velle. quia si pietatis visceribus affluere tenemur in cõiũctos: multo magis in nosꝫ pos. Et hoc ẽ qõ antiqui dixerũt de deo patre ĩ versu: Actio displicuit/passio grata fuit. Ad duo pma que obijciũtur in cõtrariũ iã patet solutio. Iã eũ dictũ est: q̃ xps flens sup ciuitatẽ/ porꝰ fleuit peccatũ q̃ penã. Et si fleuit penã: ad hoc fleuit/ vt ostenderet in humanitate pietatis affectũ. Et qõ dicit de beata virgine/ iã prꝰ solutum est. Ad argumẽta ĩ ꝓtrariũ

Ad dictũ augu. dicendũ: q̃ eodẽ mõ sentiendũ ẽ de passiõe pauli/ et de passione omniũ sanctorum. Ille eũ possunt cõsiderari. put inferũtur actionibꝫ tyrannorũ z torꝛorũ/querẽtiũ in sanctis extinguere fidẽ: z sic placere esset impiũ z crudele. Põt etiã cõsiderari. put sunt ꝑ constantiaz passiõis testimonia fidei. Grece ei martyr latine sonat testis. z sic volite sũt z placẽtes sanctis. Et hoc est fm verba aug. Uñ in sermõe de martyribꝫ dicitur: Qui de martyrũ morte letatur: nõ dubitat martyres regnare cũ xpo post mortẽ. Et hoc dicit maximus in sermone de martyrio petri z pauli. Antiqui tamẽ dixerũt: q̃ pscntes martyrio sanctorũz ex pietate poterant velle nõ pati sanctos. posteri aũt qbus pterita fuit passio debebant gaudere: qz fide inuicta et pbata sterit in eis. Ex hocitez soluit qõ quera quibusdã: Si debemꝰ velle penas dãnatorũ in inferno. Duplicit eũ considerant pene. s. prout sunt affligentes z malũ nature bone q̃ est in dãnatis: dicit eũ aug. q̃ pena ideo dicit mala/ quia cõtraria est nature bone. z sic crudele esset penas velle: qz sic nõ congruit homini velle penas alicuiꝰ. Possunt etiã cõsiderari. put ꝑ iusticiam sunt ordo culpe: z sic de pulchritudine iusticie. z sic debemus eas velle. Ps. lviij. Letabit iustꝰ cũ viderit vindictam. Esaie vl. g. Egredient z videbũt cadauera virorum que puaricati sunt in me. Uermis eorũz nõ morietur: z ignis eorꝫ nõ extinguet: z erunt vsq̃z ad satietatẽ visionis ois carnis. glo. hoc est electorum qui satiantur z delectant in penis eorum in q̃bus vident/ q̃ pfecta est voluntas dei q̃ de ipsis noluerũt facere volũtatẽ dei. Uñ ambrosiꝰ dicit: q̃ sicut gemma carbũculi in aurorꝫ sedet iudas in inferno.

Prima pars Sũme Alberthi magni: Finit.

Annotatio Tractatuũ et Questionũ ꝛc.

Annotatio Tractatuũ

questionũ: membrorꝫ: articulorꝫ: particularum cum subdiuisionibus Prime partis Summe Alberthi magni.

Tractatus primus de

scientia theologie.

Questio prima

Queritur an theologia sit scientia.

Questio II

Queritur quid sit theologia fm definitionẽ.

Questio III

Queritur de quo sit theologia vt de subiecto.

Mẽbrũ. I. Queritur de sbiecto theologie fm quartuor positiones assignatas.

II Utrũ theologia sit scientia vna/ vel plures: z qua vnitate sit vna si vna est.

III Utrũ theologia sit scientia practica/ vel theorica.

IIII Utrũ theologia scit scia vlis/ vel particularis.

Questio IIII

Queritur vtrũ theologia sit scia ab alijs scientijs separata.

Questio V

Queritur quis sit modus ꝓprius theologie.

Mẽbrũ. I. Utrũ theologia habeat modũ scientie vel artis.

II Utꝫ theologia certiorẽ modũ habeat alijs sciẽtijs

III Utrũ theologia habeat modũ argumẽtationis.

IIII Queritur de quartuor modis expositionis sacre scripture qui a sanctis assignantur.

Questio VI

Queritur ad qd sit theologia tãq̃ ad cãm finalẽ.

Tractatus. II. De frui

et vti z vrentibꝰ z fruentibus.

Questio VII

Mẽbrũ. I. Queritur qd sit frui primo ĩ gẽe: vtꝫ. s. actio vl passio

II Queritur quid sit in specie frui.

Queritur qua virtute fruitur qui fruitur: et q̃ potentia anime. Questio incidens.

III Quid sit frui definitione.

Questio VIII

Queritur de vti.

Mẽbrũ. I. Queritur qd sit vti genere/specie z definitione.

II Queritur cuiꝰ potẽtie aĩe sit vti: z cuiꝰ habitꝰ vtutꝫ.

III Queritur ad quid sit vti.

Questio IX

Queritur vtrũ vno solo deo fruendũ sit.

Questio X

Queritur vtrũ vna fruitione fruamur patre z filio z spiritusancto.

Questio XI

Queritur vtrũ oibꝫ q̃ sunt in mũdo vtendũ sit.

Questio XII

Mẽbrũ. I. Queritur de rebus fruentibꝫ z vtentibꝫ. Et primo vtrum homines z angeli sint res fruentes tanq̃ medij inter res vtibiles z fruibiles.

II De vtentibus queritur vtrum homo vel angelus vtens sit in patria.

Tractatꝰ. III. de cognoscibilitate/ noiabilitate z demõstrabilitate dei.

Questio XIII

Queritur de cognoscibilitate dei ex parte cognoscibilis. Et primo vtrũ deꝰ sit cognoscibilꝭ p essentiã. Mẽbrũ. I.

Utrũ deꝰ fm imensitatẽ suã sit cognoscibilis. II

Utrum deus cognoscibilis sit fm q̃ est vnꝰ deus in tribus personis. III

Queritur quid sit cognoscere facie ad faciem IIII

Quid sit cognoscere per speciem. V

Quid sit cognoscere deũ in psentia: fm q̃ in omni creatura dz esse essentialꝭ psentialꝭ z potẽtialiter. VI

Questio XIIII

Queritur de cognoscibilitate dei ex pte cognoscẽtis

An deꝰ sit cognoscibilis ex solis naturalibꝫ. Mẽbrũ. I.

Utrũ deꝰ cognoscibilꝭ sit a malis/ vel a bonis tm. II

Utꝫ vno vl plibꝫ modis deꝰ sit ab hoĩe cõgscibilꝭ. III

Questio XV

De medio cognoscendi deum.

Utrũ ĩ cõgscẽdo deũ sit vl eẽ possit mediũ naturalꝭ. Mẽbꝫ. I.

Queritur q̃le z qd sit mediũ in cognitiõe naturali. II

De medio qõ ẽ vestigiũ qritur an vestigiũ creatoris Art. I. pti. I.

Queritur qd sit vestigiũ. (in creatura sit. II

An vestigiũ sit in omni creatura. III

De medio cognoscendi qõ est imago. Articulꝰ. II

Queritur de imagine fm q̃ est in potẽtijs. Et primo qd sit mens fm quã inest imago. Particꝭ. I. subpticꝭ. I

Queritur de partibꝫ imaginis: vtrũ sez memoria/ intelligentia/ z voluntas sint partes eius. II

Queritur qualiter partes imaginis se habeant ad inuicẽ z ad essentiã anime. III

Queritur qualiter se habeant ad essentiã anime. Questitũ. I.

Queritur de cõparatione partiũ istarũ adinuicẽ. II

Queritur in quo differat imago in actibꝫ ab imagine que est in potentijs. Particꝭ. II

Queritur q̃le vel qd sit mediũ in cognitiõe ꝑ gratiã. Mẽbꝫ. III

Utrũ fides sit mediũ ad cognoscendũ deũ. Articulꝰ. I.

Queritur de comparatione cognitionis ꝑ gratiã ad cõparationẽ cognitionis ꝑ naturã. II

Utrũ in omni cognitione dei necessariũ sit mediũ per gratiã. III

Questio XVI

Queritur vtrũ deus sit nominabilis vel significabilis sermone.

Questio XVII

Queritur si demõstrabile sit deũ eẽ: vel sit ꝑ se notũ.

Questio XVIII

Queritur de cognoscibilitate dei ex naturali ductu rationis.

Quibus vijs philosophi naturali ductu rationis cognouerint deũ esse. Mẽbrũ. I.

Utrũ cognoscentiũ deũ vnus pfectius cognoscat alio per viam rationis. II

Utrũ aliqs cognouerit vel cognoscere possit deuz cognitione cõprehensionis. III

Tractatꝰ. IIII. de essentialitate/ simplicitate z incõmutabilitate dei.

Questio XIX

Queritur de essentialitate dei vtrũ solus deꝰ vere z proprie sit. Mẽbꝫ. I.

Utrũ deꝰ possit nõ esse: vel cogitari nõ esse. II

Utrũ alia in cõpatione dei sint ꝑ se vl ꝑ accidens: hoc est/ vtrũ accidat eis esse: vel ꝑ se cõueniat. III

Utrum nõ posse cogitare deũ nõ esse sit deo ꝓpriũ/ aut etiã possit alijs conuenire. IIII

Questio XX

Querit de simplicitate essentie diuine.
Mēbrū.I. Utrum deus sit simplex.
II Queritur qualis sit simplicitas dei.
Utrū deus sit forma vl materia oīm: Qō incidens.
III Queritur quanta sit simplicitas dei.
IIII Utrū deo sit ꝓpriū esse in fine simplicitatis.
V Utrum comparatione diuine simplicitatis oīnia alia sint composita.

Questio XXI

Querit de incōmutabilitate dei.
Mēbrū.I. Utrū diuina essentia siue deus sit īmutabilis.
II Utrū motus vel mutatio aliqua cōueniat deo.
III Utrū incōmutabile esse ꝓprium sit deo.

Tractatus.V.de eternitate/euiternitate ⁊ tempore.

Questio XXII

Mēbrū.I. Querit de nunc quod est substantia facienS eternitatem quid sit.
II Utrū idē nūc sit constitutiuū eternitatis ⁊ tpis.
Articul⁹.I. Querit q̄lit nūc euiternitat⁹ ꝓstituat euiternitatē.
II Qualiter nūc tēporis constituat tempus.

Questio XXIII

Mēbrū.I. Querit de eternitate/euiternitate ⁊ tēpore/⁊ comparatione horum ad invicē.
Arti.I.pti.I Queritur quid sit eternitas nomine.
II Querit de definitione eternitatis fm richardū.
Arti.II.pti.I Querit quid sit eternū sicut eternitate mēsuratū.
II Querit qualiter eternitas cōpareť ad eternū.
Subp.rticula.I. Utrum eternitas compareť ad eternū p essentiā/ vel p rationē mensure extrinsece adiacentis.
II Utrum aliquid aliud possit esse mēsura eternitati adequata qō etiā mensuret esse diuinū.
Mēbr.II. Queritur de euiternitate siue euo.
Articul⁹.I. Queritur quid sit euum.
II Queritur de ꝓprietatibus eui.
Particl'a.I Utrū euum totū fm totū metiatur.
II Utrū euū in oīb euiternis sit vnū vel plura;
Mēbr.III Querit de tpe fm q̄ est de ꝛsideratione theologi.
Articul⁹.I. Quid sit tempus fm definitionem.
II An tempus sit vnum vel plura.
Mēbr.IIII Queritur de comparatione eternitatis/euiternitatis ⁊ temporis adinuicē.
Articul⁹.I. Utrū ꝓperuitas sit aliqua mensura ꝑter eternitatem/euiternitatē/⁊ tempus.
II Utrū mensuratū eternitate et euiternitate etiam mensureť tempore.

Tractat⁹.VI. de vno: vero: ⁊ bono.

Mēbrū.I. Querit de vno Questio.24. Et ꝑmo de multiplicitate vnius.
II Querit de intentione cōmuni vnius/fm quā de primis intentionibus esse diciť.
III Querit de oppositione vnius ad multa.

Questio XXV

Queritur de vero.
Mēbrū.I. Querit de modis quib diciť verū.
II.articl's.I Querit quid sit verū fm vnū quodq̄ eor de quibus dicitur multipliciter.
II Querit de trib passionib ꝓprijs veri.
Particl'a.I Querit an veritas sit mutabilis vel īmutabilis;
II Utrū vna sit veritas oīm rerum/vel plures.
Querit de eternitate vel tpalitate veritatis. III
An omnis veritas sit eterna. Subpti.I.
An oīa vera sint vera ꝑma ⁊ eterna veritate. II
Queritur de oppositione veri ⁊ falsi. Mēbr.III
De modis q̄bus falsum multipliciter dicitur. Articul⁹.I.
Querit in quo sit falsum sicut in causa: scilz an sit in re/vel in rei similitudine. II
Querit de oppositione q̄ est inter verū ⁊ falsum. III
Queritur an prime veritati siue ꝑmo vero opponatur aliquid falsum. IIII

Questio XXVI

Queritur de bono fm se.
Querit de multiplicitate boni, ⁊ penes q̄d sumat⁹. mē.I.arti.I.
Querit de cōmuni intentione boni. II
Utrū bonū cū nō sit determinabile p cōmunitatē generis vni⁹/sit determinabile p intentionē cause vnius vel plurium. Particl'a.I
Querit q̄ sit determinatio boni fm intētionē cōem. II
Utrum bonū ⁊ pulchrū fm intentionez cōmunē sint idem vel diuersa. III
Querit an noticia ⁊ amor boni/⁊ extasis eiusdē/⁊ zelus impressa sint omnib p naturā, sicut videntur dicere dionysi⁹ ⁊ ierotheus. IIII
Queritur de singulis differentijs bonorꝫ. Arti.III.
An eadē bonitate omnia sint bona. Particl'a.I
Querit: si nō omnia eadez bonitate sunt bona/in quib cōstet bonitas nature. II
Utrū bonitas nature possit auferri a naturaliter existentib: vel intendi/vel remitti in eis. III
Utrū aliq̄d possit intelligi bonū non intellecta prima bonitate. IIII
De bono determinato/siue de summo bono. Mēbr.II.
Querit q̄d sit summū bonū: ⁊ an summū dicat p intensionē bonitatis: vel per differentiā hoc commune qō est bonū cōrrahente. Articl's.I.
Querit quis sit actus ꝓprius summi boni. II
Querit si malū possit esse a summo bono per aliquem modum. III

Questio XXVII

Querit de oppositione mali ad bonum.
Querit si malū opponit bono/vtꝫ vniuersaliter omni bono opponat malum. Mēbr.I. articul⁹.I.
Querit q̄ genere oppositōis opponat malū bono II
Querit si malū habeat esse in bono vniuersaliter. Mēbr.II.
Querit si malū sit corruptio boni vniuersaliter. III
Querit si malū est corruptio boni/quō corrūpat illud: ⁊ quod sit bonū illud. IIII
Utrū malū in omnib corporalib ⁊ spiritalibus sit per vnā rōnē/vel diuersas. V

Questio XXVIII

Querit de cōparatione illorꝫ trium adinuicē ⁊ ad ens: vtrū scz ens/vnū/verū ⁊ bonū cōuertant.

Questio XXIX

Querit fm quā intentionē vnūquodq̄ ipsorꝫ: scz ens/verū/⁊ bonū de deo dicatur.
Querit vtrū deus sit vnus/vel plures. Mē.I.ar.I
Querit an vnitas diuīa aliquā admittat plitatē. II
Querit vtrū possint esse plura sūme bona: vl plura quorꝫ vnū sit sūme bonū/⁊ alterū summe malum: sicut manichei dicunt. Mēbr.II.

Tractatus.VII.de distinctione psonarū in diuinis fm generationē filij et processionē spūssancti.

Questio XXX

Mēbrū.I. Circa gnātōz filij q̄rat⁹ ad q̄d ī diuis sit gnātio
II Querit qualis sit generatio in diuinis.
III Querit cuius sit generare ⁊ gnāri: vtrū essentie/ vel psone/vel vtriusq̄z.
Arti.I. Querit an diuine essentie sit gnāre vel gnāri.
II Querit cui⁹ psone sit gnāre: vtꝫ scz pāis/⁊ q̄lr.
Mem.IIII Querit an vni vl pluribꝫ psōis in diuinis cōueniat gnāre: ⁊ vtrū sp vel aliqn: hoc est vtrū nec esse sit generationē diuinā inquietā eē ⁊ infinitā per successionē. Itē si gnātio diuina cōtinue fiat fm oē tp̄s: vl facta sit aliqn/⁊ aliqn futura vl pnō.

Questio XXXI

Querit de processiōe eterna spūssancti.
Mēbrū.I. Querit vtrū spūssanct⁹ procedat a pre ⁊ filio.
II Querit q̄liter spūssanct⁹ procedat a patre ⁊ filio.
III Querit a quo procedat spūssancrus siue a quibus: vtrū simul procedat a patre ⁊ filio.
IIII Queritur cui⁹ sit procedere.
Querit de processione tpali spūssancti. Qō.xxxij.
Mēbr.I. Querit quid sit procedere tpaliter.
II Querit quid sit mittere ⁊ mitti.
Articul⁹.I. Querit q̄d sit missio: vtꝫ.s.eēntiale: vl notionale: ⁊ cui ꝛueniat mittere/⁊ cui mitti ⁊ dari: vtꝫ.s.pāi
II Querit de mō missionis filij ⁊ spūssancti.
Mēbr.III Querit q̄d sit dare ⁊ dari spmsanctū: ⁊ quō dare ⁊ dari se habeāt ad mittere ⁊ mitti/⁊ procedere.

Questio XXXIII

De tpali missione filij tria querunt. Primo an filio cōueniat mitti vl procedere in creaturā. Scōo fm quid cōueniat ei si cōueniat. Tertio: si distinctā a spūsancto habeat missiōē vl processiōz tpalē.

Tractatus.VIII.de nominib pronalib q̄ fm rationes processionū eternaliū ⁊ tpaliū psonis conuenitūr.

Questio XXXIIII

Mēbrū.I. Querit de noīe patris: vtrū sicut diť aug⁹ pr̄ est quia gnāt: vel gnāt quia pater est.
II Querit de bui⁹ nois pr̄/suppositōe vl si significatōe qn̄ in locutōe ponit p̄dicato vel subiecto: vtrū scz significet subam vel ad aliquid.
Querit de nominib⁹ filij. Qō.xxxv.
Mēbrū.I. Querit quid sit in diuinis esse filiū.
II Querit fm quā rōez ꝑ nomē imago/ꝛueniat filio
III Queritur de hoc nomine verbū.
Articul⁹.I. Querit de multiplicitate verbi.
II Querit de rōe verbi fm quid dicat in diuinis.
III Querit vtꝫ ꝓbū sit eēntiale vel notionale ī diuis
IIII Utrū verbū sit vnū vel plura in diuinis.
V Utrū verbū in diuinis referatur ad dicentē tm: vel etiā ad creaturas.
Querit de nominib spūssancti que ex mō sue processionis cōueniūt ei. Qō.xxxvj.
Mēbrū.I. Utrū spūssanctus sit ꝓprium nomen spūssancti/vel tertie in trinitate persone.
II Querit de hoc noīe donū: qualiter scz spūssanct⁹ donū dicatur.
III Utrū spūssanct⁹ sit charitas ⁊ amor qua nos invicem ⁊ deū diligimus.

Tractatus.IX. De relationib⁹ ⁊ notionib⁹ quib psone distinguunt abinuicē. De intētione principij ⁊ ordine nature: ⁊ de numero qui est in diuinis psonis.

Questio XXXVII

Querit an in diuinis sit relatio.

Questio XXXVIII

Querit que ⁊ q̄r relatōes sint in diuinis.
Querit de noib distinctiuis q̄ distictōez relationis significant. Qō.xxxix.
Querit que ⁊ quot sūt spē ⁊ nūero relationes distinguentes psonas in diuinis. Mēbrū.I.
Querit q̄ sit differentia inter notōes ⁊ relatōes ⁊ propetates psonales/⁊ propetates pson c. II
Querit q̄ sit differētia horū q̄tuor adinuicē: scz notio/relatio/ꝓpetas psonalis/⁊ ꝓpetas pson. Ar.I.par.I
Querit que sit cōparatio horꝫ adinuicē. II
Querit de cōparatōe notionū ad essentiā diuinam: vtrū scz sint essētia diuina: vl in essentia diuina. Articul⁹.II
Querit q̄ sit cōparatio notionū siue ꝓperatum ad personā. III

Questio XL

Querit de noib diuersificatiuis inter personas differentias significantib.
Querit an noīa diuersitatē notantia: sicut alius/ discretus/distinctus ⁊c. possint esse in trinitate: ꝓter distinctōez quā faciūt ꝓperates psonales. Mēbrū.I.
Querit de dictōib exclusiuis i p̄dicatōib diuis II
Querit vtrū possibile sit dici: solus pr̄ est deus: Arti.I.
Querit de significatōib nominū numeraliū cū dictionib exclusiuis. II

Questio XLI

Querit de intentōe principij ⁊ ordie nature ī diuis
Querit vtrū principiū eēntialr ⁊ nō intentōnalr dicat de deo fm vnā rationē. Mē.I.ar.I
Querit quid principiū significet in diuinis. II
Querit de ordine nature in diuinis. Mēbr.II.
Queritur vtrū ordo sit in diuinis. Articl's.I.
An possibile sit psonā eē ī diuis q̄ sit in ordie tali. II
Utrū intellecto ordine in diuinis adhuc possibile sit distinctionē psonarū esse in diuinis. III

Questio XLII

Querit de nūero qui est in diuinis psonis.
Utrū numerus sit in diuinis personis. Mēbrū.I.
Querit quis vl q̄lis nūerus sit in diuinis psōis. II
Querit q̄ntus sit nūerus in diuis: vtrū scz finit⁹ vl infinit⁹: ⁊ si finit⁹/ī quo nūero ster vt ī termīo III

Tractatus.X.de vsia: vsiosi/hypostasi/⁊ persona. Qō.XLIII

Querit de vsiosi qualr distinguat in diuinis. Mēbrū.I.
Querit de hypostasi. II
Querit quid sit hypostasis fm definitionē. Arti.I.
Querit qualr hypostasis se habeat ad ꝓpietatē. II
Querit de hoc nomine persona. Qō.xliij.
Querit de multiplicitate hui⁹ nois persona. Mēbrū.I.
Querit de definitōe huius nominis persona. II
Querit de suppositione persone. III
Querit de cōparatione psone ad essentiā. IIII
Querit de noib collectie psōas p̄cātib: sic trinitas ⁊ trinus. Qō.xlv.
Utrū hoc nomē trinitas p̄cet subam vel relatōez Mē.I.ar.I
Querit fm quā intentōez dicat trinitas ō diuis II
Querit de hoc nomine trinus. Mēbr.II.
Querit quid hoc nomē trinus p̄dicet in diuinis. Articul⁹.I.
Querit de q̄busdā locutōib q̄ inuenīūr ī scriptura: sic trinitas ī vitate: ⁊ vnitas ī trinitate. ⁊ qō q̄dā dicūt trinitatē eē trinā ⁊ vnā. II
Qō XLVI
Querit vtrū in deo sit pluritas personarū.

Tractatus.XI.de eq

litate personarū.

Questio XLVII

Mēbrū.I. De equalitate psonarū querit primo an sit equalitas in diuinis personis.
II Querit i quo attēdat equalitas diuinar psonar.
III Querit an singule psone singulis sint eqles: vel singule singulis/z singule tribus.

Tractatus.XII.De ap

propriatis.

Questio XLVIII

Mēbrū.I. Querit fm quā rationē fit appropatio in cōi.
II Querit de appropatis fm hylariū in speciali.

Questio XLIX

Querit de appropatōe fm augustinū.

Questio. L

Querit de appropatōib diuinis.
Mēbrū.I. Querit q̄l'r potētia/sapiētia/boitas appropriat personis in diuinis.
II Utrū pater sit sapiēs sapiētia genita/vl' ingenita.
III Utrū filius sapiēs sit sapiētia genita vl' ingenita.
IIII Querit de verbis apli ad Romanos.II.d.qm omnia ex ipo/p ipm/z in ipo sunt.

Tractatus.XIII.de no

minib que tpaliter deo cōueniunt.

Questio LI

Querit de hoc nomine deus.

Questio LII

Querit de hoc noīe dñs: vtr sit essentiale?

Questio. LIII

Querit de hoc nomine creator.
Mēbrū.I. Querit quid significet p hoc nomē creator.
II Querit de respectu creature ad creatorē: z quid sit creatio passiua.

Questio. LIIII

Querit fm quā rationē nomē cāe cōueniat deo.

Questio LV

Querit sigillati de trib causis: efficiēte scz formali z finali/qualiter deo cōueniant.
Mēbrū.I. De causa efficiente querit vtrū deus p se agat: vl' p aliud accidens sibi adiunctū.
II Querit de causa formali.
Arti.I. Querit an deus sit causa rerū formalis.
II Querit si exēplaria sūt in mente diuina: vtrū sint sub vnitate vel pluralitate.
III Querit cui idea sit causa: vtrū scz factorū vl' fiendor tm: vel etiā possibiliū licz nūq̄ fiant: z vtrū sit bonorū z malor/vel malorū tm.
Mēbr.III Querit vtrū sit vna cā finalis oīm q̄ deus est.

Tractatus. XIIII.De

bis q̄ p trāslationē z similitudinē de deo dicunt

Questio. LVI

Querit de trāslatōe pdicamētor: vtr alia pdicamēta a suba z flatōe, prie vl' trāslatie ō ōo dicāt

Questio. LVII

Querit vtrū de deo dicta dicāt diuinā eēntiā.

Questio. LVIII

Querit de translatione ptiū declinabiliū in diuinam predicationem.

Questio. LIX

Querit de translatione corpaliū symbolicorū in diuinā predicationē.
Querit q̄l'r hec in diuinā pdicationē trasferāt cū dicit de lapis vl' fortis/vl' vir vl' aliqd hmōi. Mēbrū.I.
Utrū noia symbolica affirmatie ve pdicēt ō deo. II
Querit de noib priuatiuis vtrū pdicēt de deo. III
Querit vtrū oia noia quocūq mō dicta de deo/differant noie z ratiōe/vel noie solo. IIII

Tractatus.XV.de sci

entia/pscientia z dispositōe.

Questio LX

Querit quid sit sciētia dei: z vtrū pluribus nominibus appelletur. Mēbrū.I.
Querit vtrū deus sciat per mediū/vel nō. II
Querit de quo sit scientia diuina. III
Querit quō scia diuia se hēat ad sciētē z ad scibile IIII
Quō sciētia diuia se hēat ad scientē q̄rit pticulari Articul.I.
Querit quō scientia dei se habeat ad scibile: vtrū sit practica/vel theorica. II

Questio LXI

Querit de prescientia dei.
Utrū prescientia sit tpalis/vel eterna. Mēbrū.I.
Utrū prescientia sit causa rerū. II
Utrū pscietia dei sit causata a rebus. III
Utrū prescientia dei falli possit. IIII
Utrū prescientia diuina inferat necessitatē. V
Utrū prescientia dei sit incōmutabilis. VI
Utrū pscientia dei possit augeri vel minui. VII
Querit quō pscientia dei cōcordet cū libero arbitrio: vtrū scz ea que sūt sbiecta pscietie sint sub libero arbitrio. VIII

Questio LXII

Querit vtrū dispositio sit in deo.

Tractatus.XVI.de p

destinatōe/dilectōe/electōe z reprbatione.

Questio LXIII

Querit quid sit predestinatio. Mēbrū.I.
Queritur cuius sit pdestinatio. II
Utrū pdestinatio sit causa eius cui est. III
Utr pdestinatō habeat cām meritoriā ex pte nra Articul.I.
Utrū pdestinatio sit causa necessaria sui effectus. II

Questio LXIIII

Querit vtrū dilectio qua deus diligit creaturā/sit eadē cū dilectōe qua pr diligit filiū: z cōuerso.

Questio LXV

Querit de electione vtrū sit in deo.

Questio LXVI

Querit de reprobatione.
Querit quid sit reprobatio. Mēbr.I.
Querit q̄s sit effectus prius reprbatōis: vtrum scz obduratio. II

Tractat.XVII.de p

uidentia/fato/z libro vite.

Questio LXVII

De prouidentia querit primo an sit. Mēbrū.I.
Queritur quid sit prouidentia. II
Queritur cuius sit prouidentia. III

IIII Querit quibus modis sit prouidentia.
Ar.I.par.I Utrū prouidentia sit causa.
II Utrū prouidētia sit cā inducēs necessitatē puisis
III Querit quis sit puidētie prius effectus.
IIII Utrū prouidentia sit causa causans p se tm: vl' p se z p aliud: siue diuersū/siue oppositū.
Arti.II. Querit de modis prouidentie.

Questio LXVIII

Queritur de fato.
Mēbr.I. Querit vtrū fatū sit.
II Querit quid sit fatum.
III Querit cuius sit fatum.
IIII Querit in quo differat fatū a fortūa z eupraxia.

Questio. LXIX

Mēbrū.I. Querit de libro vite.
Querit de multiplicitate noīs libri vite fm quā intentionē prie accipiatur.
II Queritur quid sit liber vite.
III Querit cui vel quorū sit liber vite: vtrū scz boni z mali scripti sint in libro vite: vel boni tm.
IIII Utr aliquis deleri possit q̄ script ē in libro vite.

Tractatus .XVIII. De

modis quib deus dicat esse in reb z locis: z mutare creaturā corporalē per locū z tēpus: spiritualē vero per tēpus tm.

Questio. LXX

Mēbrū.I. Querit vtrū deus sit vbiq z in omni re.
II Utrū idē sit esse vbiq z in oīm re: z cōuerso.
III Utr idē sit deū ee vbiq z in oīm loco z vbicūq.
IIII Querit de modis quib deus est in oīm re: z si ee vbiq z in omni re sit prū ei.

Questio. LXXI

Querit de mō quo deus est in sanctis p gratiā.

Questio. LXXII

Querit vtrū esse in reb z esse vbiq cōueniat deo ab eterno: vel ex tpe.

Questio.LXXIII

Querit vtrū deus localiter siue circumscriptibiliter sit in rebus.
Mēbrū.I. Querit q̄d sit ee i loco/vel locale/vl' circūscptibile.
II Queritur cui cōueniat esse in loco.
Articul.I. Utrū angelus impleat locū.
II Querit vtrū angelus simul possit ee i pluribus loc.
III Querit vtrū angelus in eodē tpe possit esse vbiq et in omni loco.
Mēbr.III Querit fm quā diuersitatē cōueniat corpi esse in loco z spiritui.
IIII Utrū spiritus creatus possit esse sine loco.

Questio. LXXIIII

Querit de motu creature spiritual' p tpe z locū.
Mēbrū.I. Querit q̄d sit moueri spiritalē creaturā p tēpus.
II Utr angelus moueat p tpe tm/ vl' p tpe z locū.
Articul.I. Utrū angelus de loco ad locū moueat.
II Utrū angelus moueat p mediū vel nō.
III Utrū motus angeli sit in tpe vel in instanti.

Questio. LXXV

Querit de assūptōe corpm ā gelor z motu eor dē
Mēbrū.I. Utrū angeli boni assumāt corpora.
II Querit ex quo elemēto angeli assumāt corpa.
III Querit q̄l'r āgel assumat corp: vtr.s. sit i corpe assumpto vt pfectio in perfectibili: vl' vt motor in mobili.
Querit ad quē vsū angeli assumant corpa. IIII
Querit quid fiat de corpib assūptis post ministeriū expletū: vtrū redeant in preiacentē materiā. V

Tractatus.XIX.De po

tentia dei.

Questio. LXXVI

Querit de multiplicitate hui noīs potētia.

Questio LXXVII

Querit de conditionib potētie fm quas pfecta in deo dicit esse potētia. Mēbrū.I.
Utrū deus dicat oīpotēs: qz vniuersal'r oia pōt.
Querit vtrū oīpotētia conueniat trib personis/ vel tm patri. Questio incidens. II
Querit de limitatiōe potētie diuine/ vtrū sit īmēsa aliquo modo. III
Querit de pfectiōe opis dei fm quā dicit optime facere quicquid facit. Arti.I.
Utrū deus res meliores potuit facere q̄ fecit. II
Querit vtrū possit facere vniuersū melius q̄ fecit: z vtr melius potuit facere hoies q̄ aliqd vniuersū. III
Utrū deus illa q̄ fecit meliori mō potuit facere q̄ fecit IIII
Utrū possit omne qd olim potuit: ita q̄ potētia eius inuariabilis sit.

Questio LXXVIII

Querit de possibili fm q̄ ad potētiā dei ōpēdet. Mēbrū.I.
Querit de multiplicitate possibil' z modis eius. II
Utrū p se z simpl'r īpossibile/sit deo possibile. III
Utrū īpossibile p accidēs sit deo possibile.

Tractatus.XX.de vo

luntate dei. Questio LXXIX

Querit q̄d volūtas fm rē sit in deo. Mēbrū.I.
Querit de causalitate diuine voluntatis: II
Utrū diuina volūtas cā sit oīm que sunt. Ar.I.par.I.
Utrū volūtas dei sit cā oīm illor q̄ subsūt potentie diuine. II
Utrū volūtas diuina sit cā prīa vel cōis/contingens vel necessaria. III
Utrū volūtas bnplaciti possit cassari. Arti.II.
Querit quid sit volūtas beneplaciti. Parti.I.
Utr volūtas ancedens z pseqns sit in deo. Questio incidens.
Querit q̄l'r volūtati bnplaciti queniat nō cassari. II

Questio LXXX

Querit de signis diuine voluntatis.
Querit de signis diuine volūtatis in cōi. Mēbrū.I.
Querit de singl'is signis diuie volūtat beneplaciti in speciali. II
Querit de precepto: vtrū deus velit q̄ pceptum suū semp opere impleatur. Arti.I.
Utrū deus possit pcipere cōtra ius naturale/ z cōtra decalogū quē ipe scripsit i tabul'. Qō icidēs
Querit de signo pbibitōis: vtrū pbibitōis act pbibitus sit volitus. II
Querit de signo volūtatis qō est permissio. III
Utrū mala fiant voluntate dei. Parti.I.
Utrū bonū sit mala fieri. II
Utrū expediat mala fieri. III
Utrū permissio sit signū volūtatis diuine. IIII
Querit de signo volūtat qō cīpletio siue opatō. Arti.IIII.
Utrū volūtas dei sp efficax sit in oīm ope suo. Parti.I.
Utrū in oīm ope sit misericordia z veritas. II.
Querit ō pformitate volūtat nre ad volūtatē ōi Mēbr.III